FONDO PIZZOFALCONE

NAZIONALE
B. Prov.
VII
234
NAPOLI
BIBLIOTECA
VITT EM III

28-F-29

BIBLIOTECA PROVINCIALE
Armadio VII
Palchetto
Num° d'ordine

Digitized by Google

~~109~~
~~6~~
2

B. Prov.
VII
234

Digitized by Google

616860

OPERE

DI

C. CORNELIO TACITO

TRADOTTE IN VOLGAR FIORENTINO

DA BERNARDO DAVANZATI

CON INSIEME LE GIVNTE E SVPPLEMENTI A TACITO

DELL' ABATE GABRIELE BROTIER

Dell'Accademia delle Iscrizioni, e Belle Lettere

TRADOTTI SVLLO STILE DEL DAVANZATI

DALL' AB. RAFFAELE PASTORE

TVTTO COL TESTO LATINO A FRONTE.

SECONDA IMPRESSIONE

Dal Traduttore di Brotier ricorretta, e migliorata.

TOMO SECONDO.

BASSANO, MDCCCIII.

NELLA TIPOGRAFIA REMONDINIANA

CON REGIA PERMISSIONE.

Entrano in questo II. Tomo

Gli ultimi quattro Libri degli Annali, dal XIII. al XVI.
Tutt i cinque Libri delle Storie.

Supplementi del Brotier

Al Lib. XVI. degli Annali, dal num. 35. prima della metà del Libro, sino a tutto il resto.
A Lib. V. delle Storie, dal num. 26. circa la metà, sino a tutto il resto.

Digitized by Google

IL TREDICESIMO LIBRO

DEGLI ANNALI

DI

C. CORNELIO TACITO.

BREVIARIVM LIBRI DECIMI TERTII.

I 1. Silanus per dolum Agrippinæ venen interemptus. Narcissus ad mortem ngitur. II. Burri & Senecæ laus. Censorius Claudii funus: laudatur n Principe IV. Bona Neronis initia; multaque arbitrio Senatus constituta. VI. Parthi Armeniam ndfectant: qnibus Domitius Corbuo opponitur. XII. Delapso Nerone in amorem Acles libertæ, Agrippina infremis; simulque infracta sino potentia. XIV. Pallas cura rerum demovetur. XV. Mox venenum Britannico properatum: festinum eius funus, proviso ante paratu & modo. XVIII. Agrippina, Neroni offensior, sibi res novas moliri: accusatur eo nomine, ultionem in delatores, & præmia nuncis obtinet. XXII. Silann in exilium ctu. Deferuntur a Pæto Pallns ac Burus: exilium accusatori inrogatum. XXIV. Urbs lustrata. XXV. Neronis luxus, & nscivi per noctem discursus. Histriones Italia pulsi. XXVI. Actum in Senatu de fraudibus libertorum, iisque in servitutem revocandis: nihil tamen in commune derogatum. XXVIII. Ius tribunorum & ædilium cohibitum. Ærarii cura varie habita. XXX. Damnatur Vipsanius Lenas. Mors L. Volusii. XXXI. Magistratus, qui provincias obtinerent, ludos edere prohibiti. XXXII. Dominorum securitati consultum. Pomponia Græcina Marisi iudicio permissa, & insons absoluta. XXXIII. De repetundis postulantur P. Celer, Cossutianus Capito, Eprius Marcellus. XXXIV. Neronis liberalitas. Prolatatum de obtinenda Armenia bellum, acriter sumitur. Prisca severitate & disciplina firmato milite, Corbulo Armeniam ingreditur: Vrbem Artaxata capit & incendit. XLII. P. Suillius Romæ damnatur. XLIV. Octavius Sagista, amore vecors, Pontiam ferro transverberat: mira liberti fides. XLV. Sabinam Poppæam amare incipit Nero. XLVII. Cornelius Sulla Massiliam amovetur.

SOMMARIO DEL LIBRO XIII.

I. G. Silano avvelenato per trama d' Agrippina. Narciso a morte. II. Lode di Burro, e Seneca. Censorio mortoro di Claudio: è lodato da Nerone. IV. Buoni principii di Nerone: molte cose ad arbitrio del Senato fatte. VI. I Parti aspirano all' Armenia: opponsi Domizio Corbulone. XII. Nerone in amor con Atte liberta, freme Agrippina: va scemando suo potere. XIV. Pallante casso d' impiego. XV. Veleno accelerato a Britannico: presto funerale, già preparato, e scarso. XVIII. Agrippina vie più a Nerone avversa, sembra macchinar novità: accusatane, ottien vendetta delle spie, premii agli amici. XXII. Silana esiliata. Pallante e Burro da Peto accusati: esilio all' accusante. XXIV. Roma ribenedetta. XXV. Lusso, e lascive notturne scappate di Nerone: istrioni banditi d' Italia. XXVI. Trattasi in Senato delle frodi de' liberti, e di tornarli schiavi: pur nulla in comune derogato. XXVIII. Limitati i dritti de' Tribuni e degli Edili: cura dell' Erario variata. XXX. Vipsanio Lena condannato. Muore L. Volusio. XXXI. Magistrati eletti alle Provincie non posson dar feste. XXXII. Fatti sicuri i Padroni: Pomponia Grecina al giudizio del marito permessa, assoluta per innocente. XXXIII. Accusati di mal tolto P. Celere, Cossuziano Capitone, Eprio Marcello. XXXIV. Liberalità di Nerone: la guerra contro l' Armenia differita si assume seriamente: coll' antica severità e disciplina assodata la milizia v' entra Corbulone, prende e incendia Artassata. XLII. P. Suillio condannato a Roma. XLIV. Ottavio Saetta d' amor frenetico Ponzia passa di stoccata: mirabil fede d' un liberto. XLV. Primo amor di Nerone a Sabina Poppea. XLVII. Cornelio Sulla in bando a Marsiglia. XLVIII. Pozzuolo in rivolta.

XLVIII. Puteolanorum seditio. XLIX. Patres Thrasea leviori Senatusconsulto contradicit, ut Patrum bonos cresceret. L. Publicanorum immodestia. Vectigalia contra Neronis impetum retenta. Leges cuiusque publici, occultæ ad id tempus, proscribuntur. LIII. In Germania Frisii res movent: insessis iuxta Rhenum agris, mox jussi decedere: capti cæsive, qui restitere. Eosdem agros, pari fato, occupant Ansibarii. LVII. Inter Hermunduros Cattosque bellum, Cattis exitiosum. LVIII. Ruminalis arbor revirescit.

XLIX. Peto Trasea un lieve decreto di Senato impugna per accrescere a' Padri onore. L. Impudenza de' Publicani: mantenute le gabelle contro gl'impeti di Nerone: Proscritte le leggi di ogni Comune di publicani sin là ignote. LIII. Mosse de' Frigioni in Germania: tosto fati uscire da' campi occupati lungo il Reno: presi e uccisi i riottosi. Con pari fato i campi stessi occupano gli Ansibrii. LVII. Guerra tra Ermunduri, e Cati a questi fatale. LVIII. Albero Ruminale rinverdito.

HÆC GESTA ANNIS QVATVOR.

AN. V. C. ÆR. CHR.

DCCCVIII. 55. *Coss.* NERONE CLAVDIO CÆSARE. L. ANTISTIO VETERE.

DCCCIX. 56. *Coss.* Q. VOLVSIO SATVRNINO. P. CORNELIO SCIPIONE.

DCCCX. 57. *Coss.* NERONE CLAVDIO CÆSARE II. L. CALPVRNIO PISONE.

DCCCXI. 58. *Coss.* NERONE CLAVDIO CÆSARE III. VALERIO MESSALA.

CORSO DI QVATTRO ANNI.

AN. di Roma DCCCVIII. di Cristo 55.

Consoli. NERONE CLAVDIO CESARE. L. ANTISTIO VETERE.

AN. di Roma DCCCIX. di Cristo 56

Consoli. Q. VOLVSIO SATVRNINO. P. CORNELIO SCIPIONE.

AN. di Roma DCCCX. di Cristo 57.

Consoli. NERONE CLAVDIO CESARE II. L. CALPVRNIO PISONE.

AN. di Roma DCCCXI. di Cristo 58.

Consoli. NERONE CLAVDIO CESARE III. VALERIO MESSALA.

An. V. C. DCCCVII. Ær. Chr. 54. I. Silanus per dolum Agrippinæ veneno interemptus. Narcissus ad mortem agitur.

I. *PRIMA novo Principatu mors Iunii Silani Proconsulis Asiæ, ignaro Nerone, per dolum Agrippinæ, paratur. non quia ingenii violentia exitum irritaverit, segnis, & dominationibus (a) aliis fastiditus, adeo ut C. Cæsar pecudem auream eum appellare solitus sit; verum Agrippina fratri eius L. Silano necem molita, ultorem metuebat, crebra vulgi fama: Anteponendum esse vix dum pueritiam egresso Neroni, & Im-*

I. IL primo ucciso nel nuovo Principato fu Giunio Silano, Viceconsolo in Asia, senza saputa di Nerone, per fraude d' Agrippina: non per paura di troppo terribile, anzi era pigro, e spregiato dagli altri Imperadori, onde C. Cesare il chiamava bue d' oro; ma perchè ella, che tramò la morte di L. Silano suo fratello, ne temeva vendetta, vociferando il Popolo: Che a Nerone uscito a pena di pupillo, e fatto tri-

An. di Ro. DCCCVII. di Cristo 54. G. Silano avvelenato per trama d' Agrippina. Narciso a morte.

sta-

(a) Il Principato di Tiberio, di Caligola, di Claudio.

Imperium per scelus adepto, Virum ætate composita, insontem, nobilem, &, quod tunc spectaretur, e Cæsarum Posteris; quippe & Silanus D. Augusti abnepos erat. Hæc caussa necis; ministri fuere P. Celer Eques romanus, & Ælius libertus rei familiari Principis in Asia impositi. Ab his Proconsuli venenum inter epulas datum est, apertius quam ut fallerent. Nec minus properato Narcissus Claudii libertus, de cuius iurgiis adversus Agrippinam retuli, aspera custodia, & necessitate extrema, ad mortem agitur; invito Principe, cuius abditis adhuc vitiis, per avaritiam, ac prodigentiam mire congruebat.

Burri & Senecæ laus. Censorium Claudii funus: laudatur a Principe.

II. *Ibaturque in cædes, nisi Afranius.* (a) *Burrhus, & Annæus Seneca obviam issent. Hi rectores Imperatoriæ iuventæ, & pari in societate potentiæ concordes, diversa arte ex æquo pollebant; Burrhus militaribus curis, & severitate morum: Seneca præceptis eloquentiæ, & comitate honesta, iuvantes invicem, quo facilius lubricam Principis ætatem, si virtutem aspernaretur, voluptatibus concessis retinerent. Certamen utrique unum erat contra ferociam Agrippinæ, quæ cunctis malæ dominationis cupidinibus flagrans, habebat in partibus Pallantem, quo auctore Claudius nuptiis incestis, & adoptione exitiosa, semet perverterat. Sed neque Neroni infra servos ingenium: & Pallas tristi arrogantia modum liberti egressus, tædium sui moverat. Propalam tamen omnes in eam honores cumulabantur, signumque more militiæ petenti Tribuno dedit: OPTIMÆ MATRIS. Decreti & a Senatu duo lictores, Flaminium Claudiale: simul Claudio Censorium funus, & mox consecratio.*

III. *Die funeris, laudationem eius Princeps exorsus est. Dum antiqui-*

ta-

II. E moriva di molta gente, se Afranio Burro, e Anneo Seneca, non rimediavano. Questi il giovane Imperadore governavano uniti, di potenza pari, con arti diverse; Burro con la cura dell'armi, e gravità di costumi: Seneca con gl' insegnamenti d'eloquenza, e piacevolezze; aiutandosi l'un l'altro a tenere a freno più agevolmente l'età pieghevole del Principe con diporti leciti, se con virtù non potessero. Aveano solamente a combattere con la ferocità d'Agrippina, d'ogni voglia tirannesca ardente, aiutata da Pallante, che indusse Claudio a gittarsi via con le inceste nozze, e con la pestifera adozione. Ma Nerone non avea umore di lasciarsi governare a schiavi: e Pallante con la sua arroganza passando la condizione di liberto, gli era venuto a fastidio. Pure alla Madre faceva ogni onore in apparenza: e diede a un Tribuno, come s'usa a' soldati, questo contrassegno: OTTIMA MADRE. Il Senato ordinò a lei due littori, e il Flaminato de' Claudj: e a Claudio la consagrazione dopo l'esequie da Censore;

Lode di Burro, e Seneca. Censorio mortoro di Claudio: è lodato da Nerone.

III. ove il Principe lodò: e mentre annoverava l'antico Legnaggio, i

Con-

(a) Leggasi Racine alla prefazione della sua tragedia *Il Britannico*: *Ils étoient fameux, Burrhus pour son expérience dans les armes & pour la sévérité de ses mœurs. Sénèque pour son éloquence, & le tour agréable de son esprit.* Scorra tutta l'accennata tragedia chi vuol vedere quanta materia abbia somministrato a questa Tacito, colla precisione e gravità de' suoi sensi, a quanto se ne sia fatto grande Racine.

tatem generis, Consulatus, ac Triumphos Maiorum enumerabat; intentus ipse & ceteri. liberalium quoque artium commemoratio, & nihil, regente eo, Reipublicæ triste ab externis accidisse, pronis animis audita. Postquam ad providentiam, sapientiamque flexit; nemo risui temperare; quamquam oratio a Seneca composita, multum cultus præferret: ut fuit illi Viro ingenium amœnum, & temporis illius auribus accommodatum. Adnotabant Seniores, quibus otiosum est vetera & præsentia contendere, primum ex iis, qui rerum potiti essent, Neronem, alienæ facundiæ egvisse. Nam Dictator Cæsar summis Oratoribus æmulus: & Augusto prompta ac profluens, quæ deceret Principem, eloquentia fuit: Tiberius artem quoque callebat, qua verba expenderet, tum validus sensibus, aut consulto ambiguus: etiam C. Cæsaris turbata mens vim dicendi non corrupit: nec in Claudio, quotiens meditata dissereret, elegantiam requireres. Nero puerilibus statim annis, vividum animum in alia detorsit. cælare & pingere, cantus, aut regimen equorum, exercere, & aliquando carminibus pangendis, inesse sibi elementa doctrinæ, ostendebat.

Bona Neronis initia; multaque arbitrio Senatus constituta.

IV. *Ceterum, peractis tristitiæ imitamentis, Cuviam ingressus, & de auctoritate Patrum, & consensu militum præfatus; consilia sibi & exempla capessendi egregie Imperii memoravit: nec inventam armis civilibus, aut domesticis discordiis imbutam: nulla odia, nullas iniurias, nec cupidinem ultionis afferre. Tum formam fasturi Principatus præscripsit, ea maxime declinans quorum recens flagrabat invidia: Non enim se negotiorum omnium iudicem fore, ut clausis unam intra domum accusatoribus, & reis, paucorum potentia grassaretur. nihil in penatibus suis venale, aut ambitioni pervium. discretam domum & Rempublicam. Teneret antiqua munia* (a) *Senatus, Consulum tribunalibus Italia, & publicæ Provinciæ as-*

Consolati, i Trionfi de' suoi Maggiori, l'attenzione fu grande. il ricordar le scienze, e sue nobili arti, e come, reggente lui, da niuno nimico si ricevette danno, fu grato: ma quando egli entrò nella sapienza, nella provedenza; niuno tenne le risa; quantunque la diceria composta da Seneca fusse molto adornata da quell' ingegno grazioso, e agli orecchi di que' tempi accomodato. Notavano i Veechi scioperati, che paragonano le cose antiche con le moderne: Nerone essere stato il primo di tutti i Signori di Roma a parlare imboccato; perchè Cesare Dettatore co' maggiori Dicitori gareggiò: Augusto parlò chiaro, e corrente, proprio del Principe: Tiberio del pesar le parole aveva l'arte, concetti vivi, o scuri apposta: nè a C. Cesare la bestialità tolse la forza del dire: e Claudio, quando diceva pensato, era elegante. Lo ingegno di Nerone degli anni teneri se n'andò in dipignere, intagliare, cantare, cavalcare, e semi di dottrina mostrava nel verseggiare.

Buoni principii di Nerone: molte cose ad arbitrio del Senato fatte.

IV. Fornito il piagnisteo, egli venne in Senato: e, discorso dell' autorità de' Padri, e dell' unione de' soldati; parlò egregiamente de' suoi pensieri, ed esempj per ben governare. non gioventù nutrita in armi civili, in discordie di casa, non odj, non ingiurie arrecare: non avidità di vendetta. Propose il modello del governo avvenire, scansando tutte le cose che eran frescamente spiaciute: Imperocchè egli non abbraccerebbe ogni causa, acciocchè vedendosi tutti gli attori, e i rei in una camera, non potesser i pochi favoriti assassinare, e far delle giustizie, e grazie, baratteria. Vna cosa sarebbe la sua famiglia, un' altra la Republica. Riterrebbe il Senato l'antiche sue autorità: l'Italia, e le Provincie del Popolo an-

(a) Anzi al contrario; Claudio avea prese per se tutte le supreme cariche, sia di leggi, sia di Magistrature. V. il Lib. XI. al num. 5.

assisterent. illi Patrum aditum præberent: se mandatis exercitibus consulturum.

V. *Nec defuit fides: multaque arbitrio Senatus constituta sunt: Ne quis ad caussam orandam mercede aut donis emeretur: ne designatis quidem Quæstoribus edendi gladiatores necessitas esset. Quod quidem adversante Agrippina, tamquam acta Claudii subverterentur, obtinuere Patres: qui in Palatium ob id vocabantur, ut astaret abditis a tergo foribus velo discreta, quod visum arceret, aditus non adimeret. Quin & Legatis Armeniorum caussam Gentis apud Neronem orantibus, escendere suggestum Imperatoris, & præsidere simul parabat; nisi, ceteris pavore defixis, Seneca admonuisset: Venienti Matri occurreret. ita, specie pietatis, obviam itum dedecori.*

Parthi Armeniam adfectant: quibus Domitius Corbulo opponitur.

VI. *Fine anni turbidis rumoribus prorupisse rursum Parthos, & rapi Armeniam, allatum est, pulso Rhadamisto; qui sæpe Regni eius potitus, dein profugus, tum quoque bellum deseruerat. Igitur in Vrbe sermonum avida: Quemadmodum Princeps vix septemdecim annos egressus, suscipere eam molem, aut propulsare posset? quod subsidium in eo qui a femina regeretur? num prælia quoque & oppugnationes urbium, & cetera belli per magistros administrari possent? anquirebant. Contra alii: Melius evenisse, disserunt, quam si invalidus senecta, & ignavia, Claudius, militiæ ad labores vocaretur, servilibus iussis obtemperaturus. Burrhum tamen & Senecam multarum rerum experientia cognitos. & Imperatori quantum ad robur deesse? cum octavodecimo ætatis anno Cn. Pompeius, nonodecimo Cæsar Octavianus, civilia bella sustinuerint. Pleraque in summa Fortuna auspiciis & consiliis, quam* (a) *telis & manibus geri. Daturum plane documentum honestis, an secus, amicis uteretur: si Ducem amota invidia egregium, quam si pecuniosum & gratia subnixum per ambitum deligeret.*

VII.

andrebbono al tribunale de' Consoli, che le introdurrebbero al Senato: egli penserebbe agli eserciti.

V. E tutto osservò: e furon fatti molti ordini, come volle il Senato: Che gli Avvocati non si comperassero per mercede, o presenti: che al far lo spettacolo de' gladiatori non fusser tenuti nè anche i disegnati Questori; non ostante che, per esser contro agli ordini di Claudio, contradicesse Agrippina: la quale faceva ragunar i Padri in Palazzo, e alla porta udiva con un velo innanzi per non esser veduta. e mentre gli Ambasciadori Armeni sponevano dinanzi a Nerone; veniva per salir su, e risedere al pari di lui: ma Seneca, stando gli altri attoniti, gli disse, che le andasse incontro; e così, mostrandole riverenza, riparò la vergogna.

I Parti aspirano all' Armenia: opponsi Domizio Corbulone.

VI. Nel fine dell' anno vennero nuove, che l' Armenia era di nuovo corsa da' Parti, cacciatone Radamisto, già più volte entratovi, e fuggitone, e allora del tutto abbandonatosi. Molti per la Città ciarlatrice domandavano: In che modo potrebbe quel Principe, fanciullo di anni diciassette, tanto peso reggere, o sgravarsene? che aiuto dare chi è retto da una donna? commetteransi le giornate, gli assalti, e l' altre azioni di guerra a pedagoghi? Altri dicevano: „ Durerà le fatiche della guerra me„ glio costui, che quel vecchio sci„ munito di Claudio, comandato da „ servidori; di Burro, e Seneca ci „ son moltissime sperienze.. e all' „ Imperatore quanto manca all' esser „ uomo? avendo Gn. Pompeo di di„ ciott' anni, e Ottaviano Cesar di „ diciannove, retto le guerre civili. „ Più fanno i Principi con la reputa„ zione, e col consiglio, che con la „ mano, e con l' armi. Mostrerebbe, se egli si serve d' uomini dab„ bene o no: se di Capitano valoro„ so senza invidia, o tirato su per „ ricchezza, e favori ".

VII.

(a) *Quam telis*, o sia, *magis quam telis*: frase a Tacito, e agli altri Storici familiare.

VII. *Hæc atque talia vulgantibus, Nero & iuventutem proximas per provincias quæsitam supplendis Orientis Legionibus* (*) *admovere, Legionesque ipsas propius Armeniam collocari iubet: duosque veteres Reges Agrippam & Iocchum expedire copias, quis Parthorum fines ultro intrarent: simul pontes per amnem Euphratem iungi: & minorem Armeniam Aristobulo, Regionem Sophenem Sohemo cum insignibus regiis mandat. Exortusque in tempore æmulus Vologeso, filius Vardanes: & abscessere Armenia Parthi, tamquam differrent bellum.*

VII. Dicendosi queste cose, Nerone mandò una bella fanteria fatta di vassalli vicini a rinfrescare le Legioni d' Oriente, e fece quelle accostare all' Armenia: e due antichi Re Agrippa, e Iocco, stare in ordine con eserciti, per entrar nella campagna de' Parti, e gittar ponti per l' Eufrate. L' Armenia ad Aristobolo, la Regione di Sofena a Soemo con le reali insegne commise. e venne a tempo, che Vardane si scoperse nimico a Vologese suo padre: e partironsi i Parti d' Armenia, quasi differendo la guerra.

VIII. *Sed apud Senatum omnia in maius celebrata sunt, sententiis eorum qui supplicationes, & diebus supplicationum vestem Principi triumphalem: utque ovans Vrbem iiret: effigiesque eius pari magnitudine ac Martis* (a) *Vltoris, eodem in templo censuere; præter suetam adulationem, læti, quod Domitium Corbulonem retinendæ Armeniæ proposuerat: videbaturque locus virtutibus patefactus. Copiæ Orientis ita dividuntur, ut pars auxiliarium cum duabus Legionibus apud Provinciam Syriam, & Legatum eius Quadratum Vinidium remaneret: par civium sociorumque numerus Corbuloni esset, additis cohortibus, alisque quæ apud Cappadociam hiemabant. Socii Reges prout bello conduceret, parere iussi. Sed studia eorum in Corbulonem promptiora erant; qui, ut famæ inserviret, quæ in novis cœptis validissima est, itinere propere confecto, apud Ægeas civitatem Ciliciæ obvium Quadratum habuit, illuc progressum, ne is ad accipiendas copias Syriam intravisset Corbulo, omnium ora in se verteret, corpore ingens, verbis magnificus, & super experientiam sapientiamque, etiam specie inanium validius.*

VIII. Erano queste cose in Senato aggrandite da quelli che proponevano far pricissione: il Principe v' andasse in veste trionfale: entrasse in Roma ovante: se gli facesse statua nel tempio di Marte Vendicatore, grande come la sua; tutto per l' usata adulazione, e per l' allegrezza d' aver fatto suo Luogotenente in Armenia Domizio Corbulone: e parere aperta la porta alle virtù. Le forze dell' Oriente furon divise in questa guisa: Che Quadrato Vinidio rimanesse nel suo governo di Soría con le due Legioni, e parte delli aiuti: altrettanti n' avesse Corbulone: e più i Colonnelli, e la cavalleria, che svernavano in Cappadocia: i Re amici, quelli, secondo che la guerra chiedesse, ubbidissero. Ma essi amavan più Corbulone; il quale per acquistar nome, cosa nelle nuove imprese importantissima, camminando forte, riscontrò Quadrato in Egea Città di Cilicia, che s' era levato innanzi per gelosia, che se in Soría entrava a ricever le genti Corbulone, di gran potenza, di parole magnifico, atto, oltre alla esperienza e al sapere, a muovere ancora con l' apparenza; non facesse tutti gli occhi in se volgere.

IX. *Ceterum uterque Vologesem Regem nuntiis monebant, pacem quam bel-*

IX. L' uno, e l' altro per messaggi confortavano il Re Vologese a vo-

ler

(a) Era questo tempio di Marte Vendicatore nell' ottavo rione di Roma, e nel Foro d' Augusto.

(*) *admoveri*

bellum mallet : datisque obsidibus , solitam prioribus reverentiam in Populum Romanum continuaret. Et Vologeses , quo bellum ex commodo pararet , an ut æmulationis suspectos per nomen obsidum amoveret ; tradit nobilissimos ex Familia Arsacidarum . Accepitque eos Centurio Histeius ab Vinidio missus , forte prior ea de caussa adito Rege . Quod postquam Corbuloni cognitum est , ire Præfectum cohortis Arrium Varum , & recipere obsides iubet. Hinc ortum inter Præfectum & Centurionem , iurgium , ne diutius externis spectaculo esset , arbitrium rei obsidibus Legatisque qui eos educebant , permissum . Atque illi ob recentem gloriam , & inclinatione quadam etiam hostium , Corbulonem prætulere. Vnde discordia inter Duces ; querente Vinidio , prærepta quæ suis consiliis patravisset : testante contra Corbulone , non prius conversum Regem ad offerendos obsides , quam ipse Dux bello delectus , spes eius ad metum mutaret. Nero quo componeret diversos , sic evulgari iussit : Ob res a Quadrato & Corbulone prospere gestas laurum fascibus Imperatoriis (a) *addi. Quæ in alios Consules egressa , coniunxi.*

X. *Eodem anno Cæsar effigiem Cn. Domitio patri , Consularia insignia Asconio Labeoni , quo tutore usus erat , petivit a Senatu : sibique statuas argento , vel auro solidas , adversus offerentes prohibuit . & quamquam censuissent Patres , ut principium anni inciperet mense Decembris , quo ortus erat Nero ; veterem religionem Kalendarum Ianuariarum inchoando anno retinuit . Neque recepti sunt in reos Carinas Celer Senator , servo accusante , aut Iulius Densus Equester , cui favor in Britannicum crimini dabatur.*

An. V. C. DCCCVIII. Æt. Chr. 55. XI. *Claudio Nerone , L. Antistio COSS. cum in acta Principum iurarent Magistratus , in sua acta collegam Antistium iurare prohibuit ; magnis*

ler pace , e non guerra : dare statichi , e continuar la reverenza portata dalli altri al Popol Romano . Vologese , o per apparecchiarsi con agio di forze a quella guerra , o per levarsi i sospetti di concorrenza ; consegnò sotto nome di statichi i primi del Sangue Arsacido a Isteo Centurione , da Vinidio per sorte mandato prima al Re per detta cagione . il che come Corbulone intese , mandò per essi Arrio Varo Prefetto d' una coorte . Il Centurione ne venne seco a parole , e per non farsi tra que' forestieri scorgere ; la rimisero nelli statichi , e ne' loro conducenti . Questi anteposero Corbulone , per la sua fresca gloria , e benivoglienza ancor de' nimici . Onde nacque tra questi Capi discordia ; dolendosi Vinidio , essergli levato di mano l' acquistato per opera sua : e Corbulone vantandosi , non essersi risoluto il Re offerire gli statichi , se non quando seppe d' avere a far seco , e voltò la speranza in paura . Nerone per rappaciarli bandì : Che i fasci dell' Imperadore per le prospere geste di Quadrato e di Corbulone , si portassero con l' alloro . e queste cose toccarono dell' anno appresso.

X. In questo presente , Cesare domandò al Senato l' imagine a Gn. Domizio suo Padre : e le insegne di Consolo ad Asconio Labeone , stato suo tutore . Le statue d' ariento , e d' oro massicce , a lui offerte , ricusò . e contro al voler de' Padri , che il mese di Dicembre , nel quale egli nacque , fusse capo d' anno ; mantenne alle Calende di Gennaio l' antica religione . E non furono accettate le querele poste da uno schiavo a Celere Carinate Senatore , e a Giulio Denso Cavaliere , di favorire Britannico .

XI. Entrati Consoli esso Claudio Nerone , e L. Antistio , giurando i Magistrati negli atti de' Principi , non volle che Antistio suo collega giurasse

An. di Ro. DCCCVIII. di Cristo 55.

(a) Fu già decretata ad Augusto la Dittatura , e ventiquattro fasci . V. Dion. LIV. pag. 521. prese poi il Consolato in vita , e dodici fasci . pag. 527. Per vittorie riportate ornavansi d' alloro i fasci . V. Plin. XV. 30.

gnis Patrum laudibus, ut iuvenilis animus levium quoque rerum gloria sublatus, maiores continuaret. Secutaque lenitas in Plautium Lateranum, quem ob adulterium Messalinæ ordine remotum, reddidit Senatui; clementiam suam obstringens crebris orationibus, quas Seneca, testificando quam honesta præciperet, vel iactandi ingenii, voce Principis vulgabat.

se ne' suoi; laudandolo molto i Padri, che quel giovenile animo compiacciutosi nelle picciole glorie, continuasse nelle maggiori. Fu benigno a Plauzio Laterano, cacciato, come adultero di Messalina, del Senatorio ordine; in rimetterlovi, prometteva clemenza con sue dicerie spesse, che Seneca componeva, e publicava per la bocca del Principe, per far mostra delle virtù che gl' insegnava, o di suo ingegno.

Delapso Nerone in amorem Actes libertæ, Agrippina infremit; simulque intracta eius potentia.

XII. *Ceterum, infracta paulatim potentia Matris; delapso Nerone in amorem libertæ, cui vocabulum Actes fuit: simul assumptis in conscientiam Othone, & Claudio Senecione, adolescentulis decoris, quorum Otho familia Consulari, Senecio liberto Cæsaris patre genitus (ignara Matre, dein frustra obnitente) penitus irrepserant per luxum, & ambigua secreta. Ne severioribus quidem Principis amicis adversantibus, muliercula, nulla cuiusquam iniuria, cupidines Principis explente (quando Uxore ab Octavia, nobili quidem, & probitatis spectatæ, fato quodam, an quia prævalent illicita, abhorrebat): metuebaturque, ne in stupra Feminarum illustrium prorumperet, si illa libidine prohiberetur.*

Nerone in amor con Atte liberta, freme Agrippina; va scemando suo potere.

XII. La Madre cominciò appoco appoco a cadere; essendosi Nerone intabaccato con Atte (*a*) liberta: e fattone consapevoli due be' giovanetti, Otone (*b*) di famiglia Consolare, e Claudio Senecione, figliuolo d' un suo liberto. Questi per la libidine, e per li segreti di pericolo, gli entrarono in gran confidenza; nè poteoci ella, quando il seppe, rimediare. e parve meglio a' Consiglieri del Principe (il quale la moglie Ottavia, benchè nobile, e ottima, per disventura, o perchè le cose vietate prevagliono, non poteva patire) lasciarlo sfogare in quella femmina, senza offesa d' alcuno, che nelle Donne illustri.

XIII. *Sed Agrippina, libertam æmulam, nurum ancillam, alioque eumdem in modum muliebriter fremere: neque pœnitentiam Filii, aut satietatem opperiri; quantoque fœdiora exprobrabat, acrius accendere; donec vi amoris subactus exueret obsequium in Matrem, Senecaque permitteret. Ex cuius familiaribus Annæus Serenus, simulatione amoris adversus eamdem libertam, primas Adolescentis cupidines velaverat, præbueratque nomen, ut quæ Princeps furtim muliercula tribuebat, ille palam largiretur. Tum Agrippina, versis artibus, per blandimenta Iuvenem aggredi, suum potius*

XIII. Sbuffava Agrippina, d' avere una liberta per compagna, una serva per nuora: e cotali altre cose, senz' aspettare il ripentere, o stuccare, del Figliuolo; cui quanto più svergognava, più accendeva di questo amore. Dal quale sopraffatto, ogni ubbidienza levò a lei, e voltò a Seneca; de' cui famigliari un Anneo Sereno, facendo lo innamorato di questa liberta, ricopriva da principio il giovane Principe: e sotto nome di costui andavano i presenti. Allora Agrippina mutò registro: e cominciò a tentare il Giovane con le lusinghe, e offerirgli la sua camera per da-

(*a*) La comprò in Asia Nerone, e se ne scaldò tanto, che la spacciava della discendenza d' Attalo; e volendola sposare suborno de' Consolari, che con ispergiuro attestassero esser ella di real sangue. V. Sveton. in Ner. XXVIII. Dion. LXI. pag. 692.

(*b*) Quel che fu poi Imperadore; e se ne parla a disteso nel primo, e secondo libro delle Storie.

rius cubiculum, ac sinum offerre, contegendis, quæ prima ætas, & summa fortuna expeterent. Quin & fatebatur intempestivam severitatem: & suarum opum, quæ haud procul Imperatoriis aberant, copias tradebat; ut nimia nuper coercendo Filio, ita rursum intemperanter demissa. Quæ mutatio neque Neronem fefellit, & proximi Amicorum metuebant, orabantque(*): Cavere insidias Mulieris semper atrocis, tum & falsæ. Forte illis diebus Cæsar inspecto ornatu quo Principum Coniuges ac Parentes effulserant; deligit vestem & gemmas, misitque donum Matri, nulla parsimonia; cum præcipua & cupita aliis, prior deferret. Sed Agrippina non his instrui cultus suos, sed ceteris arceri proclamat: & dividere Filium quæ tuncta ex ipsa haberet. Nec defuere qui in deterius referrent.

Pallas cura rerum demovetur.

XIV. *Et Nero infensus iis quibus superbia muliebris inniteba*tur; *demovet Pallantem cura rerum, quis a Claudio impositus, solus arbitrium Regni agebat. ferebaturque, digrediente eo, magna prosequentium multitudine, non absurde dixisse: Ire Pallantem, ut eiuraret. Sane pepigerat Pallas, ne cuius facti in præteritum interrogaretur, paresque rationes cum Republica haberet. Præceps post hæc Agrippina, ruere ad terrorem & minas, neque Principis auribus abstinere, quo minus testaretur: Adultum iam esse Britannicum, veram dignamque stirpem suscipiendo Patris Imperio; quod insitus & adoptivus, per iniurias Matris exerceret. Non abnuere se, quin cuncta infelicis Domus mala patefierent, suæ in primis nuptiæ, suum veneficium. Id solum Diis & sibi provisum, quod viveret Privignus. Iturum cum illo in castra. Audiretur hinc Germanici Filia, inde (**) vilis rursus Burrhus, & exsul Seneca, truncа (a) scilicet manu, & professoria lingua, Generis humani regimen expostulantes. Simul intendere manus, aggerere probra: consecratum Claudium, infernos Silanorum manes invocare, & tot irrita facinora.*

XV.

dare celato sfogo a quello, di che l' età giovanile, e la somma potenza gli facesse venir voglia. Confessava d' essergli stata troppo severa: largivagli tutte le sue ricchezze poco minori di quelle dello Imperadore: quanto dianzi lo gridava rubesta, tanto ora gli si umiliava. Di tanto mutamento Nerone attinse il fine, e gli Amici ne temeano, e pregavanlo a guardarsi da quella, sempre atroce, allora falsa, donna. Riveggendo egli un giorno le vesti, e gioie delle passate Imperatrici; mandò a donare alla Madre senza ritegno le più ricche, e care. Ella alzò la boce: Non di tali onori pascerla il Figliuol suo, ma torle gli altri: è dell' Imperio, datogli intero, renderle questo spicchio. Non vi mancò chi tutto rapportasse, e peggio.

Pallante cacciato d' impiego.

XIV. Nerone, che quelli non poteva patire, per cui la donna era superba; levò a Pallante il maneggio datogli da Claudio, col quale governava quasi tutto 'l Regno. Dicono che partendosi egli con gran comitiva, Nerone a proposito disse: Che egli andava a render l' uficio. Vero è, che egli aveva pattuito, che, senza rivedere i conti suoi publici, s' intendessero saldi, e pari. Agrippina imbestialisce, e grida in modo che il Principe l' ode: Che Britannico era il Figliuol vero, e degno, e d' età da tenere l' Imperio del Padre, usurpatogli per opera di lei trista da quello adottato posticcio con sì scelerate nozze, e veleno. Deansi pur fuora tutti i mali (dicev' ella) di quella Casa infelice. Mercè degl' Iddii, e sua, il Figliastro esser campato. con esso andrebbe in Campo, ove s' udirebbe la Figliuola di Germanico da una parte, Burro, e Seneca, un monco, e un pedante, dall' altra, pretendere il governo del Genere umano. Arrostava le mani: diceva ogni male: chiamava Claudio da Cielo: l' anime de' Silani d' Inferno: i tanti peccati orrendi fatti senza alcun pro.

XV.

(a) Dicesi *monco* Burro, non perchè tal fosse, ma per indicar la sua imbecillità e poltroneria in arme.

(*) *caveret*. (**) *debilis*.

Mox venenum Britannico properatum: festinum eius funus, proviso ante paratu & modico.

XV. *Turbatus his Nero: & propinquo die quo quartumdecimum ætatis annum Britannicus explebat, volutare secum, modo Matris violentiam, modo ipsius indolem, ut quidem experimento nuper cognitam, quo tamen favorem late quæsivisset. Festis Saturno diebus, inter alia æqualium ludicra, regnum lusu* (a) *sortientium; evenerat ea sors Neroni. Igitur, ceteris diversa, nec ruborem illatura, ubi Britannico iussit, exsurgeret, progressusque in medium, cantum aliquem inciperet, irrisum ex eo sperans Pueri sobrios quoque convictus, nedum temulentos ignorantis; ille constanter exorsus est carmen, quo evolutum eum sede patria, rebusque summis, significabatur. unde orta miseratio manifestior; quia dissimulationem nox & lascivia exemerat. Nero intellecta invidia, odium intendit: urgentibusque Agrippinæ minis, quia nullum crimen, neque iubere cædem Fratris palam audebat; occulta molitur; parariique venenum iubet; ministro Pollione Iulio Prætoriæ cohortis Tribuno; cuius cura attinebatur damnata veneficii nomine Locusta, multa scelerum fama. Nam, ut proximus quisque Britannico, neque fas, neque fidem pensi haberet, olim provisum erat. Primum venenum ab ipsis educatoribus accepit, transmisitque, exsoluta alvo parum validum, sive temperamentum inerat, ne statim sæviret. Sed Nero lenti sceleris impatiens, minitari Tribuno, iubere supplicium veneficæ; quod, dum rumorem respiciunt, dum parant defensiones, securitatem morarentur. Præmittentibus dein tam præcipitem necem quam si ferro urgeretur; cubiculum Cæsaris iuxta decoquitur virus, cognitis antea venenis rapidum,*

XVI. *Mos habebatur, Principum Liberos cum ceteris idem ætatis nobilibus sedentes vesci in aspectu Propinquorum, propria & parciore mensa. Illic epulante Britannico, quia cibos potusque eius delectus ex ministris gustu*

XV. Nerone se n' alterò: e, compiendo Britannico quattordici anni tra pochi dì, considerava or la Madre rovinosa, ora il Giovane spiritoso, che l' avea mostrato, e acquistatone grazia in quelle feste Saturnali, ove Nerone, fatto Re de' giuochi, n' impose agli altri varj, e da non arrossire: a Britannico, che nel mezzo andasse, e cantasse improvviso; sperando far ridere il Popolo del Fanciullo non usato a cene oneste, non che ubbriachesche. Ma egli sensatamente cantando accennò: Come del suo seggio, e sommo Imperio cacciato fosse; e mosse pietà più manifesta, per aver la notte e l' allegria levato i rispetti. Nerone, vistosi mal voluto per questo Fratello, gli accrebbe l' odio: e per le minacce d' Agrippina, affrettò cagione di farlo uccidere. Alla scoperta non v' era, e non ardiva: pensò alle fraudi, e d' avvelenarlo per mezzo di Giulio Pollione Tribuno d' una coorte di guardia, che teneva prigiona Locusta, condannata per molti veleni, ond' era maestra famosa. e già ogni custode di Britannico era acconcio a fargli ogni tradimento. Questi gli diedono il primo veleno, che gli mosse il corpo, e passò, come poco potente, o temperato a tempo. Ma Nerone non potendo aspettare; minaccia il Tribuno: comanda che gastighi la femmina; poichè, per pensare al dire del Popolo, a scusar se, tengono il Principe in pericolo. Promettongli morte più subita che di coltello nel cuore. Nella sua anticamera cuocon di più veleni provati pessimi un furiosissimo.

Veleno accelerato a Britannico: presto funerale, già preparato, e scarso.

XVI. Usavano i Figliuoli de' Principi sedere in vista loro appiè de' letti con altri nobili di loro età, a mensa separata, e men ricca. Così mangiando Britannico, uno de' suoi gli faceva de' cibi, e del bere, la

cre-

(a) Orazio I. Od. IV.

Nec regna vini sortiere talis.

S' incontrano spesso ne' Poeti latini de' simili passi. Luciano Saturnal. VI. Tom. III. pag. 387. mette in ridicolo al solito suo stile siffatti regni dati da Saturno, e i comandi che si davano da que' Re posticci, tratti a dadi.

stu explorabat; ne omitteretur institutum, aut utriusque morte proderetur scelus, talis dolus repertus est: Innoxia adhuc ac præcalida, & libata gustu, potio traditur Britannico; dein postquam fervore aspernabatur, frigida in aqua affunditur venenum: quod ita cunctos eius artus pervasit, ut vox pariter & spiritus eius raperentur. Trepidatum a circumsedentibus, diffugiunt imprudentes. At, quibus altior intellectus; resistunt defixi, & Neronem intuentes. Ille, ut erat reclinis, & nescio similis: Solitum ita, ait, per comitialem morbum, quo primum ab infantia afflictaretur Britannicus, & redituros paulatim visus, sensusque. At Agrippinæ is pavor, ea consternatio mentis, quamvis vultu premeretur, emicuit; ut perinde ignaram (a) *fuisse ac Octaviam sororem Britannici constiterit; quippe sibi supremum auxilium ereptum, & parricidii exemplum intelligebat. Octavia quoque, quamvis rudibus annis; dolorem, caritatem, omnis affectus, abscondere didicerat. Ita post breve silentium, repetita convivii lætitia.*

XVII. *Nox eadem necem Britannici & rogum coniunxit; proviso ante funebri paratu, qui modicus fuit. In Campo tamen Martis sepultus est, adeo turbidis imbribus; ut vulgus iram Deûm portendi crediderit adversus facinus, cui plerique etiam hominum ignoscebant, antiquas Fratrum discordias, & insociabile Regnum existimantes. Tradunt plerique eorum temporum Scriptores: crebris ante exitium diebus, illusisse pueritiæ Britannici Neronem; ut iam non præmatura, neque sæva mors videri queat, quamvis inter sacra mensæ, ne tempore quidem ad complexum Sorori dato, ante oculos inimici properata sit, in illum supremum Claudiorum sanguinem, stupro prius quam veneno pollutum. Festinationem exsequiarum edicto Cæsar defendit, id a Maioribus institutum referens: Subtrahere oculis acerba fune-*

credenza, e per non mancare dell' usato, o non chiarire il veleno, morendo ambi; si trovò questa astuzia: Fu portato a Britannico da bere senza veleno, e fattogli la credenza, ma troppo caldo: perciò ricusato, e raffreddato con acqua, ove era il veleno. Corsegli di fatto per tutte le membra, e tolsegli la voce, e 'l fiato. Que' Giovani si spaventarono: alcuno ne fuggì; ma gl' intendenti affisaron Nerone. Egli senza levarsi su, fattosi nuovo, disse: Darsegli quel male, del quale sin da bambino cadeva, e appoco appoco rinverrebbe. Quanto Agrippina, che non più d' Ottavia sorella di lui ne sapea, ne rimanesse smarrita; le si lesse nel viso, benchè acconcio: come colei, cui era tolto ogni aiuto; e datone annunzio di sua morte. Ottavia ancora, benchè di anni tenera, imparato aveva a nascondere il dolore, l' amore, e ogni affetto. Così dopo un breve silenzio, si tornò all' allegria del mangiare.

XVII. La stessa notte morì Britannico, e fu arso con esequie scarse, e prima provedute. Fu seppellito pure nel Campo di Marte: con pioggia sì tempestosa, che parvero crucciati gl' Iddii; benchè molti scusassero Nerone, incolpandone: La natura de' Fratelli, sempre discordi, e del Regno, che non vuol compagnia. Molti Scrittori di que' tempi dicono: aver prima Nerone spesse volte abusato la fanciullezza di Britannico; perciò non può parere affrettata nè cruda quella morte, benchè nelle sagre mense data, senza lasciarlo dalla Sorella abbracciare, in su gli occhi al nimico: il quale estinse quel sangue ultimo de' Claudj, prima da vitupero, che da veleno, corrotto. Cesare per bando le affrettate esequie scusò con dire: Che gli Antichi usavano levarsi dinanzi agli oc-

(a) Giovenale con più veleno che verità, la fa intesa e a parte del misfatto,

Hippomanes, carmenque loquar coctumque venenum
Privigno datum.
Sat. VI. 32.

neta, neque laudationibus, aut pompa detinere. Ceterum, & sibi amisso Fratris auxilio, reliquas spes in Republica sitas: & tanto magis fovendum Patribus Populoque Principem, qui unus superesset e Familia summum ad fastigium genita. Exin largitione potissimos amicorum auxit.

Agrippina, Neroni infensior, vires novas moliri: accusata eo nomine, ultionem in delatores, & præmia amicis obtinet.

XVIII. *Nec defuerunt qui arguerent viros gravitatem* (a) *asseverantes; quod domos villasque id tempori quasi prædas divisissent. Alii necessitatem adhibitam credebant a Principe, sceleris sibi conscio, & veniam sperante, si largitionibus validissimum quemque obstrinxisset. At Matris ira nulla munificentia leniri, sed amplecti Octaviam, crebra cum amicis secreta habere. Super ingeniam avaritiam, undique pecunias, quasi in subsidium, corripiens: Tribunos, & Centuriones cemiter excipere: nomina & virtutes Nobilium, qui etiam tum supererant, in honore habere; quasi quæreret Ducem & partes. Cognitum id Neroni; excubiasque militares, quæ ut Coniugi Imperatoris olim, tum & ut Matri servabantur, & Germanos super eumdem honorem custodes additos digredi iubet. Ne cœtu salutantium frequentaretur, separat domum, Matremque transfert in eam quæ Antoniæ fuerat; quotiens ipse illuc veniitaret, septus turba Centurionum, & posito brevi osculum digrediens.*

Agrippina vie più a Nerone avversa, sembra macchinar novità: accusatane, ottiene vendetta delle spie, premii agli amici.

XVIII. e tassati furono alcuni che faceano il grave; d'essersi case, e ville, quasi prede, spartiti in tale stagione. Altri diceano, averli ad accettare forzati dal Principe, che si sentiva dal peccato rimordere, e con donare a' più grossi sperava perdono. L'irata Madre già non potè con veruna largheza attutare. Ella abbracciava Ottavia: aveva co' suoi confidenti gran segreti: rapiva, oltre all' avarizia radicata nell' ossa, per ogni verso danari, quasi per aiutarsene: tribuni e Centurioni carezzava: de' Nobili, che vi eran rimasi, di conto, venerava i nomi, e le virtù; come cercasse capo, e parte. Ciò veduto Nerone, mandò via le sentinelle, che ella teneva già come Moglie, e ancora come Madre dell' Imperador, e oltre a questa pompa, la guardia de' Tedeschi. e perchè meno gente la venisse a salutare, la fece uscire di casa sua, e tornare in quella che fu d' Antonia; ed ei non v' andava, se non in mezzo a molti Centurioni: davale un freddo bacio, e partivasi.

XIX. *Nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est, quam fama Potentiæ, non sua vi nixæ. Statim relictum Agrippinæ limen, nemo salutari, nemo adire, præter paucas feminas, amore an odio, incertum. exquibus erat Iunia Silana (quam matrimonio C. Silii a Messallina depulsam, supra retuli) insignis genere, forma, lascivia, & Agrippinæ diu percara: mox occultis inter eas offensionibus, quia Sextium Africanum nobilem iuvenem a nuptiis Silanæ deterruerat Agrippina, impudicam & ver-*

XIX. Niuna cosa mortale sì tosto vola, come l' opinione del Potere assai, che non ha forze da se. La porta d' Agrippina diacciò subito: non l' andava a consolare, a vedere, fuorchè qualche donna; nè si sa, se per amore, o per odio. tra le quali Giunia Silana, già moglie di C. Silio (fatta rimandare, come dicemmo, da Messalina), di gran sangue, bellezza lasciva, tutta d' Agrippina un tempo, poi non si diceano punto; perchè Agrippina non la lasciò rimaritare a Sestio Affricano giovane no-

(a) Accenna di Burro, e Seneca Precettori di Nerone, uomini di gravità e senno, ma che profittarono della fortuna, partendo tra loro le case e le ville dell' avvelenato Britannico.

vergentem annis dictitans; non ut Africanum sibi seponeret, sed ne opibus & orbitate Silanæ maritus potiretur. Illa, spe ultionis oblata, parat accusatores ex clientibus suis Iturium & Calvisium, non vetera, & sæpius iam audita deferens, quod Britannici mortem lugeret, aut Octaviæ iniurias evulgaret; sed destinavisse eam Rubellium Plautum, per maternam originem pari ac Nero gradu a divo Augusto, ad res novas, extollere: coniugioque eius etiam pacto, Rempublicam rursus invadere. Hæc Iturius & Calvisius Atimeto Domitiæ Neronis amitæ liberto aperiunt. Qui lætus oblatis (quippe inter Agrippinam & Domitiam infensa æmulatio exercebatur), Paridem histrionem libertum & ipsum Domitiæ impulit, ire propere, crimenque atrociter deferre.

XX. *Provecta nox erat, & Neroni per vinolentiam trahebatur; cum ingreditur Paris, solitus alioquin id temporis luxus Principis intendere, sed tunc compositus ad mœstitiam, expositoque indicii ordine, ita audientem exterret, ut non tantum Matrem Plautumque interficere: sed Burrhum etiam demovere Præfectura destinaret, tamquam Agrippinæ gratia provectum, & vicem reddentem. Fabius (a) Rusticus auctor est: Scriptos esse ad Cæcinam Tuscum codicillos, mandata ei Prætoriarum cohortium cura, sed ope Senecæ dignationem Burrho retentam. Plinius (b) & Cluvius nihil dubitatum de fide Præfecti referunt: sane Fabius inclinat ad laudes Senecæ, cuius amicitia floruit. Nos consensum Auctorum secuturi, quæ diversa prodiderint, sub nominibus ipsorum trademus. Nero trepidus, & interficiendæ Matris avidus; non prius differri potuit, quam Burrhus necem eius promitteret, si facinoris coarguerentur; sed cuicumque, nedum Parenti, defensionem tribuendam; nec accusatores ad-*

nobile, dicendola disonesta, e vecchia: non per goderlosi ella, ma perchè egli come marito, non redasse lei ricca, e orba. Ella, colto il tempo da vendicarsi, ordina che Iturio e Calvisio, sue creature, l'accusino, non di piagnere la morte di Britannico, e contar gli strapazzamenti d'Ottavia, cose vecchie, e stracche; ma d'ordire novità con Rubellio Plauto, disceso per madre da Augusto in pari grado che Nerone, e torlo per marito, e di nuovo la Republica occupare. Iturio e Calvisio scuoprono questa cosa ad Atimeto, liberto di Domizia, paterna zia di Nerone. Costui lieto (perchè Agrippina e Domizia si cozzavano fieramente), spinse Paride strione, liberto anch'egli di Domizia, a correre, e riferire con atrocità questa congiura a Nerone.

XX. Era gran pezzo di notte, e Nerone la consumava avvinazzandosi. Paride, usato a quell'otta a rinforzare l'allegrie del Principe, entrò con viso addolorato: e contatogli tutto per ordine, gli mise sì fatta paura, che deliberò ammazzar la Madre e Plauto. Burro da lei fatto grande e lei riconoscente, cassare. Fabio Rustico scrive: Che Cecina Tusco fu fatto Prefetto de' Pretoriani, e mandatogli la patente; ma l'aiuto di Seneca raffermò Burro. Plinio e Cluvio dicono: Che della fede di Burro non fu dubitato; ma Fabio loda Seneca volentieri, perchè lo fece grande. Noi, dove s'accordano, affermeremo; dove no, gli citeremo. Nerone spaventato, e d'uccider la Madre avido; non le dava sosta, se Burro non prometteva levarla via, provata l'accusa; Le difese darsi a ciascheduno, non che alla Madre; non ci essere accusatore, ma voce d'un solo, e di casa nimica: considerasse che nel-

ac-

la

(a) Tacito nell'Agricola, l'appella eloquentissimo Scrittore della storia recente.

(b) Non la sola Storia naturale scrisse Plinio, ma quella anco de' suoi tempi. Vedi la Prefazione alla di lui Storia naturale. Cluvio di famiglia Consolare, fu insigne Storico e Poeta. V. Sveton. in Ner. XXI: parlasi di lui con lode nel IV. delle Storie di Tacito: 43.

esse, sed vocem unius ex inimica domo afferri: refutare tenebras, & vigilatam convivio noctem, omniaque temeritati & inscitiæ propiora.

XXI. *Sic lenito Principis metu, & luce orta, itur ad Agrippinam; ut nosceret obiecta, dissolveretque, vel pœnas lueret. Burrhus iis mandatis, Seneca coram, fungebatur: aderant & ex libertis arbitri sermonis. Deinde a Burrho, postquam crimina & auctores exposuit, minaciter actum. Agrippina ferociæ memor, „ Non miror ", inquit, „ Silanam numquam edito partu, matrum affectus ignotos habere. „ Neque enim perinde a Parentibus Liberi, quam ab impudica adulteri mutantur. Nec, si Iturius & Calvisius „ adesis omnibus fortunis, novissimam „ suscipiendæ accusationis operam (*) „ anni rependunt; ideo aut mihi infamia parricidii, aut Cæsari conscientia „ subeunda est. Nam Domitiæ inimicitiis gratias agerem, si benevolentia „ mecum in Neronem meum certaret. „ Nunc per concubinum Atimetum, & „ histrionem Paridem quasi stenæ fabulas componit. Baiarum suarum piscinas excolebat, cum meis consiliis adoptio, & Proconsulare ius, & designatio Consulatus, & cetera adipiscendo Imperio præpararentur. Aut „ exsistat qui cohortes in Vrbe tentatas, qui Provinciarum fidem labefactatam, denique servos vel libertos „ ad scelus corruptos arguat? Vivere „ ego Britannico potiente rerum poteram? aut si Plautus, aut quis alius „ Rempublicam iudicaturus obtinuerit, „ desunt scilicet mihi accusatores, qui „ non verba, impatientia caritatis aliquando incauta, sed ea crimina „ obiiciant quibus nisi a Filio Mater „ absolvi non possim "? Commotis qui aderant, ultroque spiritus eius mitigantibus, colloquium Filii exposcit. Vbi nihil pro innocentia quasi diffideret, nec beneficiis quasi exprobraret, disseruit; sed ultionem in delatores & præmia Amicis obtinuit.*

XXII.

la notte, e fra 'l vino le deliberazioni potevan riuscire indiscrete, e temerarie.

XXI. Scemata così al Principe la paura, e fattosi giorno; a Burro fu commesso che andasse a esaminar Agrippina, per assolverla, o dannarla. Egli, presenti Seneca, e alcuni liberti, lesse la querela, e gli accusanti, e minacciolla. Ella più indragata che mai, disse: „ Non è maraviglia che Silana sterile non conosca l'amor de' Figliuoli, i quali non posson la Madre scambiare, „ come le ribalde i bertoni. Nè Iturio e Calvisio, che si son pappati loro avere, e ora per aver pane da quella vecchia mi fanno la „ spia, cagioneranno mai a me infamia, nè a Cesare colpa di parricidio. Alla nimicizia di Domizia „ avrei obligo, se ella gareggiasse „ meco in amare Nerone mio; ma „ ella attende ora co' bei personaggi „ d'Atimeto suo drudo, e di Paris „ suo strione quasi a compor farse, „ e prima si trastullava a Baia co' „ suoi vivai; quando io co' miei „ consigli lo faceva adottare, far Viceconsolo, disegnar Consolo, e l'altre vie gli lastricava all' Imperio. „ Bene ora contro gli avrò tentato „ guardia, sollevato vassalli, corrotto schiavi, o liberti? Forse poteva io vivere regnando Britannico? „ o se Plauto, o altri, fatti padroni, m'avessero avuto a giudicare, „ mancare forse accusatori, non di „ parole scappate per troppo amore, ma di cose da non perdonarle se non ei Figliuolo a me Madre "? Commosse que' che v'erano, e cercavano di mitigarla. Ella ottenne di parlare al Figliuolo: col quale non entrò nè in sua innocenza, quasi le bisognasse, nè in suoi beneficj, quasi gli rimproverasse; anzi ottenne gastigo agli accusanti, e premio agli Amici.

XXII.

(*) *anni* sta in tutte l'edizioni, anco in quella del Comino. ha da star, *Anni* sependunt: per aver pane da quella *vecchia*. *anni* come vi entrerebbe?

Silana in exsilium acta. Deferuntur a Peto Pallas ac Burrhus: exsilium accusatori irrogatum.

XXII. *Præfectura annonæ Fenio Rufo, cura ludorum qui a Cæsare parabantur, Arruntio Stellæ, Ægyptus C. Balbillo, permittuntur: Syria P. Anteio destinatâ: & variis mox artibus elusus, ad postremum in Vrbe retentus est. At Silana in exsilium acta. Calvisius quoque & Iturius relegantur. De Atimeto supplicium sumptum. Validiore apud libidines Principis Paride quam ut pœna afficeretur. Plautus ad præsens silentio transmissus est.*

XXIII. *Deferuntur dehinc consensisse Pallas ac Burrhus, ut Cornelius Sulla claritudine generis, & affinitate Claudii, cui per nuptias Antoniæ, gener erat, ad Imperium vocaretur. Eius accusationis auctor exstitit Petus quidam, exercendis apud ærarium sectionibus famosus, & tum vanitatis manifestus. Nec tam grata Pallantis innocentia, quam gravis superbia fuit; quippe, nominatis libertis eius, quos conscios haberet, respondit: Nihil umquam se domi, nisi nutu aut manu significasse, vel si plura demonstranda essent, scripto usum, ne vocem consociaret. Burrhus, quamvis reus, inter Iudices sententiam dixit. Exsiliumque accusatori irrogatum, & tabulæ exustæ sunt quibus oblitterata ærarii monimenta retrahebat.*

XXII. Fenio Rufo fu fatto Prefetto dell'abbondanza: Arrunzio Stella, della festa che Nerone ordinava: Cazio Balbillo Governatore d'Egitto: P. Anteio destinato per Soria, ma dopo vari aggiramenti, alla fine fu arrestato in Roma: Silana scacciata: Calvisio ed Iturio confinati: Atimeto giustiziato. Le libidini del Principe scamparon Paride: di Plauto per allora non si parlò.

Silana esiliata. Pallante e Burro da Peto accusati: esilio all'accassante.

XXIII. Pallante e Burro furon poi accusati, d'aver consentito, che Cornelio Silla di gran sangue, marito d'Antonia figliuola di Claudio, fusse assunto all'Imperio. La spia, del tutto riuscì falsa: e fu un certo Peto, infame incettator di beni di condennati, che il Fisco incantava. Di Pallante non fu tanto cara l'innocenza, quanto stomacò la superbia. Avendo detto, quando sentì nominar suoi liberti per testimoni: Che in casa sua non comandava che per cenni: e bisognando sprimer meglio, per non s'affratellar con essi parlando, scriveva: Burro, benchè reo, fra' Giudici diede il voto. Peto fu bandito, e arsigli i libri fiscali, ove raccendeva i debitori che avevan pagato.

Vrbs lustrata.

XXIV. *Fine anni, statio (a) cohortis assidere ludis solita, demovetur; quo maior species Libertatis esset: utque miles theatrali licentiæ non permixtus, incorruptior ageret: & plebes daret experimentum, an amotis custodibus, modestiam retineret. Vrbem Princeps lustravit e responso haruspicum, quod Iovis ac Minervæ ædes de cælo tactæ erant.*

XXIV. Al fine dell'anno si levò la guardia solita tenersi alle feste, per mostrare più Libertà: non insegnare a' soldati quelle licenze della plebe: e lei provare come senza guardia stesse. Gli Aruspici fecero al Principe ribenedire la Città, essendo in su i tempj di Giove e Minerva cadute saette.

Roma ribenedetta.

An. V. C. DCCCIX. Ær. Chr. 56. Neronis luxus, & lascivi per noctem discursus. Histriones Italia pulsi.

XXV. *Q. Volusio, P. Scipione COSS. otium foris, fœda domi lascivia, qua Nero itinera Vrbis, & lupanaria, & diverticula, veste servili, in dissimulationem sui compositus pererrabat; comitantibus qui raperent ad vendidionem exposita, & obviis vulnera inferrent, adversus ignaros adeo, ut Ipse quoque acciperet ictus, & ore præferret. Deinde ubi Cæsarem esse qui grassaretur, pernosuit,*

XXV. L'anno di Q. Volusio, e P. Scipione Consoli, fuori fu quieto, nella Città scorretto; perchè Nerone per le vie, taverne, e chiassi, travestito da schiavo, con mala gente correva le cose da vendere: e faceva tafferugli sì sconosciuto, che ne toccava anch'egli, e ne portò il viso segnato. Chiaritosi esser lui che faceva questi baccani, crescevano gli ol-

An. di Ro. DCCCIX. di Cristo 56. Lusso, e lascive notturne scappate di Nerone: istrioni banditi d'Italia.

(a) Intende della coorte Pretoria.

tnit, augebanturque iniuriæ adversus Viros Feminasque insignes: & quidam permissa semel licentia sub nomine Neronis, inulti propriis cum globis eadem exercebant: & in modum captivitatis nox agebatur. Iulius quidam Montanus Senatorii ordinis, sed qui nondum honorem capessisset, congressus forte per tenebras cum Principe; quia vim tentantem acriter repulerat, deinde agnitum oraverat, quasi exprobrasset, mori adactus est. Nero autem metuentior in posterum, milites sibi, & plerosque gladiatorum circumdedit, qui rixarum initia modica, & quasi privata sinerent; si a læsis validius ageretur, arma inferrent. Ludicram quoque licentiam, & fautores histrionum velut in prælia convertit, impunitate & præmiis: atque ipse occultus, & plerumque coram prospectans; donec discordi Populo, & gravioris motus terrore, non aliud remedium repertum est quam ut histrienes Italia pellerentur, milesque theatro rursum assideret.

oltraggi ad Vomini, e Donne di gran qualità; perchè molte quadriglie d'altri credute esser la sua, affrontavano a man salva: e pareva la notte la Città ire a sacco. Giulio Montano vinto per Senatore, venuto alle mani una notte col Principe, lo fece cagliare; poi conosciutolo, e chiestoli perdono, fu fatto morire, quasi gliele avesse rimproverato. Nerone andò poscia più cauto, con masnade di soldati, e accoltellanti, che lo lasciasser fare i primi affronti; ma riscaldando la zuffa, accorresser con l'arme. Convertì la licenza del favorire chi questi, chi quelli strioni, quasi in battaglia, col non punire, e col premiare: e star esso a vedere ora ascoso, ora scoperto. alla qual discordia di Popolo, e pericolo di sollevamento, fu rimediato, col cacciare gli strioni fuor d'Italia, e nel teatro rimetter la guardia de' soldati.

Actum in Senatu de fraudibus libertorum, iisque in servitutem revocandis: nihil tamen in commune derogatum.

XXVI. *Per idem tempus actum in Senatu de fraudibus libertorum: effligitatumque, ut adversus male meritos, revocandæ libertatis ius patronis daretur. Nec deerant qui censerent. Sed Consules relationem incipere non ausi ignaro Principe; perscripsere tamen consensum Senatus: Ille auctor constitutionis fieret, ut inter paucos & sententiæ adversos, quibusdam scalitam libertate irreverentiam ac protupisse frementibus, vi ne an æquo cum patronis iure ageretur, sententiam eorum consultarent, ac verberibus manus ultro intenderent impellerentve, panam suam dissuadentes. Quid enim aliud læso patrono (a) concessum quam ut vicesimum ultra lapidem, in oram Campaniæ libertum releget? Ceteras actiones promiscuas & pares esse. Tribuendum aliquod telum quod sperni nequeat. Nec grave manumissis, per idem obsequium retinendi libertatem, per quod assecuti sint. At criminum manifestos, merito ad servitutem retrahi; ut metu coerceantur, quos beneficia non mutavissent.*

Trattasi in Senato delle frodi de' liberti, e di tornarli schiavi: per nulla in comune derogato.

XXVI. In questo tempo si trattò in Senato delle fraudi de' liberti, e che i padroni potessero per mali portamenti ritor loro la libertà. Approvatori non mancavano. Ma i Consoli non ardirono proporlo senza saputa del Principe; scrissergli: Che il Senato n'era contento; ne comandasse egli il partito, come tra pochi, e discordi. Fremevano alcuni: La libertà averli fatti tale insolenti, che trattino a diritto, o a torto, stanno a tu per tu col padrone, e quando gli vuol gastigare, te lo rispingono, o manomettono. E un povero padrone offeso, che può far altro al suo liberto, che discostarlosi venti miglia in Terra di Lavoro? nel resto procedon del pari, e conviene metter loro un morso, che lo temano. Non esser grave mantenersi la libertà con la medesima riverenza che l'ottennero. Chi erra, ritorni schiavo; e freni la paura, cui non muta il beneficio.

XXVII. *Disserebatur contra: Pauco-*

XXVII. Dicevasi all' incontro: La

(a) Forse per legge d' Augusto che fe' lo statuto su i diritti de' Liberti, e de' Padroni che li avean fatti liberi.

corum culpam ipsis exitiosam esse debere: nihil universorum iuri derogandum; quippe late fusum id corpus. Hinc plerumque tribus, decurias (a), *ministeria magistratibus & Sacerdotibus, cohortes* (b) *etiam in Vrbe conscriptas: & plurimis Equitum, plerisque Senatoribus, non aliunde originem trahi. Si separentur libertini; manifestam fore penuriam ingenuorum. non frustra Maiores cum dignitatem ordinum dividerent, Libertatem in communi posuisse. Quin &* (c) *manumittendi duas species institutas, ut relinqueretur pœnitentiæ, aut novo beneficio locus. Quos vindicta patronus non liberaverit, velut vinculo servitutis attineri. Dispiceret quisque merita, tardeque concederet quod datum non adimeretur. Hæc sententia valuit. Scripsitque Cæsar Senatui: Privatim expenderent causam libertorum, quotiens a patronis arguerentur: in commune nihil deregent. Nec multo post, crapulæ amicus, libertus Paris, quasi iure civili; non sine infamia Principis, cuius iussu perpetratum ingenuitatis iudicium erat.*

La colpa di pochi dover nuocere a quelli, e non pregiudicare a tutto 'l corpo degli altri sì grande, che le tribu in maggior parte, le decurie, e ministri de' Magistrati, e Sacerdoti, i soldati guardiani della Città, infiniti Cavalieri, moltissimi Senatori, non essere usciti altronde. Levandone i discesi di liberti, pochi restar gli altri liberi. Non accaso i nostri Antichi avere onorato ciascun grado di sue proprie podestà: la Libertà aver fatta comune a ogn' uno, la quale inoltre ordinarono che si desse in due modi per lasciar luogo a pentimento, o a nuovo benefizio. Quei che non eran fatti liberi per mezzo del Magistrato, rimaner quasi in servitù: esaminassersi poi i meriti, e non si corresse a darla, quando non si poteva ritorre. Piacque questo parere. E Cesar riscrisse al Senato: Che in particolar' a qualunque si lamentasse di suoi liberti si facesse ragione: in generale niente si derogasse. Indi a poco non senza biasimo di Nerone fu tolto quasi di ragion civile Paris istrione alla Zia Domizia, da lui fatto prima dichiarare ingenuo.

Ius tribunorum & ædilium cohibitum. Ærarii cura varie habita.

XXVIII. *Manebat nihilominus quædam imago Reipublicæ; nam inter Vibullium Prætorem, & plebei Tribunum Antistium, ortum certamen: Quod immodestos fautores histrionum & a Prætore in vincula ductos, Tribunus emitti iussisset. comprobavere Patres, incusata Antistii licentia. simul prohibiti Tribuni ius Prætorum, & Consulum, præripere: aut vocare ex Italia cum quibus lege agi posset. Addidit L. Piso designatus Consul: Ne quid intra domum pro potestate animadverterent: neve multam ab iis dictam, Quæstores ærarii in publicas tabulas ante quatuor menses referrent: medio temporis contradicere liceret: deque eo Con-*

Limitati i diritti de' Tribuni e degli Edili: cura dell' Erario variata.

XXVIII. Eravi pure di Repubblica un poco di somiglianza; perchè avendo Vibullio Pretore carcerato certi partigiani di strioni, e Antistio Tribuno della plebe comandato che fussero lasciati; i Padri approvato il fatto, sgridarono Antistio. a' Tribuni similmente vietarono l'entrar nella podestà de' Consoli, e Pretori: o avvocare a se le liti d'Italia. Aggiunse L. Pisone eletto Consolo: Che lor podestà di condannare non usassero in casa: e che i Questori il mettere a entrata le condennagioni fatte da loro, differissero quattro mesi: in tanto si potesse dir contro: e i Consoli giudicassero: e fu

(a) Avverte Lipsio e non intender qui le decurie de' Giudici; oltre v' eran decurie di scribi, copisti ec.

Per ministerj intendonsi i littori, i passeggeri, i banditori, e altri ministri d' altri Magistrati.

(b) Le Coorti de' Vigili; quel che più rileva, militarono i Liberti sotto Augusto in Germania, e nell' Illirico.

(c) L' una e l' altra specie di menomettere riporta Seneca *de Vita beata* XXIV. *Iusta libertatis, an inter amicos data.*

Consules statuerent. Cohibita artius & Ædilium potestas: statutumque quantum Curules, quantum plebei pignoris caperent, vel pœnæ irrogarent. eo Helvidius Priscus tribunus plebis, adversus Obultronium Sabinum ærarii Quæstorem contentiones proprias exercuit; tamquam ius hastæ adversus inopes inclementer augeret. Dein Princeps curam tabularum publicarum a Quæstoribus ad Præfectos transtulit.

fu ristretta l' autorità, e tassate le somme agli Edili Curuli, e a' plebei, del pegnorare, e condennare. onde Elvidio Prisco Tribuno della plebe, privatamente nimico d' Obultronio Sabino Questore dell' erario, l' accusò, perchè incantava i beni de' poveri troppo crudamente. Il Principe tolse di mano a' Questori i libri publici, e ne diede cura a' Prefetti.

XXIX. *Varie habita, ac sæpe immutata eius rei forma; nam Augustus permisit Senatui deligere Præfectos: dein, ambitu suffragiorum suspecto, sorte ducebantur ex numero Prætorum qui præessent. Neque id diu mansit, quia sors deerrabat ad parum idoneos. Tunc Claudius Quæstores rursum imposuit; iisque ne metu offensionum segnius consulerent, extra ordinem honores permisit. Sed deerat robur ætatis cum primum magistratum capessentibus. igitur Nero Prætura perfunctos, & experientia probatos delegit.*

XXIX. Questa cosa spesso variò; perchè Augusto faceva eleggere i Prefetti dal Senato: sospettandosi poi de' favori, si traevan per sorte del numero de' Pretori. Nè questo modo durò, perchè uscivano molti inetti. Claudio ritornò a' Questori: e perchè non andassero adagio per tema d' offendere, diè loro, per poi, Pretorie fuor d' ordine. Ma perchè quei che aveano quel primo Magistrato, erano giovani; Nerone elesse persone cimentate, e già stati Pretori.

Damnatur Vipsanius Lena. Mors L. Volusii.

XXX. *Damnatus iisdem Consulibus Vipsanius Lenas, ob Sardiniam provinciam avare habitam. Absolutus Cestius Proculus repetundarum, cedentibus accusatoribus. Clodius Quirinalis, quod Præfectus remigum qui Ravennæ haberentur, velut infimam Nationum, Italiam luxuria sævitiaque afflictavisset, veneno damnationem antevertit. C. Aminius Rebius ex primoribus peritia legum, & pecuniæ magnitudine, cruciatus ægræ senectæ, misso per venas sanguine, effugit; haud creditus sufficere ad constantiam sumendæ mortis, ob libidines muliebriter infamis. At L. Volusius egregia fama concessit; cui tres & nonaginta anni spatium vivendi, præcipuæque opes bonis artibus, inoffensa tot Imperatorum malitia fuit.*

XXX. Quest' anno fu condannato Vipsanio Lenate d' aver con rapacità retta la Sardigna. Di simil cosa assoluto Cestio Proculo, cedendo li accusatori. Clodio Quirinale, capo della ciurma dell' armata di Ravenna, per avere con lussuria, e crudeltà maltrattata Italia, come vilissima tra le Nazioni, innanzi alla sentenza s' avvelenò. C. Aminio Rebio, principalissimo in dottrina legale e ricchezza, per fuggir i dolori in vecchiezza si segò le vene; che tanto cuore non si aspettava in quel vecchio libidinoso quasi donna infame. Con fama ottima morì L. Volusio di novantatre anni, giustamente arricchito, senza cadere in disgrazia di tanti mali Imperadori.

Vipsanio Lena condannato. Muore L. Volusio.

An. V. C. DCCCX. Ær. Chr. 57. Magistratus, qui provincias obtinerent, lodos edere prohibiti.

XXXI. *Nerone secundum, L. Pisone, Consulibus, pauca memoria digna evenere; nisi cui libeat, laudandis fundamentis & trabibus, quis molem amphitheatri* (a) *apud Campum Martis Cæsar*

XXXI. Nel Consolato secondo di Nerone, e di L. Pisone, poco fu da memorare, chi non volesse impiastrar le carte, lodando i bei fondamenti, e legnami dell' Anfitea-

An. di Ro. DCCCX. di Cristo 57. Magistrati eletti alle Provincie non possono dar feste.

(a) Fu fabbricato in un anno. Quest' anfiteatro e i giuochi niente sanguinosi, loda Svetonio *in Ner. XII. Munere, quod in amphitheatro ligneo in regione Martii campi intra anni spatium fabricato dedit, neminem occidit, ne noxiorum quidem.* Vedi anche Plin. XVI. 40.

sar adstruxerat, volumina implere; cum ex dignitate Populi Romani repertum sit, res illustres Annalibus, talia diurnis Vrbis actis mandare. Ceterum Coloniæ Capua atque Nuceria, additis veteranis, firmatæ sunt: plebeique congiarium quadringeni nummi veritim dati: & sestertium quadringenties ærario illatum est, ad retinendam Populi fidem. Vectigal quoque quintæ & vicesimæ venalium mancipiorum remissum, specie magis quam vi; quia cum venditor pendere iuberetur, in partem pretii emptoribus accrescebat. Edixit Cæsar, ne quis Magistratus, aut Procurator qui Provinciam obtineret, spectaculum gladiatorum, aut ferarum, aut quod aliud ludicrum ederet. nam ante non minus tali largitione, quam corripiendis pecuniis, subiectos affligebant; dum quæ libidine deliquerant, ambitu propugnant.

teatro che Cesare edificò in Campo di Marte; ma per degnità del Popol Romano s' usa negli Annali scriver le cose illustri, e le simili ne' giornali. Furono le Colonie di Capua e Nocera rifornite di vecchi soldati: e dieci fiorini per testa donati del publico alla plebe: e messo nell' erario un milion d' oro, per mantenere il credito del Popolo: e li quattro per cento delle vendite delli schiavi, levati più in vista, che in effetto; perchè dovendo pagargli il venditore, ne voleva quel più: e mandato un bando che niuno di Magistrato, o Governator di Provincie facesse spettacoli di cacce, accoltellanti, o altro; perchè prima non meno affliggevano i Popoli con simil giuochi, che col rubargli, difendendo con sì fatte liberalità le loro scelleratezze.

Dominorum securitati consultum. Pomponia Græcina mariti iudicio permissa, & innocens absoluta.

XXXII. *Factum & S. consultum ultioni iuxta & securitati: Vt, si quis a suis servis interfectus esset, ii quoque qui testamento manumissi, sub eodem tecto mansissent, inter servos supplicia penderent. Redditur ordini Lusius Varius Consularis, avaritiæ criminibus olim perculsus. & Pomponia Græcina insignis femina, Plautio, qui ovans se de Britannis retulit, nupta, ac superstitionis (a) externæ rea, Mariti iudicio permissa. isque prisco instituto, Propinquis coram, de capite famaque Coniugis cognovit, & insontem nuntiavit. Longa huic Pomponiæ ætas, & continua tristitia fuit. nam post Iuliam Drusi filiam dolo Messallinæ interfectam, per quatuordecim annos, non cultu nisi lugubri, non animo nisi mœsto egit: idque illi imperitante Claudio impune, mox ad gloriam vertit.*

Fatti sicuri i Padri I; Pomponia Grecina al giudizio del marito permessa, assoluta per innocente.

XXXII. Fu dal Senato fatto un decreto, a gastigo, e sicurtà: Che ammazzando li schiavi il padrone, i liberti per testamento, stanti in quella casa, portassono la medesima pena. E' rifatto Senatore L. Vario stato Consolo, e di rapine già accusato, e cassò. Pomponia Grecina, donna illustre, moglie di Plauzio, tornato d' Inghilterra ovante, querelata di eresia, fu data a giudicare al Marito; il qual co' Parenti di lei al modo antico, della vita e dell' onore l' esaminò, e dichiarò innocente. Ella visse assai in continui dispiaceri per Giulia di Druso, uccisa per malvagità di Messalina: portò bruno quattordici anni: nè mai si rallegrò; del che vivente Claudio non portò pena, poi n' ebbe gloria.

De repetundis postulantur P. Celer, Cossutianus Capito, Eprius Marcellus.

XXXIII. *Idem annus plures reos habuit: quorum P. Celerem, accusante Asia, quia absolvere nequibat Cæsar, traxit, senecta donec mortem obiret; nam Celer interfecto, ut memo-*

Accusati di mal tolto P. Celere, Cossuziano Capitone, Eprio Marcello.

XXXIII. Molti furono quest' anno accusati 1. dall' Asia P. Celere, il quale non potendo Cesare assolvere, trattenne tanto, che si morì di vecchiaia; perchè la grande scele-

(a) Facilmente di religione Cristiana. Così ne pensano Lipsio, ed altri. Certo che della casa stessa di Nerone eranvi Cristiani. *Salutant vos qui mecum sunt Fratres; salutant vos omnes sancti, maxime qui de Cæsaris domo sunt.* Così S. Paolo nell' Epistola IV. 22. a' Filippensi. Vedi l' Epistola a' Romani XVI.

moravi, Silano Proconsule, magnitudine sceleris cetera flagitia obtegebat: Cossutianum Capitonem Cilices detulerant maculosum fœdumque, & idem ius audaciæ in Provincia ratum, quod in Vrbe exercuerat; sed pervicaci accusatione conflictatus, postremo defensionem omisit, ac lege repetundarum damnatus est: pro Eprio Marcello, a quo Lycii res repetebant, eo usque ambitus prævaluit, ut quidam accusatorum eius exilio multarentur, tamquam insonti periculum fecissent.

An. V. C. pccclxi. Ær Chr. 58. Neronis libertas. Prolatatum de obtinenda Armenia bellum, acriter sumitur. Prisca severitas & disciplina firmato militi, Corbulo Armeniam ingreditur: urbem Artaxata capit & incendit.

XXXIV. *Nerone tertium Consule simul iniit Consulatum Valerius Messalla, cuius proavum Oratorem Corvinum, divo Augusto abavo Neronis, collegam in eo magistratu fuisse, pauci tam senum meminerant. sed nobili familiæ honor auctus est oblatis in singulos annos quingenis sestertiis, quibus Messalla paupertatem innoxiam sustentaret. Aurelio quoque Cottæ, & Haterio Antonio annuam pecuniam statuit Princeps, quamvis per luxum avitas opes dissipassent. Eius anni principio, mollibus adhuc initiis prolatatum inter Paribos Romanosque de obtinenda Armenia bellum, acriter sumitur; quia nec Vologeses sinebat fratrem Tiridatem dati a se Regni expertem esse, aut alienæ id potentiæ donum habere: & Corbulo dignum magnitudine Populi romani rebatur, parta olim a Lucullo Pompeioque recipere. Ad hæc Armenii, ambigua fide, utraque arma invitabant, situ terrarum, similitudine morum Parthis propiores, connubiisque permixti, ac libertate ignota, illuc magis ad servitium inclinantes.*

XXXV. *Sed Corbuloni plus molis adversus ignaviam militum, quam contra perfidiam hostium erat. Quippe Syria transmotæ Legiones, pace longa segnes, munia Romanorum ægerrime tolerabant. Satis constitit fuisse in eo exercitu veteranos qui non stationem, non vigilias inissent: vallum fossamque quasi nova & mira viserent: sine galeis, sine loricis, nitidi & quæstuosi, militia per oppida expleta. Igitur dimissis quibus senecta, aut valetudo adversa erat, sup-*

leratezza di Celere dell' avere avvelenato, come dissi, Silano Viceconsolo, tutte l' altre sue ricoperse: dalla Cilicia, Cossuziano Capitone, brutto vituperoso, che prese animo a rubare nella Provincia come in Roma; ma dalla pertinace querela confitto, abbandonò la difesa, e fu dannato secondo la legge del mal tolto: dalla Licia, Eprio Marcello del medesimo; ma potette sì co' favori, che alcuni delli accusanti furon mandati in esilio, come avesser messo in pericolo lo innocente.

An. di Ro. pccclxi. di Cristo 58. Liberalità di Nerone: la guerra con l'Armenia differita si assume seriamente: coll' antica severità a disciplina assodata la miliaia v' entra Corbulone, prende e incendia Artaxata.

XXXIV. Nerone la terza volta fu Consolo con Valerio Messalla, il cui bisavol Corvino l' Oratore, si ricordavano i vecchi (oramai pochi) essere stato in tal Magistrato collega d' Augusto arcavolo di Nerone: e per più onorare sì nobil Famiglia, gli fur dati fiorini dodicimila cinquecento l' anno, per sostentare l' innocente sua povertà. Altre provisioni assegnò il Principe ad Aurelio Cotta, e Aterio Antonino, benchè scialacquatori di loro facultadi antiche. Nel principio di quest' anno la guerra co' Parti, per l' acquisto dell' Armenia, lentamente avviata, e sospesa, invelenì; per cagione che Vologese, che data l' aveva a Tiridate fratel suo, non voleva ch' e' la perdesse, nè riconoscesse da altra potenza: e a Corbulone non pareva onore del Popol Romano gli acquisti già di Lucullo, e di Pompeo, non ripigliare. e gli Armeni, di dubbia fede, chiamavano l' une, e l' altre armi; ma come co' Parti imparentati, e di paese, e di costumi più simili, non conoscendo libertà, più inchinavano a servir loro.

XXXV. Ma a Corbulone più dava da fare la poltroneria de' soldati, che la perfidia de' nimici. Le Legioni levate di Soria nella lunga pace imbolsite, ansavano alle fatiche Romane. Vidersi in quello esercito soldati vecchi, che non avevano fatto mai guardia, nè scolta: steccato, o fossa ammiravano per cosa nuova: non elmi, non loriche che portavano; ma col ben vestire, e mercatare, finivano lor soldo

per

supplementum petivit. Et habiti per Galatiam ac Cappadociam delectus, adiectaque ex Germania Legio cum equitibus alariis, & peditatu cohortium: retentusque omnis exercitus sub pellibus, quamvis hieme sæva adeo, ut obducta glacie, nisi effossa humus, tentoriis locum non præberet. ambusti multorum artus vi frigoris, & quidam inter excubias exanimati sunt: annotatusque miles qui fascem lignorum gestabat, ita præriguisse manus, ut oneri adhærentes, truncis brachiis decidèrent. Ipse cultu levi, capite intecto, in agmine, in laboribus, frequens adesse: laudem strenuis, solatium invalidis, exemplum omnibus ostendere. Debinc, quia duritiam cæli militiæque multi abnuebant, deserebantque, remedium severitate quæsitum est. Nec enim, ut in aliis exercitibus, primum alterumque delictum venia prosequebatur; sed qui signa reliquerat, statim capite pœnas luebat. idque usu salubre, & misericordia melius apparuit: quippe paucitas illa castra deseruere, quam ea in quibus ignoscebatur.

XXXVI. *Interim Corbulo Legionibus intra castra habitis, donec ver adolesceret, dispositisque per idoneos locos cohortibus auxiliariis; ne pugnam priores auderent, prædicit. Curiam præsidiorum Pactio Orphito Primipili honore perfunctio mandat. Is quamquam incautos barbaros, & bene gerendæ rei casum offerri scripserat; tenere se mœnimentis, & maiores copias opperiri iubetur. Sed rupto imperio, postquam paucæ e proximis castellis turmæ advenerant, pugnamque imperitia poscebant; congressus cum hoste, funditur. Et damno eius exterriti qui subsidium ferre debuerant, sua quisque in castra trepida fuga rediere. Quod graviter Corbulo accepit: increpitumque Pactium, & Præfectos, militesque; tendere omnes (a) extra vallum iussit: inque ea contumelia detenti, nec nisi precibus universi exercitus exsoluti sunt.*

XXXVII.

per le castella. Là onde licenziati i vecchi, e malsani; chiese nuova gente, che si fece in Galazia, e Cappadocia: e di Germania gli venne una Legione di buoni cavalli, e fanti. Tenne tutto l'esercito fuori sotto le tende, che per rizzarle convenne zappare il terreno ghiacciato per lo verno crudissimo; onde a molti le membra rimaser secche, e alcune sentinelle intirizzate: uo soldato, che portava un fastello di legne, vi lasciò le mani appiccate, e rimase monco. Esso Capitaoo mal vestito, e in zucca, sempre dattorno era a lavorii, all' ordinanze: dava lode a' valenti, conforto alli infermi, esempio a tutti. E perchè molti fuggirno quella crudezza di cielo, e di milizia, la severità fu rimedio; ooo perdonando, come negli altri eserciti, la prima falta, nè la seconda; ma era subitamente chi lasciava l'insegna dicapitato, e fu la vera medicina, più che usar pietà; perchè di quel Campo ne fuggì meno, che d' onde si perdonava.

XXXVI. Tenne Corbulone i nostri dentro, sino a mezza primavera, nel Campo: gli aiuti adattò in più luoghi con ordine di non venire i primi a battaglia: e accomandogli a Pazio Orfito stato Primipilo, Costui benchè scrivesse, i barbari non si guardare, ed esservi da far del bene; gli fu comandato, noo uscisse, e aspettasse più gente. Non ubbidì: e venutoli di castella vicine pochi cavalli, chiedenti senza giudizio battaglia col nimico; l' appicco, e fu rotto. E gli altri, che aiutar li doveaoo, impauriti dal danno altrui, fuggirono ciascuno in suo alloggiamento. Corbulone n' ebbe gran dispiacere: e dettone villania a Pazio, a' Capi, a' soldati; gli cacciò tutti fuori dello steccato: nè di quella vergogna levolli, se non pregato da tutto l'esercito.

XXXVII.

(a) Come indegni della società, e consorzio degli altri. Era questa la pena militare che davasi a somiglianti vigliacchi, e in altri tempi più aspramente esercitata. Cohortes, *quæ signa amiserant extra vallum sine tentoriis destitutas invenit dictator Valerius Maximus*. Liv. X. 4.

XXXVII. *At Tiridates super proprias clientelas, ope Vologesi fratris adiutus, non furtim iam, sed palam bello infensare Armeniam: quosque fidos nobis rebatur, depopulari: & si copiæ contra ducerentur, eludere: huc quoque & illuc volitans, plura fama quam pugna exterrere. Igitur Corbulo, quæsito diu prælio, frustra habitus, & exemplo hostium circumferre bellum coactus; dispartit vires, ut Legati Præfectique diversos locos pariter invaderent. simul Antiochum Regem monet, proximas sibi Præfecturas petere. Nam Pharasmanes, interfecto filio Rhadamisto, quasi proditore sui; quo fidem in nos testaretur, vetus adversus Armenios odium promptius exercebat. Tuncque primum illecti Insechi, Gens ante alias socia Romanis, avia Armeniæ incursavit. Ita consilia Tiridati in contrarium vertebantur; mittebatque Oratores, qui suo Parthorumque nomine expostularent: Cur datis nuper obsidibus, redintegrataque amicitia, quæ novis quoque beneficiis locum aperiret, vetere Armeniæ possessione depelleretur? Ideo nondum ipsum Vologesem commotum, quia causa, quam vi, agere mallet. Sin perstaretur in bello; non defore Arsacidis virtutem fortunamque, sæpius iam clade Romana expertam. Ad ea Corbulo, satis comperto, Vologesem defectione Hyrcaniæ attineri; suadet Tiridati, precibus Cæsarem aggredi. posse illi Regnum stabile, & res incruentas contingere, si omissa spe longinqua & sera, præsentem potiorem sequeretur.*

XXXVIII. *Placitum debinc, quia commeantibus invicem nuntiis, nihil in summa pacis proficiebatur; colloquio ipsorum tempus locumque destinari. Mille equitum præsidium Tiridates affore sibi dicebat: quantum Corbuloni cuiusque generis militum assisteret, non statuere, dum positis loricis & galeis, in faciem pacis veniretur. Cuicumque mortalium, nedum veteri & provido Duci, barbaræ astutiæ patuissent. Ideo artum inde numerum finiri, & hinc maiorem af-*

XXXVII. Tiridate con li aiuti de' suoi raccomandati, e di Vologese suo fratello, non più copertamente, ma a guerra rotta infestava l' Armenia, e saccheggiava i creduti a noi fedeli: e se gente gli veniva incontra, la scansava: e qua e là volando, spaventava col romore più che con l' armi. Corbulone adunque, avendo assai cercato in vano la battaglia, tirato dal nimico a guerreggiare in più luoghi; spartì le forze, e mandò suoi Capitani ad assaltar più paesi a un tratto, e il Re Antioco a' reggimenti vicini. Farasmane, ammazzato il figliuolo Radamisto come di lui traditore; per mostrarsi a noi fedele, esercitava lo antico odio vivamente contro agli Armeni. e gl' Isichi nostri amici prima degli altri allora allettati, corsero i luoghi aspri d' Armenia. Così riuscivano i disegni di Tiridate al contrario; e mandava Ambasciadori in suo nome, e de' Parti a intendere: Onde fosse che avendo poco fa dati ostaggi, e rinnovata la lega, che suole esser la porta a nuovi beneficii, lui volesser cacciare dall'antico possesso d' Armenia. Non avere ancora esso Vologese pigliato l' armi, per trattare anzi con la ragione, che con la forza. Se pur vorranno la guerra; non esser per mancar' agli Arsacidi la virtù, e fortuna, spesse volte con guai da' Romani assaggiata. Corbulone, che sapeva, Vologese aver che fare con l' Ircania ribellata; consiglia Tiridate a raccomandarsi a Cesare: e conseguire per questa via piana, e corta il Regno stabile, e senza sangue, e lasciar le cose lunghe, e malagevoli.

XXXVIII. E non venendo per via di messaggi a conclusione; parve bene abboccarsi: e rimanere dove, e quando. Tiridate diceva, che verrebbe con mille cavalieri: venisse Corbulone con quanti volesse, ma venissesi senza elmi, e corazze, a modo di pace. Avrebbe conosciuto ognuno, non che quel Capitano vecchio, e sagace, la fraude pensata del Barbaro, vantaggio di numero offerente: perchè contro

a

afferri, ut dolus pararetur. Nam equiti sagittarum usu exercito, si detecta corpora obiicerentur, nihil profuturam multitudinem. Dissimulato tamen intellectu; rectius de his quæ in publicum consulerentur, totis exercitibus coram dissertaturos, respondit. Locumque delegit, cuius pars altera colles erant clementer assurgentes, accipiendis peditum ordinibus: pars in planitiem porrigebatur, ad explicandas equitum turmas. Dieque pacto, prior Corbulo socias cohortes & auxilia Regum pro cornibus, medio Sextam legionem constituit: cui accita per noctem aliis ex castris, tria millia Tertianorum (a) *permiscuerat, una cum Aquila, quasi eadem legio spectaretur. Tiridates vergente iam die procul astitit, unde videri magis quam audiri posset. Ita sine congressu Dux Romanus abscedere militem sua quemque in castra iubet.*

XXXIX. *Rex sive fraudem suspectans, quia plura simul in loca ibatur: sive ut commeatus nostros Ponticos mari, & Trapezunte oppido adventantes interciperet; propere discedit. Sed neque commeatibus vim facere potuit; quia per montes ducebantur præsidiis nostris insessos: & Curbulo, ne irritum bellum traheretur, utque Armenios ad sua defendenda cogeret; excindere parat castella, sibique quod validissimum in ea Præfectura cognomento Volandum sumit: minora Cornelio Flacco Legato, & Insteio Capitoni Castrorum Præfecto mandat. Tum, circumspectis munimentis, & quæ expugnationi idonea, provisis; hortatur milites: Vt hostem vagum, neque paci aut prælio paratum, sed perfidiam & ignaviam fuga confitentem, exuerent sedibus, gloriæque pariter & prædæ consulerent. Tum quadripartito exercitu, hos in testudinem conglobatos, subruendo vallo induxit: alios scalas mœnibus admovere: multos tormentis faces & hastas incutere iubet. Libratoribus funditoribusque attributus locus, unde eminus glandes torquerent; ne qua pars subsidium laborantibus ferret, pari undique metu. Tantus inde ardor certa-*

a mille finissimi arcadori non vale qualunque moltitudine ignuda. Ma infingendosi di non l' avere inteso, rispose: Meglio essere, delle cose di tutti, con tutti gli eserciti insieme consultare, e prese un luogo, ove erano collinette per li fanti, e pianura per li cavalli. Dato il giorno, Corbulone a buon'otta ebbe messo ne' corni le genti degli aiuti, e de' Re: nel mezzo la legion Sesta, con tre mila soldati in corpo della Terza, fatti venir di notte da altri alloggiamenti, tutto sotto un' Aquila, per parere una legion sola. Tiridate si presentò tardi, e discosto, da poter esser veduto, più che udito; onde il nostro Capitano senza abboccarsi rimandò ciascuno al suo alloggiamento.

XXXIX. Il Re si partì a fretta, o dubitando di stratagemma, vedendo che in molti luoghi a un tratto s' andava: o per levarci le vettovaglie, che ci venivano dal mar Maggiore, e di Trabisonda; ma quelle si conducevano per monti da' nostri ben guardate: e Corbulone per forzare gli Armeni a difender le cose loro, si mette all' espugnazione de' lor villaggi, scegliendo per se Volando, il più forte, e i minori assegnò a Cornelio Flacco Legato, e Isteo Capitone Maestro di Campo, e riconosciuta la fortificazione, e provveduto il bisogno a pigliarla, esortò i soldati a snidiar con preda, e gloria quel nimico scorrazzante, che non vuol battaglia nè pace; ma col fuggire si confessa traditore, e poltrone. Fece dell' esercito quattro parti: una sotto le testudini a zappar le trincee: altra a scalar le mura: molti a lanciar fuochi, e freccie con istrumenti, tiratori di mano e fionda mise in luoghi da poter da lungi avventar ciottoli; e così rendendo ogni luogo pericoloso, vietava il soccorso a' difen-

(a) Quei della terza Legione.

tantis exercitus fuit; ut intra tertiam diei partem, nudati propugnatoribus muri, obices portarum subversi, capta escensu munimenta, omnesque puberes trucidati sint, nullo milite amisso, paucis admodum vulneratis: & imbelle vulgus sub corona venundatum: reliqua præda victoribus cessit. Pari fortuna Legatus ac Præfectus usi sunt, tribusque una die castellis expugnatis; cetera terrore, & alia sponte incolarum, in deditionem veniebant. unde orta fiducia, caput gentis Artaxata aggrediendi. Nec tamen proximo itinere ducta Legiones, quæ si amnem Araxem, qui mœnia alluit, ponte transgrederentur, sub ictum dabantur: procul & latioribus vadis transiere.

XL. *At Tiridates, pudore & metu, ne, si concessisset obsidioni, nihil opis in ipso videretur: si prohiberet, impeditis locis, neque & equestres copias alligaret; statuit postremo ostendere aciem, & dato die prælium incipere, vel simulatione fugæ, locum fraudi parare. Igitur repente agmen Romanum circumfundit, non ignaro Duce nostro, qui vias pariter & pugnæ composuerat exercitum. Latere dextro Tertia legio, sinistro Sexta incedebat, mediis Decumanorum (a) delectis: recepta inter ordines impedimenta, & torgum mille equites tuebantur; quibus iusserat, ut instantibus comminus resisterent, refugos non sequerentur. In cornibus pedes sagittarius, & cetera manus equitum ibat, producliore cornuum sinistro per ima collium, ut si hostis intravisset, fronte simul & sinu exciperetur. Assultare ex diverso Tiridates, non usque ad ictum teli, sed tum minitans, tum specie trepidantis, si laxare ordines & diversos consectari posset. Ubi nihil temeritate solutum, nec amplius quam decurio equitum audentius progressus, & sagittis confixus, ceteros ad obsequium exemplo firmaverat; propinquis iam tenebris abscessit.*

XLI. *Et Corbulo castra in loco metatus, an expeditis Legionibus nocte Artaxata pergeret, obsidioneque circumdaret agitavit, concessisse illuc Tiridatem*

fenditori. Combattè questo esercito con tanto ardore, che innanzi la terza parte del giorno le mura furo spazzate, scalate: i forti presi: le porte abbattute: tutti i barbari uccisi: pochi nostri feriti, niuno morto: i fieboli venduti all' incanto: ogn' altro bottino dato a' soldati vittoriosi. Pari fortuna ebbero il Legato, e il Maestro di Campo; tre castella presero in un dì: l' altre si davano per terrore, e parte volentieri. ilchè diede animo d'assalire la metropoli Artassata, e passò l' esercito il fiume Arasse, che bagna le mura: non per lo ponte che sotto quelle è, da poter' esser battuti, ma lontano ove è basso e largo.

XL. Era a Tiridate vergogna non la soccorrere: e pericolo in que' luoghi aspri imbarazzare cavalleria; risolvè di presentarsi, e la mattina appiccar la zuffa, o sembrando fuggire, condurre in agguato. Circondò adunque a un tratto il Romano esercito, che per avvedimento del Capitano marciava in battaglia. Andava nel lato destro la legion Terza, nel sinistro la Sesta, nel mezzo il fiore della Decima: le bagaglie tra le file: mille cavalli alla coda, con ordine di menar le mani affrontati: allettati, lasciargli andare. Ne' corni andavano gli arcieri a piede, e il resto de' cavalli, allungato più il sinistro a' piè de' colli, per girare, se il nimico v' entrava, e cignerlo. Tiridate s' aggirava intorno: lontano più d'un tiro d'arco, or minacciando, or mostrando temere, per allargare, e sbrancati seguitare i nostri. Veduto stare ogn' uno a segno, da un capodieci di cavalli in fuori, che andò troppo innanzi, e caricato di frecce, insegnò agli altri ubbidire; essendo presso a notte se n' andò.

XLI. E Corbulone ivi accampatosi, stimando, Tiridate essersi ritirato in Artassata; pensò andarvi la notte con Legioni spedite, a porle

(a) Gli scelti della Decima legione aveano il lor posto nel centro dell' armata.

tem ratus. Dein, postquam exploratores attulere longinquum Regis iter, & Medi an Albani peterentur, incertum; lucem opperitur: præmissaque levis armatura, qua muros interim ambiret, oppugnationemque eminus inciperet. Sed oppidani portis spente patefactis, se suaque Romanis permisere; quod salutem ipsis tulit. Artaxatis ignis immissus, deleraque & solo æquata sunt; quia nec teneri sine valido præsidio, ob magnitudinem mœnium: nec id nobis virium erat, quod firmando præsidio, & capessendo bello divideretur. vel, si integra & incustodita relinquerentur, nulla in eo utilitas, aut gloria, quod capta essent. Adiicitur miraculum velut Numine oblatum; nam cuncta extra tecta baltenus Sole illustria fuere: quod mœnibus cingebatur, ita repente atra nube coopertum, fulguribusque discretum est, ut quasi infensantibus Deis exitio tradi crederetur. Ob hæc consalutatus Imperator Nero, & Senatusconsulto supplicationes (a) habitæ; statuæque, & arcus, & continui Consulatus Principi: utque inter festos referretur dies quo patrata victoria, quo nuntiata, quo relatum de ea esset, aliaque in eamdem formam decernuntur, adeo modum egressa, ut C. Cassius de ceteris honoribus assensus, si pro benignitate Fortunæ Diis grates agerentur, ne totum quidem annum supplicationibus sufficere, disseruerit; eoque, oportere dividi sacros & negotiosos dies, quis divina colerentur, & humana non impedirent.

le assedio. Ma riferendo gli spiatori, che egli aveva preso la lunga verso i Medi, o Albani; aspettò il giorno, e mandò innanzi gente leggiera, che le mura cignesse, e cominciasse da lungi a batterla. Ma i terrazzani le porte apersero, e diedersi a' Romani con tutto loro avere; questo li salvò. Artassata fu arsa, e spianata; perchè tenere non poteasi per lo suo gran cerchio senza gran gente, e noi non ne avevamo per lei, e per la guerra: e lasciandola in abbandono, che pro o gloria averla presa? e per miracolo, un brutto nugolo battendo fuor delle mura il Sole, quanto quella teneva, scurò: e si vi balenò, che ben parve gl' irati Iddii darlaci a disolare. Per tali successi Nerone fu gridato Imperadore. Il Senato ordinò processioni, statue, archi, e continui Consolati a Nerone: festivi i giorni della vittoria ottenuta, della nuova venuta, del Senato tenutone: e altre cose a tal dismisura, che C. Cassio, che agli altri onori stette cheto, disse: „ Se „ ogni giorno che gl' Iddii ci hanno „ fatto bene, si dee spendere in rin„ graziarli; tutto l' anno non basta. „ però conviene che i giorni siano „ parte sagri per lo divino culto, e „ parte profani per l'umano commer„ zio; questo per quello non dee gua„ starsi ".

P. Suillus Romæ damnatur.

XLII. *Variis deinde casibus iactatus, & multorum odia meritus reus, haud tamen sine invidia Senecæ damnatur. Is fuit P. Suilius, imperitante Claudio terribilis ac venalis, & mutatione temporum, non quantum inimici cuperent, demissus: quique se nocentem videri, quam supplicem mallet. Eius opprimendi gratia, repetitum credebatur Senatusconsultum, pœnaque Cinciæ legis, adversus eos qui pretio causas oravissent. nec Suilius questu aut exprobratione abstinebat, præter ferociam animi, extrema sene-*

XLII. Dopo varie fortune corse, fu accusato uno a ragion molto odiato uomo, non però senza carico di Seneca. Questi fu P. Suilio, regnante Claudio, terribile e vendereccio; e per li tempi mutati abbassato: ma non quanto voleano i nimici; e minor noia gli dava esser chiarito reo, che l' umiliarsi. Credesi, per rovinarlo essere stato rinnovato il Decreto del Senato, e la legge Cincia: Del non avvocar a prezzo. Egli se ne doleva, feroce per natura, e libero per l' estrema età, e

P. Suillio condannato a Roma.

spar-

(a) In queste processioni teneansi aperti tutti i sacri tempj, si orava presso tutti i letti degli Dei; come ad ogni tratto incontrasi in Livio, e in altri Storici.

tia liber, & Senecam increpans, infensum amicis Claudii, sub quo iustissimum exsilium pertulisset: simul studiis inertibus, & Iuvenum imperitiæ suetum, livere iis qui vividam & incorruptam eloquentiam suendis Civibus exercerent. Se Quæstorem Germanici: illum Domus eius adulterum fuisse. an gravius existimandum, sponte litigatoris præmium honestæ operæ assequi, quam corrumpere cubicula Principum feminarum? Qua Sapientia, quibus Philosophorum præceptis, intra quadriennium regiæ amicitiæ, ter millies sestertium paravisset? Romæ testamenta, & orbos, velut indagine eius, capi? Italiam & Provincias, immenso fenore hauriri? At sibi labore quæsitam, & modicam pecuniam esse. Crimen, periculum, omnia potius toleraturum; quam veterem ac diu partam dignationem subitæ felicitati submitteret.

XLIII. *Nec deerant qui hæc iisdem verbis, aut versa in deterius Senecæ deferrent. Repertique accusatores: Direptos Socios cum Suilius Provinciam Asiam regeret: ac publicæ pecuniæ peculatum, detulere. Mox, quia inquisitionem annuam impetraverant; brevius visum, suburbana crimina incipi, quorum obvii testes erant. Ii acerbitate accusationis Q. Pomponium, ad necessitatem belli civilis detrusum: Iuliam Drusi Filiam, Sabinamque Poppæam ad mortem actas: & Valerium Asiaticum, Lusium Saturninum, Cornelium Lupum circumventes: iam Equitum romanorum agmina damnata, omnemque Claudii sævitiam Suilio obiectabant. Ille nihil ex his sponte susceptum, sed Principi paruisse defendebat; donec eam orationem Cæsar cohibuit: Compertum sibi referens ex commentariis Patris sui, nullam cuiusquam accusationem ab eo coactam. Tum iussa Messallinæ prætendi, & labare defensio; cur enim neminem alium electum, qui sævienti impudicæ vocem præberet? puniendos rerum atrocium ministros, ubi pretia scelerum adepti, scelera ipsa aliis delegent. Igitur adempta bonorum*

sparlava di Seneca: Che egli perseguitava gli amici di Claudio, perchè lo scacciò degnamente: e avvezzo a insegnare a' Giovani lettere da trastullo, astiava chi difendeva i Cittadini con viva, e reale eloquenza. Esso essere stato Questore di Germanico: lui adultero di quella Casa, che esser peggio, o per oneste fatiche accettar da un clientolo cortesia, o letti di Principesse contaminare? Qual Sapienza, qua' Filosofi avergli insegnato, in quattr' anni che ei serve la Corte raspare sette milioni, e mezzo d' oro? a' testamenti, a' ricchi senza erede, tendere le lungagnole per tutto Roma? l' Italia, e le Provincie, con le canine usure seccare? Quanto a se, trovarsi pochi danari, e bene stentati. Accuse, pericoli, ogn' altra cosa voler patire anzi, che sottomettere la sua degnità in tanto tempo acquistata alla subitana felicità di costui.

XLIII. Nè mancava chi rificcasse queste parole medesime, e peggiorate, a Seneca. Ebbevi accusatori: Che Suilio quando resse in Asia assassinò i privati, e rubò il comune. Ma perchè fu dato lor tempo un anno a giustificare, parve più breve farsi da' peccati fatti qua, che ci erano i testimoni pronti, con acerba accusa: Avere spinto Q. Pomponio a guerra civile: fatto morir Giulia di Druso, e Poppea Sabina: tradito Valerio Asiatico, Lusio Saturnino, Cornelio Lupo: le centinaia de' Cavalieri romani dannati: e tutte le crudeltà di Claudio esser fatture sue. Egli rispondeva: Niuna di queste cose aver di sua volontà fatto, ma ubbidito al Principe. Cesare gli diè sulla voce dicendo: Sapere da' libri di suo Padre che non forzò mai alcuno ad accusare. Ricorse a dire: Avergliele comandate Messalina. Infieboll la difesa; perchè bene scelse lui, e non altri, quella sfacciata, a far per lei le empietà: doversi punire i ministri delle crudeltà, che avendone ricevuto il prezzo, le addossano ad altri. Toltogli adunque parte de' beni, e parte concedutone al Figliuo-

lo,

rum parte (nam Filio & Nepti pars (a) *concedebatur, eximebanturque etiam quæ testamento Matris, aut Avi acceperant); in insulas Baleares pellitur: non ipso discrimine, non post damnationem, fractus animo. ferebaturque copiosa & molli vita, secretum illud toleravisse. Filium eius Nerulinum aggressis accusatoribus per invidiam Patris, & crimina repetundarum, intercessit Princeps, tamquam satis expleta ultione.*

Ottavio Sagitta, amore vecors, Pontiam ferro transverberat: mira liberti fides.

XLIV. *Per idem tempus Octavius Sagitta plebei Tribunus, Pontiæ mulieris nuptæ amore vecors, ingentibus donis adulterium, & mox ut omitteret maritum emercatur; suum matrimonium promittens, ac nuptias eius pactus. Sed ubi mulier vacua fuit, nectere moras: adversam Patris voluntatem caussari: repertaque spe ditioris Coniugis, promissa exuere. Octavius contra modo conqueri, modo minitari, famam perditam, pecuniam exhaustam obtestans: denique salutem, quæ sola reliqua esset, arbitrio eius permittens. Ac postquam spernebatur, noctem unam ad solatium poscit; qua deliuitus, modum in posterum adhiberet. Statuitur nox: & Pontia conscie ancillæ custodiam cubiculi mandat. illa uno cum liberto ferrum veste occultum infert. Tum, ut assolet in amore & ira, iurgia, preces, exprobratio, satisfactio, & pars tenebrarum libidine* (b) *seposita. Et questu incensus, nihil metuentem ferro transverberat: & accurrentem ancillam vulnere absterret, cubiculoque prorumpit. Postera die manifesta cædes, haud ambiguus percussor; quippe mansitasse una convincebatur. sed libertus suum illud facinus profiteri; se Patronæ iniurias ultum esse. commoveratque quosdam magnitudine exempli; donec ancilla ex vulnere refecta, verum aperuit. postulatusque apud Consules a Patre interfectæ, postquam Tribunatu abiorat; sententia Patrum, & lege Cornelia de sicariis, condemnatur.*

XLV.

lo, e alla Nipote, e cavatone i lasci della Madre, o Avolo per testamenti; fu confinato in Maiorica, nè nel pericolo, nè condannato, abbassò l' animo; perchè ivi tenne, come si disse, vita larga, e delicata. Accusavano i medesimi, per l' odio del Padre, Nerulino suo figliuolo di mal tolto. Ma parve al Principe a bastanza quello che s' era fatto.

Ottavio Saetta d' amor frenetico Ponzia passa di stoccata: mirabil fede d' un liberto.

XLIV. In questo tempo Ottavio Sagitta Tribuno della plebe, impazzato d' amore di Ponzia maritata; con gran presenti la compera: e indi fassi promettere di rifiutare il Marito, e lui prendere. La Donna, scioltasi lo tratteneva: scusavasi che suo Padre non volesse: e sperandone un altro più ricco, si ritirava. Ottavio or piangendo, or minacciando, mostrava aver perduta la reputazione, e la roba: rimanergli la vita: facessene che volesse: ed ella sempre: No. Chiedele d' una notte sola contento, per recarsi poi a pazienza. Data la posta, ella impone a una sua fidata servente, che guardi la camera. Egli entra con un liberto, e una daga sotto. Ivi, come avviene dove è sdegno e amore, corsero contese, preghi, rimproveri, paci, e parte della notte abbracciati. Raccesa l' ira, lei tutta sicura trapassa di stoccata: la servente accorsa spaventa con leggier ferita, e scappa fuori. La mattina n' andò il romore; l' uccidore era chiaro, provandosi l' esservi stato: ma il liberto diceva averla esso uccisa, e vendicato l' ingiuria del Padron suo. Mosse l' atto nobile alcuni; ma la servente guarì, e disse la verità. e Ottavio, uscito del Tribunato, chiamato dal Padre della morta a' Consoli, fu condannato dal Senato per la legge Cornelia degli omicidi.

XLV.

(a) Concedeasi la metà. Ved. Cuiac. *observ.* VI. 23.

(b) Si deve leggere *libidini*.
In simili sensi generici parla Terenzio *Eunuch. I. Act. I. 14.*

In amore hæc omnia insunt vitia, iniuriæ, Suspiciones, inimicitiæ, indutiæ, Bellum, pax rursum.

Sabinam Poppæam amare incipit Nero.

XLV. *Non minus insignis eo anno impudicitia, magnorum Reipublicæ malorum initium fecit. Erat in Civitate Sabina Poppæa, T. Ollio patre genita, sed nomen Avi materni sumpserat, illustri memoria Poppæi Sabini, Consulari & Triumphali decore præfulgentis. nam Ollium honoribus nondum functum, amicitia Seiani pervertit. Huic mulieri cuncta alia fuere, præter honestum animum. quippe mater eius ætatis suæ feminas pulchritudine supergressa, gloriam pariter, & formam dederat: opes claritudini generis sufficiebant: sermo comis, nec absurdum ingenium: modestiam præferre, & lasciviæ uti: rarus in publicum egressus, idque velata parte oris, ne satiaret aspectum, vel quia sic decebat. Famæ numquam pepercit, maritos & adulteros non dissimulans: neque affectui suo, aut alieno concxia; unde utilitas ostenderetur, illuc libidinem transferebat. Igitur agentem eam in matrimonio Rufi Crispini Equitis romani, ex quo Filium genuerat, Otho* (a) *pellexit iuventa ac luxu, & quia flagrantissimus in amicitia Neronis habebatur, nec mora, quin adulterio matrimonium iungeretur.*

XLVI. *Otho, sive amore incautus, laudare formam elegantiamque Uxoris apud Principem: sive ut accenderet, ac, si eadem Femina potiretur, id quoque vinculum potentiam ei adiceret. Sæpe auditus est consurgens e convivio Cæsaris: Se ivo ad illam, sibi concessam dictitans, nobilitatem, pulchritudinem, vota omnium, & gaudia felicium. His atque talibus irritamentis, non longa cunctatio interponitur. Sed accepto aditu, Poppæa primum per blandimenta & artes valescere, imparem cupidini se, & forma Neronis captam simulans: mox ardori Principis amore ad superbiam versens, si ultra unam alteramque noctem attineretur: nuptam esse se, dictitans, nec posse matrimonium amittere, devinctam Othoni per genus vitæ, quod nemo adæquaret. Illum animo & cul-*

Primo amor di Nerone a Sabina Poppea.

XLV. Disonestà non minore fu principio quell' anno di maggior mali pubblici. Era in Roma Poppea Sabina figliuola di T. Ollio, ma prese il nome dell' avolo materno, per la chiara memoria di Poppeo Sabino stato Consolo, e Trionfante. non aveva ancora avuto onori, e l'amicizia di Seiano lo rovinò. Questa donna ogni cosa ebbe, da onestade in fuori. vanto, come la Madre, della più bella donna di quella età: ricchezza bastevole al suo chiaro sangue: parlare dolce: era disonesta, e sapea fare la contegnosa: usciva poco fuori: coperta parte del viso, perchè stava meglio, o per farne bramosia: fama non curò: nè mariti da' non mariti distinse: amor suo, nè d' altri, non la strigneva; dove vedeva utile, là si gittava. Perciò ella, moglie allora di Rufo Crispino Cavalier romano, che n' aveva un Figliuolo, fu adocchiata da Otone, giovane splendido, e tenuto il cuore di Nerone; e senza indugio all' adulterio seguitò il matrimonio.

XLVI. Otone non finava di lodar la bellezza e la grazia di questa sua Moglie al Principe: o malaccorto per troppo amore, o per farnelo innamorare, e godere: e con quest' altra scala più alto salire. Più volte fu nel levarsi da tavola del Principe udito dire: Andarsene a quella a se conceduta nobiltà, beltà, disianza d' ogni uomo, gioia de' felici. Per tali incitamenti non passò guari, che Poppea intromessa, prima con atti e lusinghe pigliava Nerone, dicendo: Se presa dalla sua beltade, non possente a resistere a tanto ardore. e quando il vide concio; insuperbita, dalla prima, o seconda notte in là, diceva, aver Marito, non poterlo lasciare: esser da Otone trattata meglio che mai fusse donna: in lui vedere e d' animo, e di vi-

(a) Narra in diversi sensi gli amori d' Otone e di Poppea. Tacito stesso nel I. delle Storie 13. Certo che questi scrisse prima le Storie, poi gli Annali, nè è inverisimile il pensare che meglio informato poi de' fatti, correggesse negli Annali quello che nelle Storie trovavasi avere scritto non così esattamente.

tu magnificum: ibi se summa fortuna digna visere. At Neronem pellice ancilla, & assuetudine Actes, devinctum; nil e contubernio servili, nisi abiectum & sordidum traxisse. Deiicitur familiaritate sueta, post, congressu & comitatu, Otho: & postremo, ne in Vrbe æmulatus ageret, Provinciæ Lusitaniæ præficitur. Vbi usque ad civilia arma, non ex priore infamia, sed integre sancteque egit; procax otii, & potestatis temperantior.

vita, magnificenza: lui degno di somma fortuna; ma Nerone imbertonito d'una fantesca, come Atte, non avere cavato dalla pratica di lei che viltà e sbifezza. Nerone a Otone levò la dimestichezza: poscia il ragionare, e il corteggiare: finalmente perchè in Roma non gli facesse il rivale, lo mandò Governatore di Portogallo; ove resse sino alla guerra civile con giustizia e santità, contrarie alla infamia passata: essendo nell'ozio, dissoluto, nella podestà, temperato.

Cornelius Sulla Massiliam amovetur.

XLVII. *Hactenus Nero flagitiis, & sceleribus, velamenta quæsivit. Suspectabat maxime Cornelium Syllam, socors ingenium eius in contrarium trahens, callidumque & simulatorem interpretando. Quem metum Graptus, ex libertis Cæsaris, usu & senecta a Tiberio usque domum Principum edoctus, tali mendacio intendit: Pons Milvius in eo tempore celebris nocturnis illecebris erat: ventitabatque illuc Nero, quo solutius Vrbem extra lasciviret. Igitur regredienti per viam Flaminiam compositas insidias, Fatoque evitatas; quoniam diverso itinere Sallustianos in hortos remeaverit: auctoremque eius doli Syllam mentitur (quia forte redeuntibus ministris, quidam per juvenilem licentiam quæ tunc passim exercebatur, inanem metum fecerant), neque servorum quisquam, neque clientium Syllæ agnitus: maximeque despecta, & nullius ausi capax natura eius a crimine abhorrebat. perinde tamen, quasi convictus esset, cedere patria, & Massiliensium mœnibus coerceri iubetur.*

XLVII. Insino a qui Nerone cercò di coprire le sue cattività, sospettando massimamente di Cornelio Silla, cui tardo ingegno attribuiva a fine astuzia. Accrebbegli il sospetto Gratto liberto di Cesare, cortigian vecchio insino di Tiberio, con questa menzogna: Ponte Molle allora era il raddotto la notte d'ogni baccano: Nerone vi veniva per andar meglio scavallando fuori della Città, ritornandosene per via Flaminia negli orti de' Salustii. Gratto corse a dirgli: La sorte averlo aiutato a non dare nell'imboscata di Silla (avvegnachè a' ministri del Principe, che per l'ordinaria via tornavano, fusse da certi baioni scherzando, come si fa, fatto paura), nè vi fu conosciuto niuno servo, nè seguace di Silla: uomo sprezzato, e non punto da simile ardimento. Nondimeno, come fosse convinto; gli fu detto: Che sgombrasse di Roma, e non uscisse delle mura di Marsilia.

Cornelio Sulla in bando a Marsiglia.

Puteolanorum seditio.

XLVIII. *Iisdem Consulibus auditæ Puteolanorum Legationes, quas diversas Senatorius Ordo plebsque ad Senatum miserant: illi vim multitudinis, hi Magistratuum & primi cuiusque avaritiam increpantes, cumque seditio ad saxa, & minas ignium, progressa, necem & arma perliceret; C. Cassius adhibendo remedio delectus, quia severitatem eius non tolerabant, precante ipso, ad Scribonios fratres ea cura transfertur, data coborte prætoria: cuius terrore & paucorum supplicio, rediit Oppidanis concordia.*

XLVIII. Nel detto anno da Pozzuolo mandaro Ambasciadori contrarii; a dolersi i Senatori delle violenze della plebe; e la plebe dell'avarizia de' Magistrati, e de' Grandi; ed eran venuti a' sassi e minacce di fuoco, che volean dire armi e sangue. C. Cassio eletto a quietarli parea loro troppo severo: e ne fu a' suoi preghi data la cura a due fratelli Scribonii con una coorte pretoriana; lo cui terrore, e supplizio di pochi, accordò i Pozzolani.

Pozzuolo in rivolta.

Paetus Thrasea leviori Senatusconsulto.

XLIX. *Non referrem vulgatissimum Senatusconsultum, quo Civitatis Syracu-*

XLIX. Non direi del decreto notissimo; che si fece di poter Sira-

Peto Trasea un lieve decreto di

cu-

sulto contradicit, ut Patrum honos cresceret.

cusanorum egredi numerum edendis gladiatoribus finitum permittebatur; nisi Pætus Thrasea contradixisset, præbuissetque materiem obtrectatoribus arguendæ sententiæ: Cur enim, si Rempublicam egere libertate Senatoria crederet, tam levia consectaretur? quin de bello aut pace, de vectigalibus & legibus, quibusque aliis Romana constituntur, suaderet dissuaderetve? Licere Patribus, quotiens ius dicendæ sententiæ accepissent, quæ vellent exprimere, relationemque in ea postulare. An solum emendatione dignum, ne Syracusis spectacula largius ederentur? Cetera per omnes Imperii partes perinde egregia, quam si non Nero, sed Thrasea regimen eorum teneret? Quæ si summa dissimulatione transmitterentur, quanto magis inanibus abstinendum? Thrasea contra, rationem poscentibus Amicis, non præsentium ignarum respondebat: Eiusmodi consulta corrigere; sed Patrum honori dare, ut manifestum fieret, magnarum rerum curam non dissimulaturos qui animum etiam levissimis adverterent.

Publicanorum immodestia. Vectigalia contra Neronis impetum retracta. Leges cuiusque publici, occultæ ad id tempus, proscribuntur.

LI. *Eodem anno crebris populi flagitationibus, immodestiam* (a) *publicanorum arguentis; dubitavit Nero, an cuncta vectigalia omisiti iuberet, idque pulcherrimum donum Generi mortalium daret. Sed impetum eius, multum prius laudata magnitudine animi, attinuere Senatores; dissolutionem Imperii docendo, si fructus, quibus Respublica sustineretur, deminuerentur. Quippe sublatis portoriis, sequens, ut tributorum abolitio expostularetur. Pleraque vectigalium societates, a Consulibus & Tribunis plebis constitutas, acri etiam Populi Romani tum Libertate. Reliqua mox ita provisa, ut ratio quæstuum & necessitas erogationum inter se congruerent. Temperandas plane publicanorum cupidines, ne per tot annos sine querela tolerata, novis acerbitatibus ad invidiam verterent.*

LI. *Ergo edixit Princeps: Ut leges cu-*

Senato impugna per accrescere a' Padri onore.

cusa passare il novero terminato delli accoltellanti; se Trasea Peto non l' avesse contraddetto, e fattosi biasimare: Se egli crede, la Republica aver bisogno che i Senatori parlino libero, perchè entr' egli in cose sì deboli? e non dice più tosto della guerra, o della pace, dell' entrate, delle leggi, e dell' altre importanze Romane, quelchè si dea fare, o no? Potere i Padri, che hanno voce in Senato, proporre quanto vogliono, e chieder che si cimenti; non avercì egli altro da correggere, che 'l troppo spender in feste che fa Siracusa? Stare l' altre cose per tutto l' Imperio bene, e a capello, se reggesse come Trasea, e non Nerone? se a queste si chiude gli occhi, quanto dee più alle vane? Trasea rispondeva alli Amici: Aver corretto questo erroruzzo, non per ignoranza de' gravi, ma per onoranza de' Padri; perchè si vegga quanto pensano alle cose grandi essi, che badano insino alle menome.

Imprudenza de' Publicani: mantenute le gabelle contro gl' impeti di Nerone: Proscritte le leggi di ogni comune di publicani sin là ignote.

LI. In questo anno a Nerone, rompendogli la testa il Popolo dell' avanie de' pubblicani, cadde in animo di lasciare tutte le gabelle, e fare al Mondo questo bel dono. Ma i Vecchi, alzata a Cielo la sua grandezza d' animo, rattennero il furore; mostrando: che l' Imperio non si sosterrebbe, scemandogli gli alimenti, e quasi ricolte della Repubblica. Conciosia che, levati i dazj, anche i tributi si vorrebbon levare. Le compagnie delli appalti furon create le più da' Consoli, e Tribuni nel maggior vigore della Libertà, bilanciate l' entrate pubbliche con le spese. Ben doversi dare in su le mani a' pubblicani; che non facciano maladire, per crudeltà nuove, le cose tollerate ab antico.

LI. Cesare adunque bandì: Che le ta-

(a) *Quanta audacia, quanta temeritate sint publicanorum factiones, nemo est qui nesciat.* Ulpian. digest. Lib. XXXIX. Tit. 4. de publicanis & vectigalibus. Leg. 22. Ma non sembra secondo la verità quel che Montesquieu *Esprit des Loix* 20. asserisce: *Tout est perdu lorsque la profession lucrative des Traitans* (pubblicani) *parvient encore par ses richesses à être une profession honorée.*

cuiusque publici occultæ ad id tempus, proscriberentur: omissas petitiones, non ultra annum resumerent: Romæ Prætor, per Provincias qui pro Prætore, aut Consule essent, iura adversus publicanos extra ordinem redderent: militibus immunitas servaretur, nisi in iis quæ væno exercerent. aliaque admodum æqua: quæ brevi servata, dein frustra habita sunt. Manet tamen abolitio quadragesimæ quinquagesimæque, & quæ alia exactionibus illicitis nomina publicani invenerant: temperata apud transmarinas provincias frumenti subvectio. &, ne censibus negotiatorum naves ascriberentur, tributumque pro illis penderent, constitutum.

LII. *Reos ex Provincia Africa, qui Proconsulare Imperium illic habuerant, Sulpicium Camerinum, & Pomponium Silvanum, absolvit Cæsar. Camerinum adversus privatos & paucos, sævitiæ magis quam captarum pecuniarum crimina obiicientes: Silvanum magna vis accusatorum circumsteterat, poscebatque tempus evocandorum testium, reus illico defendi postulabat. valuitque pecuniosa orbitate, & senecta, quam ultra eorum vitam produxit, quorum ambitu evaserat.*

In Germania Frisii res movent: insessis iuxta Rhenum agris, mox iussi decedere: capti cæsive, qui restitere. Eosdem agros, pari fato, occupant Ansibarii.

LIII. *Quietæ ad id tempus res in Germania fuerant, ingenio Ducum, qui pervulgatis triumphi insignibus maius ex eo decus sperabant, si pacem continuavissent. Paullinus Pompeius, L. Vetus, ea tempestate exercitui præerant. Ne tamen segnem militem attinerent; ille, inchoatum ante tres & sexaginta annos a Druso aggerem coercendo Rheno, absolvit: Vetus, Mosellam atque Ararim, facta inter utrumque fossa, connectere parabat, ut copiæ per mare, dein Rhodano & Arare subvectæ, per eam fossam, mox fluvio Mosella in Rhenum, exin Oceanum decurrerent: sublatisque itinerum difficultatibus, navigabilia inter se Occidentis Septentrionisque litora fierent. Invidit operi Ælius Gracilis Belgicæ Legatus, deterrendo Veterem, ne Legiones alienæ Provinciæ inferret, studiaque Galliarum affectaret. formidolosum id Imperatori dictitans, quo plerumque prohibentur conatus honesti.*

LIV. *Ceterum, continuo exercitum otio*

tariffe di tutte le compagnie de' pubblicani fino allora occulte si pubblicassero: le domande, passato l'anno, non si riassumessero: le querele a quelli date in Roma, il Pretore, e fuori, il Vicepretore, o il Viceconsolo giudicassero sommariamente: a' soldati si mantenesse l'esenzione, fuorchè ne' traffichi da mercatanti. e altri giusti provvedimenti fece, durati poco, e poi svaniti. Pure la quarantesima, la cinquantesima, e gli altri ingordi nomi, trovati da' doganieri, non furono ritornati: le tratte del grano alle Provincie oltremare scemate: le navi mercantili non addecimate.

LII. Sulpizio Camerino, e Pomponio Silvano dalle querele dell' Affrica da loro retta, assoluti. Camerino ebbe pochi accusanti, e di crudeltà private, più che di latrocinii: Silvano n'ebbe un mondo: chiedevan tempo a far venir testimonj: e il reo d'esser difeso allora, come fu; perchè era senza reda, e vecchio. ma quei che sopra vi disegnavano, moriron prima di lui.

Mosse de' Frigioni in Germania: tosto fatti uscire da' campi occupati lungo il Reno: presi e uccisi i riottosi. Con pari fato i campi stessi occupano gli Ansibarii.

LIII. Le cose in Germania si stavano, per volere di Paulino Pompeo e L. Vetere, allora Capitani; a' quali, perchè nel dare le trionfali si largheggiava, il mantener la pace pareva più gloria. Ma per non infingardire i soldati; quegli fornì l'argine al Reno, che cominciò Druso prima sessantatrè anni: Vetere ordinò di tirar un fosso dalla Mosella alla Sona, perchè gli eserciti portati per mare nel Rodano, e nella Sona, per quel fosso si traghettassero in Mosella, in Reno, indi in Oceano: e senza le tante difficultà de' cammini fare i liti di Settentrione, e Ponente in qua, e in là navigabili. Per invidia di sì bell' opera, Elio Gracile Legato de' Belgi avvertì Vetere a non mettere le Legioni sue nella Provincia d'altri, e farsi le Gallie benivole; perciocchè all' Imperadore darebbe sospetto: e così spesse volte s' impediscono le imprese onorate.

LIV. Onde per lo continuo ozio del-

otio fama incessit, ereptum ius Legatis ducendi in hostem. eoque Frisii iuventutem saltibus, aut paludibus, imbellem ætatem per lacus, admovere ripæ, agrosque vacuos, & militum usui sepositos insedere; auctore Verrito & Malorige, qui Nationem eam regebant, in quantum Germani regnabant. Iamque fixerant domos, semina arvis intulerant, utque patrium solum exercebant; cum Didius Avitus accepta a Paullino Provincia, minitando vim Romanam, nisi abscederent Frisii veteres in locos, aut novam sedem a Cæsare impetrarent; perpulit Verritum & Malorigem preces suscipere. Profectique Romam, dum aliis curis intentum Neronem opperiuntur, inter ea quæ barbaris ostentantur, intravere Pompeii theatrum, quo magnitudinem Populi viserent. Illic per otium (neque enim ludicris, ignari, oblectabantur) dum consessum caveæ, discrimina ordinum, quis Eques, ubi Senatus, percunctantur; advertere quosdam cultu externo in sedibus (a) Senatorum: & quinam forent rogitantes, postquam audiverant: Earum gentium Legatis id honoris datum, quæ virtute & amicitia Romana præcellerent; NVLLOS MORTALIVM ARMIS, AVT FIDE ANTE GERMANOS ESSE, exclamant: degrediuntur que, & inter Patres considunt. Quod comiter a visentibus exceptum, quasi impetus antiqui, & bona æmulatione. Nero civitate Romana ambos donavit. Frisios decedere agris iussit, atque illis aspernantibus; auxiliaris eques repente immissus, necessitatem attulit, captis cæsisve qui pervicacius restiterant.

LV. *Eosdem agros Ansibarii occupavere, validior Gens, non modo sua copia, sed adiacentium Populorum miseratione; quia pulsi a Chaucis & sedis inopes, tutum exsilium orabant. Aderatque iis clarus per illas gentes, & nobis quoque fidus, nomine Boiocalus, vinctum se rebellione Cherusca, ius-*

delli eserciti, corse fama, che a' Legati era levata l' autorità di uscire contro al nimico, talchè i Frisii per boschi, e paludi la gioventù, e per laghi l' inferma età, condussero alla riva: e ne' voti campi, che i nostri nutrivano, si piantarono; persuasi da Verrito e Malorige Capitani di quella Nazione, che allora era de' Germani. E già vi aveano rizzato abituri, e fatto semente, come in lor Patria; quando Didio Avito, preso il carico da Paulino, minacciando d' adoperar la forza Romana, se i Frisii non isgombravano nel paese antico, o non ne ottenevano da Cesare altro nuovo; mosse Verrito e Malorige a chiederlo. Andaro a Roma: e aspettando che Cesare, in altro occupato, li udisse, furono tra l' altre cose che si mostrano a' barbari, messi nel teatro di Pompeo a vedere lo gran Popolo, ove standosi, senza gustare il giuoco, perchè non lo intendevano, domandano degli spettatori, delle differenze degli ordini, qua' fossero i Cavalieri, ove il Senato: venne lor veduto certi vestiti da forestieri sedere tra i Senatori: e domandaro chi e' fussero; udito che tale onore si faceva agli Ambasciadori delle Nazioni più valorose, e più amiche a' Romani: alzano la voce: NIVNO MORTALE NE' IN ARMI, NE' IN FEDE, AVANZARE I GERMANI; e vanno, e si pongono tra i Padri. Applauderono i riguardanti, quasi fosse delle lor furie buona gelosia. Nerone gli fece ambi Cittadini romani, e comando: Che i Frisj si levassono di que' terreni. Non volevano ubbidire; mandaronsi cavalli forestieri a forzarli, uccisi o presi i più pertinaci.

LV. Occuparonli gli Ansibarii, Gente più poderosa, e per la sua moltitudine, e per misericordia de' vicini; essendo cacciati da' Cauci di casa loro, senza nidio, e chiedendo qualche sicuro esilio. Era tra loro un detto Boiocalo di gran nome, a noi fedele, che diceva: Nella ribellione

(a) Ciò avvenne sotto Claudio, come scrive Svetonio *in Claud. XXV: Germanorum Legatis in orchestra sedere permisit, simplicitate eorum & fiducia motus quod in popularia deducti cum animadvertissent Parthos & Armenios sedentes in Senatu, ad eadem loca sponte transierant, nihilo deteriorem virtutem, aut conditionem suam prædicantes.* L' istesso avvenne sotto Nerone, secondo questo luogo di Tacito.

iussu Arminii referens: mox Tiberio & Germanico Ducibus, stipendia meruisse, quinquaginta annorum obsequio. Id quoque adiungere: Quod Gentem suam ditioni nostræ subiiceret. Quotam partem campi iacere, in quam pecora & armenta militum aliquando transmitterentur? Servarent sane receptus gregibus inter hominum famem; modo ne vastitatem, & solitudinem mallent, quam amicos Populos. Chamavorum quondam ea arva, mox Tubantum, & post Vsipiorum fuisse. Sicut Cælum Diis, ita Terras Generi mortalium datas; quæque vacuæ (a), eas publicas esse. Solem deinde respiciens, & cetera Sidera vocans, quasi coram interrogabat, vellent ne contueri inane solum? Potius mare superfunderent adversus terrarum ereptores.

LVI. *Et commotus his Avitus: Patienda meliorum imperia. id Diis quos implorarent placitum, ut arbitrium pœnes Romanos maneret, quid darent, quid adimerent; neque alios iudices, quam seipsos paterentur. Hæc in publicum Ansibariis respondit, ipsi Boiocalo ob memoriam amicitiæ daturum agros. quod ille, ut proditionis pretium, aspernatus, addidit: „ Deesse nobis ter-„ ra, in qua vivamus; in qua moria-„ mur, non potest". Atque ita infensis utrimque animis discessum. Illi Bructeros, Tenctheros, ulteriores etiam Nationes socias bello vocabant. Avitus, scripto ad Curtilium Manciam superioris exercitus Legatum, ut Rhenum transgressus arma a tergo ostenderet; ipse Legiones in agrum Tenctherum inducit, excidium minitans, nisi causam suam dissociarent. Igitur absistentibus his, pari metu exterriti Bructeri, & ceteri quoque aliena pericula deserentibus; sola Ansibarorum Gens vetere ad Vsipios & Tubantes concessit. Quorum terris exactis, cum Cattos, dein Cheruscos petissent, errore longo, hospites, egeni, hostes in alieno, quod iuventutis erat, cæduntur: imbellis ætas in prædam divisa est.*

LVII.

ne de' Cherusci essere stato prigione d' Arminio: poi soldato di Tiberio, e di Germanico, e divoto nostro cinquant'anni. di più ci offeriva quella Gente per ligia: Quanta parte di quei piani (diceva egli) servirà per pasture de' cavalli, e carnaggi per li nostri soldati? Lasciassimovi tra le bestie sfamare anche que' poverelli; se già non gli volessimo anzi salvatichi e deserti, che colti da' Popoli amici. Già essere stati de' Camani, poi de' Tubanti, indi degli Vsipii. Il Cielo esser fatto per gl' Iddii: la Terra per gli uomini: la vota essere di chi occupa. Voltossi al Sole, e alle Stelle, quasi presenti, domandando, se volevan vedere quel terreno perduto? Sgorgasservi sopra anzi il mare, in onta di coloro che gli uomini privano della Terra.

LVI. Avito se ne alterò, e disse agli Ansibarii in pubblico: Doversi a' Maggiori ubbidire; esser piaciuto agl' Iddii da loro invocati, che a' Romani stia il dare, e 'l torre, senza renderne conto a Boiocalo; che darebbe a lui terreni per li suoi meriti propri. il che egli, quasi premio di tradigione, ricusò, dicendo: „ Ter-„ reni posson mancarci dove vivere, „ dove morire mancar non può". E così partironsi a rotta, e chiamarono i Brutteri, e Tenteri in aiuto, e Nazioni lontane collegate. Avito scrisse a Curtilio Mancia Capitano dell' esercito di sopra, che passasse il Reno, e mostrasse loro l' armi di dietro. egli condusse le Legioni nel paese de' Tenteri, minacciando spiantarlo, se pigliavano le brighe d' altri. Lasciaronle questi, e per la medesima paura i Brutteri, e gli altri. Gli Ansibarj soli rimasi, la danno addietro negli Vsipii, e Tubanti: ne son cacciati: ne vanno a' Catti, poi a' Cherusci: e dopo lungo aggirarsi, senza ricetto, strutti, in paese nimico; n' andarono i giovani a pezzi, il resto in preda.

LVII.

(a) Non s' intenda già per terreno vuoto, o sia derelitto, quel che servisse per pascoli, come ben osserva Grozio *de Iure belli & pacis* II. 2. num. 17. e i Romani poteano con ragione negarlo.

Inter Hermunduros Cattosque bellum, Cattis exitiosum.

LVII. *Eadem æstate inter Hermunduros Cattosque certatum magno prælio, dum flumen gignendo sale fecundum, & conterminum vi trahunt; super libidinem cuncta armis agendi, religione insita, eos maxime locos propinquare Cælo, precesque mortalium a Diis nusquam propius audiri: Inde indulgentia Numinum illo in amne, illisque silvis, salem* (a) *provenire, non ut alias apud Gentes eluvie maris adscendente unda; sed super ardentem arborum struem fusa, ex contrariis inter se elementis, igne atque aquis concretum. Sed bellum Hermunduris prosperum, Cattis exitiosius fuit; quia victores diversam aciem Marti ac Mercurio sacravere; quo voto, equi, viri, cuncta victa occidioni dantur. & minæ quidem hostiles in ipsos vertebantur. Sed civitas Iuhonum socia nobis, malo improviso afflicta est. Nam ignes terra editi, villas, arva, vicos passim corripiebant, ferebanturque in ipsa conditæ nuper Coloniæ mœnia. Neque exstingui poterant; non si imbres caderent, non si fluvialibus aquis, aut quo alio humore niterentur. donec inopia remedii, & ira cladis, agrestes quidam eminus saxa iacere, dein residentibus flammis propius suggressi, ictu fustium, aliisque verberibus, ut feras, absterrebant: postremo tegmina corpori directa iniiciunt, quanto magis profana & usu polluta, tanto magis oppressura ignes.*

Guerra tra Ermunduri, e Catti e questi fatale.

LVII. In quella state gli Ermunduri co' Catti, volendo ambi per forza il dominio del fiume, che gli divide, e molto sale genera; vennero a gran battaglia, sì per voglia di fare ogni cosa con l'armi, sì per ubbía, che quel sito sia il più presso al Cielo, e onde prima gl' Iddii odano i preghi umani; perciò abbiano quel fiume, que' boschi, privilegiati di sale: non fatto come all' altre Genti d'acqua marina allagata, e rasciutta, ma di esso fiume versata sopra catasta ardente di quelli arbori, e dal suo contrario elemento fatta rappigliare. La guerra fu alli Ermunduri prospera: e de' Catti sterminio; perchè i vincitori fecer boto a Marte e Mercurio di sagrificar loro i nimici, vincendoli. così, cavalli, uomini, ogni cosa vinta, fur vittime: e le minacce nimiche, tornavano loro in capo. Ma la comunità degli Iuoni, nostra amica, ebbe piaga non aspettata. usciron fuochi di sotterra, che s' appresero a campi, ville, casali, e passavano le mura della nuova Colonia: nè pioggia caduta, nè acqua gittata, nè altro umidore gli spegneva. Certi contadini, per mancamento di rimedio, e ira del danno, vi tiravano da discosto de' sassi, e le fiamme calavano: accostatisi con pertiche, e bastoni, quasi bestie, le correggevano: in ultimo, trattosi i panni di dosso, e sopra gittatiglivi, quanto più schifi, e logori, più il caso per que' fuochi ammorzare.

Ruminalis arbor revivescit.

LVIII. *Eodem anno Ruminalem arborem* (b) *in Comitio, quæ super octingentos & quadraginta ante annos Remi Romulique infantiam texerat, mortuis ramalibus, & arescente trunco deminutam; prodigii loco habitum est, donec in novos fœtus revivisceret.*

LVIII. Nel detto anno al fico Ruminale posto nel Comizio, sotto il quale furon lattati Romolo e Remo ottocento quaranta anni fa, cadute le ramora, si seccava il pedale; il che fu preso per un mal segno, sino a che non cominciò a rimettere nuove vermene.

Albero Ruminale rinverdito.

(a) *Galliæ Germaniæque ardentibus lignis aquam salsam infundunt ..... quercus optime, ut quæ per se cinere sincero vim salis reddat: alibi corylus laudatur: ita infusa liquare salsa, carbo etiam in salem vertitur. Quicumque ligno constat sal, niger est.* Plin. XXXI. 7. V. anco Varrone *De Re rustica* I. 7.

(b) Veneravasi questa Ficaia nalla gran Piazza, o sia nel Foro, in memoria dalla lupa nutrice di Romolo e Ramo, che sotto quella ficaia fu trovata che dava la poppa (in latino detta allora *rumen*, onde ruminale) a que' due bambini. Quando per gli anni venia secca, ara cura de' Sacerdoti di farla *rinverdire*. V. Plin. XV. 18.

IL FINE DEL TREDICESIMO LIBRO.

IL

IL QVATTORDICESIMO LIBRO

DEGLI ANNALI

DI

C. CORNELIO TACITO.

BREVIARIVM LIBRI DECIMI QVARTI.

I. Nero, flagrantior in dies amore Poppæ, Agrippinam matrem suam interficit. XI. Literas ad Senatum mittit, quibus factum excusat. XII. Decernuntur supplicationes. Thrasea, fœditatis impatiens, exit Senatu. XIII. In omnes libidines se effundit Nero. XVII. Atrox cædes inter colonos Nucerinos & Pompeianos. XVIII. Res Cyrenensium. Mortes illustres. XX. Quinquennale ludicrum Romæ institutum. XXII. Rubellius Plautus amovetur. XXIII. Corbulo in Armenia strenue rem gerit: captis Tigranocertis, regem imponit Tigranen. XXVII. Laodicea, tremore terræ prolapsa, propriis opibus revaluit. Coloniarum infrequentiæ male consultum. XXVIII. Comitia prætorum composita. XXIX. Gravis clades in Britannia accepta, dum Suetonius Paullinus Monam insulam adgreditur: tota pene provincia amissa; quam tamen mira constantia & unius prælii successu Suetonius retinuit. XL. Insignia scelera. Præfectum Vrbis servus ipsius interficit: supplicium de familia sumptum. XLVI. Tarquitius Priscus damnatur. Census per Gallias acti. XLVII. Mors Memmii Reguli. Gymnasium dedicatum. XLVIII. Lex Maiestatis revocata. LI. Gravescentibus publicis malis, vita concessit Burrus. LII. Morte Burri infracta Senecæ potentia: ut criminantium invidiæ occurrat, Neronem adloquitur: subdole respondet Princeps. LVII. Validior in dies Tigellinus, Plautum & Sullam interfici curat. LX. Nero Octaviam exturbat: Poppææ coniungitur. Seditionem super ea re Populus movet; inde maturatur Octaviæ exitium. In Pandatariæ Insula interficitur.

SOMMARIO DEL LIBRO XIV.

I. Nerone acceso vie più sempre di Poppea la madre Agrippina uccide. XI. Scrive al Senato scusandosene. XII. Pricissioni stabilite: Trasea più non reggendo esce di Senato. XIII. Nerone dirotto in tutte libidini. XVII. Gran sangue tra' coloni Nucerini, e Pompeani. XVIII. Stato di Cirene: chiare morti. XX. Festa cinquennale instituita in Roma. XXII. Rubellio Plauto rimosso. XXIII. Corbulone in Armenia fa da Marte: presi i Tigranocerti fa Re Tigrane. XXVII. Laodicea da tremuoto a terra, ergesi da se: mal si provede al popolar le Colonie. XXVIII. Gli squittinj de' Pretori in accordo. XXIX. Rovina de' nostri in Bretagna, mentre Sveronio Paolino investe Mona: tutta quasi la Provincia perduta con singolar costanza e in una giornata ricovra Svetonio. XL. Orrendi delitti: Prefetto di Roma ucciso da un suo schiavo: pagane il fio la famiglia. XLVI. Tarquitio Prisco condannato. Catasti per la Gallia. XLVII. Muore Memmio Regolo: Ginnasio dedicato. XLVIII. Legge di stato rinnovata. LI. Nel colmo de' publici mali muore Burro. LII. Morto Burro, è abbassato Seneca: per sottrarsi all' invidia e all' accuse, parla a Nerone, che risponde furbo. LVII. Tigellino sempre più in auge procura la morte di Plauto, e Silla. LX. Nerone scaccia Ottavia, richiama Poppea. Il Popolo in tumulto fa che s' affretti l' esilio d' Ottavia; uccisa poi in Palmarola.

GESTA HÆC ANNIS CIRCITER QVATVOR.

AN. V. C. ÆR. CHR.

DCCCXII. 59. *Coss.* C. VIPSANIO APRONIANO. L. FONTEIO CAPITONE.

DCCCXIII. 60. *Coss.* NERONE CLAVDIO CÆSARE IV. COSSO CORNELIO LENTVLO.

DCCCXIV. 61. *Coss.* CÆSONIO PÆTO. PETRONIO TVRPILIANO.

DCCCXV. 62. *Coss.* P. MARIO CELSO. L. ASINIO GALLO.

CORSO DI QVASI QVATTR' ANNI.

AN. di Roma DCCCXII. di Cristo 59.

Consoli. C. VIPSANIO APRONIANO. L. FONTEIO CAPITONE.

AN. di Roma DCCCXIII. di Cristo 60.

Consoli. NERONE CLAVDIO CESARE LA IV. VOLTA. COSSO CORNELIO LENTVLO.

AN. di Roma DCCCXIV. di Cristo 61.

Consoli. CESONIO PETO. PETRONIO TVRPILIANO.

AN. di Roma DCCCXV. di Cristo 62.

Consoli. P. MARIO CELSO. L. ASINIO GALLO.

An. V. C. DCCCXII. Ær. Chr. 59. Nero, flagrantior in dies amore Poppææ, Agrippinam matrem suam, interficit.

I. *CAIO Vipsanio, Fonteio COSS. diu meditatum scelus non ultra Nero distulit vetustate Imperii coalita audacia, & flagrantior in dies amore Poppææ, quæ sibi matrimonium, & dissidium Octaviæ, incolumi Agrippina, haud sperans; crebris criminationibus, aliquando per facetias, incusare Principem, & pupillum vocare; qui, iussis alienis obnoxius non modo Imperii, sed libertatis etiam indigeret. Cur enim differri nuptias suas? Formam scilicet displicere, & triumphales avos? An fecunditatem, & verum animum? Timeri, ne Vxor saltem iniurias Patrum, iram Populi, adversus superbiam avaritiamque Matris aperiat? Quod si nurum Agrippina non nisi Filio infestam ferre posset; reddatur ipsa Othonis coniugio: ituram quoque Terrarum, ubi audiret potius contumelias Imperatoris, quam viseret periculis eius immixta. Hæc atque talia lacrymis & arte adulteræ penetrantia, nemo prohibebat; cupientibus cunctis infringi Matris potentiam, & credente nullo, usque ad cædem eius duratura Filii odia.*

II.

An. di Roma DCCCXII. di Cristo 59. Nerone acceso vie più sempre di Poppea la madre Agrippina uccide.

I. NEL Consolato di C. Vipsanio, e Fonteio, non soprattenne più Nerone il suo lungo, e scellerato pensiero; fatto audace per lo molto regnare, e spasimando ogni dì più di Poppea. la quale non isperando, vivente Agrippina, ch' ei la togliesse per moglie, e cacciasse Ottavia; a ogni poco il garriva, o motteggiava, che egli era ne' pupilli, aveva il compito: non che Imperio, non libertà, per che altro indugiava a torla? Forse li parea brutta? senz' avoli trionfanti? temea non fosse sterile, o di poco animo, o si peritasse, essendo moglie, a scoprirgli l' ingiurie de' Padri, l' ira del Popolo per la superbia, e avarizia di sua Madre? La quale, se non poteva patir nuora, se non odiosa al Figliuolo; rendessonla al suo Ottone; dileguerebbesi in capo del Mondo, per udire, anzi che vedere con suo pericolo, gli smacchi dello Imperadore. Tali stoccare alla superba Madre date, con lagrime, e arte concubinesca, piacevano a tutti per abbassarla; non credendo però, che il Figliuolo la dovesse ammazzare per quantunque odio.

II.

II. *Tradit Cluvius, ardore retinendæ Agrippinam potentiæ eo usque provectam; ut medio* (a) *diei, cum id temporis Nero per vinum & epulas incalesceret, offerret se sæpius temulento comptam, & incesto paratam. Iamque lasciva oscula, & prænuntias flagitii blanditias, annotantibus proximis; Senecam contra muliebres illecebras subsidium a femina petivisse: immissamque Atten libertam, quæ simul suo periculo, & infamia Neronis anxia, deferret: Pervulgatum esse incestum, gloriante Matre, nec toleraturos milites profani Principis Imperium. Fabius Rusticus non Agrippinæ, sed Neroni cupitum id memorat, eiusdemque libertæ astu disiectum. Sed quæ Cluvius, eadem ceteri quoque Auctores prodidere, & fama huc inclinat, seu conceperit animo tantum immanitatis Agrippina: seu credibilior novæ libidinis meditatio in ea visa est, quæ puellaribus annis stuprum cum Lepido spe dominationis admiserat: pari cupidine usque ad libita Pallantis provoluta, & exercita ad omne flagitium, Patrui nuptiis.*

III. *Igitur Nero vitare secretos eius congressus: abscedentem in hortos, aut Tusculanum vel Antiatem in agrum, laudare, quod otium lacesseret: postremo ubicumque haberetur, prægravem ratus, interficere constituit; hactenus consultans, veneno, an ferro, vel qua alia vi. Placuitque primo venenum; sed inter epulas Principis si daretur, referri ad casum non poterat, tali iam Britannici exitio. & ministros tentare arduum videbatur; Mulieris usu scelerum adversus insidias intentæ: atque ipsa præsumendo remedia munierat corpus. Ferrum, & cædes, quo nam modo occultaretur, nemo reperiebat: & ne quis illi tanto facinori delectus, iussa sperneret, metuebat. Obtulit ingenium Anicetus libertus, classis apud Misenum Præfectus, & pueritiæ Neronis educator, ac mutuis odiis Agrippinæ invisus. Ergo navem posse componi docet, cuius pars ipso in mari per artem soluta effunderet ignaram. Nihil tam capax fortuitorum quam*

II. Cluvio narra, che l' ardore del mantener sua grandezza stigò Agrippina sino a presentarsi più volte a Nerone ubbriaco di mezzo dì, quando egli nel vino e vivande si riscaldava, lisciata, e pronta all' incesto. e già dalle carezze, e lascivi baci, notati da' circostanti, venivano all' atto; se Seneca non riparava, col mandargli Atte liberta, che per lo pericolo suo, e per l' onor di Nerone gli dicesse: Che sua Madre si gloriava d' averlo goduto, nè soffrerieno i soldati sì profano Imperadore. Fabio Rustico dice: che Nerone, e non Agrippina, tal voglia ebbe: e che Atte lo distolse con astuzia. Ma gli altri scrivono come Cluvio: e credesi più tal bestialità venuta da lei, che giovanetta, per la speranza del dominare, s' era giaciuta con Lepido: poi, insino a Pallante sottomessasi: e, moglie del Zio, fatto callo ad ogni obbrobrio.

III. Nerone adunque fuggiva il trovarsi con lei a ristretto: lodavala del ricrearsi ne' giardini; e ville d' Anzio, e Tusculano: finalmente non la potendo in nessun luogo patire, risolvè d' ammazzarla; dubitò solamente, se con veleno, o ferro, o altra forza. Piacquegli prima il veleno; ma a tavola sua non si poteva coprire, essendo stato così ucciso Britannico. fargliele dare si potea male; perchè ella a' tradimenti usata, s' avea cura, e pigliava contravveleni. uccisa con ferro, non si poteva nascondere: e temeva di non trovare esecutore di sì gran fatto. Trovò il modo Aniceto liberto Capo dell' armata di Miseno, maestro già di Nerone fanciullo, e sarebbonsi egli, e Agrippina, manicati col sale. Mostrò, ch' e' si poteva congegnare una parte di nave, che s' aprisse, e la facesse all' improvviso cadere in mare, capacissimo di tutti i ca-

(a) I Romani pranzavano verso sera, ma Nerone *epulas a medio diei ad mediam noctem protrahebat*, attesta Svetonio in Ner. XXVII.

quam mare: & si naufragio intercepta sit, quem adeo iniquum, ut sceleri assignes, quod venti & fluctus deliquerint? additurum Principem defunctæ templum, & aras, & cetera ostentandæ pietatis.

IV. *Placuit sollertia, tempore etiam iuta; quando Quinquatruum festos dies apud Baias frequentabat. Illuc Matrem elicit: Ferendas Parentum iracundias, & placandum animum, dictitans; quo rumorem reconciliationis efficeret, acciperetque Agrippinam facili feminarum credulitate, ad gaudia venientem. Dehinc obvius in (*) litora (nam Antio adventabat) excipit manu & complexu, ducitque Baulos: id villæ nomen est, quæ promontorium Misenum inter & Baianum lacum flexo mari alluitur. Stabat inter alias navis ornatior, tamquam id quoque honori Matris daretur; quippe sueverat triremi, & classiariorum remigio vehi. Ac tum invitata ad epulas erat, ut occultando facinori non adhiberetur. Satis constitis, exstitisse proditorem: & Agrippinam, auditis insidiis, an crederet ambiguam, gestamine sellæ Baias pervectam. Ibi blandimentum sublevavit metum; comiter excepta, superque ipsum collocata. nam pluribus sermonibus modo familiaritate iuvenili Nero, & rursus adductus, quasi seria consociares, tractu in longum convictu, prosequitur abeuntem, arctius oculis & pectori hærens, sive explenda simulatione, seu peritura Matris supremus aspectus, quamvis ferum animum vincebat.*

V. *Noctem Sideribus* (a) *illustrem, & placido mari quietam, quasi convincendum ad scelus, Dii præbuere. Nec multum erat progressa navis, duobus e numero familiarium Agrippinam comitantibus: ex quibus Crepereius Gallus haud procul gubernaculis adstabat, Acerronia super pedes cubantis reclinis, pœnitentiam Filii, & receptam Matris gratiam per gaudium memorabat; cum, dato signo, ruere tectum loci multo plumbo grave, pressus-*

casi. Se ella affogasse, chi ne imputerebbe mai altri, che i venti, e l'onde? il Principe gli farebbe i tempj, gli altari; e l'altre onoranze pie.

IV. Piacque l'avvedimento: e venne a tempo l'andata di Nerone a Baia alla festa de' Cinque dì, ove la invitò: e andava dicendo, che gli sdegni delle Madri si deon tollerare, e placarli; per dar nome d'essersi rappattumato, e accogliere Agrippina, che veniva (come son le donne preste al credere) a rallegrarsi. Giunta da Anzio al lito, le si fe' incontro, e la prese per mano, e abbracciò, e condusse a Bauli, villa in su'l mare, che gira dal capo di Miseno al lago di Baia. Aspettavala una nave più adorna dell'altre, quasi per onorarla; usando ella farsi portar da galea, o altro legno a remi. Allora la invitò a cena, perchè la notte coprisse l'eccesso. Seppesi, che l'inganno le fu scoperto. credesselo, o no, si fece in seggiola portar a Baia. Quivi passò la paura per le carezze che le fece Nerone; misela nel primo luogo, e ora con cianciar giovenile, ora con inarcar le ciglia quasi conferendole cose gravi, la cena allungò. Partendosi ella; non si saziava di guatarla, e strignerlasi al petto, o per compiere l'inganno, o perchè l'ultima vista di lei vicina alla morte rattenesse quell'animo benchè di tigre.

V. Parve che gl'Iddii facessero a posta quella notte stellata, e quieto il mare, per convincere il fatto. Non guari era camminata la nave, ove tra gli altri accompagnanti Agrippina, Crepereio Gallo stava presso al timone, e Aceronia a' piedi di lei, che giaceva, per allegrezza contava del Figliuolo ripentito, e della Madre tornata in grazia; quando, fatto cenno, il tetto in quella parte caricato di piombo rovinò, e schiacciò

Cre-

(a) Al calcolo astronomico si trova che quell'anno 812. di Roma, 59. dell'era cristiana, il giorno diciannovesimo di Marzo, nella cui notte il fatto avvenne, fu in luna piena, e propriamente il diciannovesimo della Luna.

(*) *litore*.

susque Crepereius, & statim exanimatus. Agrippina & Aceronia eminentibus tecti parietibus, ac forte validioribus quam ut oneri cederent, protectæ sunt. nec dissolutio navigii sequebatur, turbatis omnibus, & quod plerique ignari etiam conscios impediebant. Iussum dehinc remigibus, unum in latus inclinare, atque ita navem submergere. Sed neque ipsis promptus in rem subitam consensus: & alii contra nitentes dedere facultatem lenioris in mare iactus. Verum Aceronia imprudens, dum se Agrippinam esse, & ut subveniretur Matri Principis clamitat; contis & remis, & quæ Fors obtulerat, navalibus telis conficitur. Agrippina sileus, eoque minus agnita, unum tamen vulnus humero excepit. Nando deinde, occursu lembunculorum, Lucrinum in lacum vecta, villæ suæ infertur.

Crepereio. Agrippina e Aceronia si salvarono sotto i fianchi del getto, che alti, e riusciti gagliardi, ressero al peso. La nave non si finiva d' aprire, essendo sossopra ogn' uno: e quei che l' ordine non sapevano, impedivano gli altri. Volevano i rematori mandar la nave alla banda, e sommergerla; ma non furon d' accordo subito: e gli altri col far forza in contrario, fur cagione, che la caduta in mare fu più dolce. Aceronia, che, giuocando a rovescio, gridava, sè esser Agrippina: aiutassesi la Madre del Principe; con bastoni, e remi, e ciocchè venne alle mani, fu morta. Agrippina cheta, però men conosciuta, pur fu fedita in una spalla. Notando s' avvenne a un battello, e fu portata al lago Lucrino in villa sua.

VI. *Illic reputans, ideo se fallacibus litteris accitam, & honore præcipuo habitam: quodque litus iuxta nouventis acta, non saxis impulsa navis, summa sui parte, veluti terrestre machinamentum, concidisset: observans etiam Aceroniæ necem, simul suum vulnus aspicieus: solum insidiarum remedium esse, si non intelligerentur; misit libertum Agerinum, qui nuntiaret Filio, benignitate Deûm, & Fortuna eius, evasisse gravem casum, orare, ut quamvis periculo Matris exterritus, visendi curam differret: sibi ad præsens quiete opus. Atque interim securitate simulata, medicamina vulneri, & fomenta corpori adhibet. Testamentum Aceroniæ requiri, bonaque obsignari iubet. id tantum non per simulationem.*

VI. Ivi riandava, che perciò era stata invitata da quella lettera traditora, più del solito onorata: la nave à proda, non per vento, nè scoglio, di sopra, come terrestre macchina, esser caduta: Aceronia essere stata uccisa: lei ferita: e altro rimedio a questi lacci non vedendo, che infingersi di non li conoscere; mandò a dire al Figliuolo per Agerino suo liberto, che per grazia degl' Iddii, e fortuna di lui, era scampata di gran pericolo. Non venisse per questo travaglio per allora a vederla; si volea riposare. e mostrandosi tutta sicura, attese a medicar la ferita, e ristorarsi. Fece trovar il testamento d' Aceronia, e suggellar le sue robe. ciò solo senza fingere.

VII. *At Neroni nuntios patrati facinoris opperienti, affertur evasisse ictu levi sauciam, & hactenus adito discrimine, ne auctor dubitaretur. Tum pavore exanimis, & iam iamque affore obtestans vindictæ properam, sive servitia armaret, vel milites accenderet, sive ad Senatum & Populum pervaderet, naufragium, & vulnus, & interfectos amicos obiiciendo; quod contra subsidium sibi? nisi quid Burrhus & Seneca expergiscerentur. quos statim acciverat, incer-*

VII. Nerone, che novelle aspettava dello affondamento, l' ebbe dello scampo con poca ferita: e che il caso era passato in guisa, che l' autore era chiaro. Basì di paura, gridando, che ella verrebbe subito a vendicarsi, armare schiavi, accender soldati, chiamar il Senato, il Popolo, gridar del naufragio, della ferita, de' morti amici. che rimedio avrebbe? se già Burro, e Seneca non s' agguzzassono un poco; per cui tosto mandò: e forse prima il sapeano. Stret-

te-

certum an & ante (a) ignarer. Igitur longum utriusque silentium, ne irritis dissuaderent; an eo descensum credebant, ut nisi præveniretur Agrippina, pereundum Neroni esset. Post Seneca hactenus promptior, respicere Burrhum, ac si sciscitaretur, an militi imperanda cædes esset. Ille: Prætorianos toti Cæsarum Domui obstrictos, & memores Germanici, nihil adversus progeniem eius atrox ausuros, respondit. perpetraret Anicetus promissa. Qui nihil cunctatus, poscit summam sceleris. Ad illam vocem Nero: Illo sibi die dari Imperium, auctoremque tanti muneris libertum, profitetur. iret propere, ducereique promptissimos ad iussa. Ipse audito, venisse missu Agrippinæ nuntium Agerinum, scenam ultro criminis parat: gladiumque dum mandata perfert, abiicit inter pedes eius. Tum quasi deprehenso, vincla inici iubet; ut exitium Principis molitam Matrem, & pudore deprehensi sceleris sponte mortem sumpsisse, confingeret.

VIII. *Interim vulgato Agrippinæ periculo, quasi casu evenisset, ut quisque acceperat, decurrere ad litus, bi molium obiectus: hi proximas scapbas scandere: alii, quantum corpus sinebat, vadere in mare; quidam manus protendere: precibus, votis, clamore diversa rogitantium, aut incerta respondentium omnis ora compleri: affluere ingens multitudo cum luminibus; atque ubi incolumem esse pernotuit, ut ad gratandum sese expedire, donec aspectu armati & minitantis agminis disiecti sunt. Anicetus villam statione circumdat, refractaque ianua, obvios servorum arripit, donec ad fores cubiculi veniret: cui pauci adstabant, ceteris terrore irrumpentium exterritis. cubiculo modicum lumen inerat, & ancillarum una: magis ac magis anxia Agrippina, quod nemo a Filio, ac ne Agerinus quidem: aliam fere*

tero un pezzo mutoli, per non lo consigliare in vano; vedendo il caso in termine, che, se Agrippina non era vinta della mano, Nerone era spacciato. Dipoi Seneca, prima risoluto, guardò Burro in viso, quasi domandandolo, se dovea mandarsi soldati a finirla. Rispose: I Pretoriani aver obblighi a tutta la Casa de' Cesari, e memoria di Germanico; non ardirebbon toccare il suo sangue. finissela Aniceto, che vi avea messo mano. „ Lasciate fare a me “, disse egli incontanente. A questa voce Nerone sclamò: Oggi da re, o li„ berto mio, riconosco l' Imperio. „ corri con arditissimi, e fa l' effet„ to “. Egli udito, che Agerino, messaggio d' Agrippina, era giunto; gli ordì subitamente un atto da scena: mentre sponeva, gli lasciò cadere tra' piedi un pugnale. Allora, quasi colto in peccato, il fe' legare, come mandato dalla Madre a uccider il Principe; per poter dar voce, che ella per vergogna della cosa scoperta, si fosse ammazzata.

VIII. Intanto si sparse, come Agrippina aveva corso pericolo per fortuna. corre ogn' uno al mare: chi monta in su 'l molo, chi in su le barche: altri guazza quanto oltre può: altri si spenzola, o sporge le mani: empiesi ciò ch' è, di lamenti, boci, grida, domande varie, risposte dubbie: accorre con lumi gran Popolo. e quando fu inteso il suo scampo, pignevano innanzi per rallegrarsi; sino a che non furono minacciati, e scacciati da gente armata. Aniceto accerchia di soldati la villa, e, spezzata la porta, piglia quanti servi riscontra. Giunto alla camera, i servi s' eran quasi tutti fuggiti per lo fracasso. dentro era un lumicino, e una servente: e Agrippina sempre più sbigottita non vedendo Agerino, nè altri tornare dal Figliuolo: la ripa spazzata: non gremita come prima:

(a) Tacito non vuol incolpar Seneca e Burro d' intelligenza con Nerone per le trame fatte ad Agrippina. Certo tutta la colpa di quest' attentato toresela Dione sovra Seneca, e Poppea V. Dione LXI. pag. 695. nè si possono negare i consigli dati da Seneca, e riferiti al cap. 2., e che si riferiranno qui sotto al cap. 11.

litore faciem: nunc solitudinem, ac repentinos strepitus, & extremi mali indicia. Abeunte dehinc ancilla. „ *Tu* „ *quoque me deseris*“? *prolocuta, respicit Anicetum Trierarcho* (a) *Herculeo, & Oloarito centurione classiario comitatum. Ac: Si ad visendum venisset; refotam, nuntiaret: sin facinus patraturus, nihil se de Filie credere; non imperatum parricidium. Circumsistunt lectum percussores, & prior Trierarchus fusti caput eius afflixit; nam in mortem Centurioni ferrum distringenti, protendens uterum:* „ *Ventrem fodi*“, *exclamavit; multisque vulneribus confecta est.*

IX. *Hæc consensu traduntur. aspexerit ne Matrem exanimem Nero, & formam corporis eius laudaverit; sunt qui tradiderint* (b), *sunt qui abnuant. Cremata est nocte eadem, convivali lecto, & exequiis vilibus. Neque, dum Nero rerum potiebatur, congesta, aut clausa humus. mox domesticorum cura, levem tumulum accepit, viam Miseni propter, & villam Cæsaris Dictatoris, quæ subiectos sinus editissima prospectat. Accenso rogo, libertus eius cognomento Mnester* (c), *ipse ferro se transegit; incertum caritate in Patronam, an metu exitii. Hunc sui finem multos ante annos crediderat Agrippina, contemseratque. nam consulenti super Nerone; responderunt Chaldæi: Fore ut imperaret, Matremque occideret. atque illa:* „ *Occidat*“, *inquit,* „ *dum imperet*“.

X. *Sed a Cæsare perfecto demum scelere, magnitudo eius intellecta est. reliquo noctis, modo per silentium defixus, sæpius pavore exsurgens, & mentis inops lucem opperiebatur, tamquam exitium allaturam. Atque eum, auctore Burrho, prima centurionum Tribunorumque adulatio ad spem firmavit, pre-*

strepiti repentini, e segni d' ultimo male. Andandosene la servente: „ Anì„ che tu“, disse, „ m' abbandoni“? Vide Aniceto in mezzo a Erculeo Capitano di galee, e Oloarito centurione dell' armata, e disse: „ Se vie„ ni a vedermi, digli ch' io mi son „ riavuta: se ad uccidermi, non cre„ do, che il mio Figliuolo il ti ab„ bia commesso“. Accostatisi al letto, Erculeo prima le diè d' un bastone in su 'l capo; peroechè al Centurione, che impugnava la spada, avea porto il ventre, gridando: „ Qui ferisci“; e di molte ferite morì.

IX. Queste cose scrivono tutti; che Nerone la vedesse morta, e sua bellezza lodasse, chi sì, chi no. Fu arsa la stessa notte in letto da mensa con povere esequie, senza sepolcro, mentre Nerone visse. poi le ne fecero i suoi di casa un piccolo, lungo la via di Miseno, e la villa di Cesare Dettatore, altissima, che guarda i golfi. Mnestero liberto le accese il rogo, e si passò fuor fuore; se per amor della Padrona, o per paura di se, non è certo. Agrippina aveva molti anni prima inteso, ma non atteso, questo suo fine. domandò i Caldei della ventura di Nerone; e dissero, ch' ei sarebbe Imperadore, e ammazzerebbe sua Madre. „ Ammaz„ zila“, disse „ purchè ei sia“.

X. Ma Cesare al fine conobbe la grande scelleratezza, fatta che ei l' ebbe. Stette lo rimagnente di quella notte affisato, e mutolo; spesso si rizzava spaventato, e sbalordito aspettava con la luce del giorno la sua rovina. I primi a rincorarlo furon certi centurioni e Tribuni, mandatigli da

(a) *Trierarchus navi triremi præpositus: triremis ternos remorum ordines habet, ita & biremis & quadriremis &c.* Ascon. Pedian in Verr. l. 29. Così trovasi in un' antica Iscrizione C. Mvssidi. Capiton. Mil. Class. Pr. misen. ex iii pietate, cioè *Caii Mussidi Capitonis militis Classis Prætoriæ Misenatium ex triremi Pietate*, cioè che avea nome *la Pietà*, come oggidì hanno i gran navigli ciascuno il suo nome, l' *Ercole*, la *Fortuna*, ec. Avverto pure che Tacito nelle Storie Lib. II. 56. accenna *Trierarchum Liburnicarum*.

(b) Scriva Diona che non anco sicuro della madre uccisa Nato a volla vedarne il cadavare, alla qual vista asclamò: Non potea mai credere d' aver madre sì bella. Dio. LXI. pag. 696. V. Sveton. in Ner cap. 3.

(c) E' divarso da Mnestera istriona, di cui s' è parlato negli Annali al Lib. XI. 56.

prehensantium manum, gratantiumque, quod discrimen improvisum, & Matris facinus evasisset. Amici dehinc adire templa: & cœpto exemplo, proxima Campaniæ municipia victimis & legationibus lætitiam testari. Ipse diversa simulatione, mœstus, & quasi incolumitati suæ infensus, ac morti Parentis illacrymans. quia tamen non, ut hominum vultus, ita locorum facies mutantur, obversabaturque maris illius & litorum gravis aspectus, (& erant qui crederent sonitum tubæ collibus circumeditis, planctusque tumulo Matris audiri); Neapolim concessit, litterasque (a) *ad Senatum misit, quarum summa erat:*

da Burro, a baciargli la mano, e rallegrarsi, che ei fusse scampato dal tradimento non mai aspettato di sua Madre. Corsero poi gli Amici a' tempj, e dietro a loro le vicine Città di Terra di Lavoro mostraron con sagrificj, e ambascerie allegrezza. Esso al contrario si faceva mesto, e quasi dolente del proprio scampo, e piagneva la Madre sua. e perchè i luoghi non si metton la maschera come gli uomini; non poteva veder quel mare, que' siti, e alcuni credevano uscir suoni di trombe da' colli vicini, e pianti dalla sepoltura della Madre. Se n' andò a Napoli, e scrisse al Senato:

Litteras ad Senatum mittit, quibus factum excusat.

XI. Repertum cum ferro percussorem Agerinum, ex intimis Agrippinæ libertis; & luisse eam pœnam conscientia qua scelus paravisset. Adiiciebat crimina longius repetita, quod consortium Imperii, juraturasque in feminæ verba Prætorias cohortes, idemque dedecus Senatus & Populi speravisset: ac, posteaquam frustra oblata sint, infensa militibus Patribusque & plebi dissuasisset donativum & congiarium, periculaque Viris illustribus instruxisset. Quanto suo labore perpetratum, ne irrumperet Curiam, ne gentibus externis responsa daret? Temporum quoque Claudianorum obliqua insectatione, cuncta eius dominationis flagitia in Matrem transtulit; publica fortuna exstinctam referens. namque & naufragium narrabat: quod fortuitum fuisse, quis adeo hebes inveniretur, ut crederet? aut a muliere naufraga missum cum solo unum, qui cohortes, & classes Imperatoris perfringeret? Ergo, non iam Nero, cuius immanitas omnium questus anteibat; sed adverso rumore Seneca erat, quod oratione tali confessionem scripsisset.

Scrive al Senato scusandosene.

XI. Essersi trovato con l'arme Agerino liberto principale d' Agrippina mandato a ucciderlo; lei se stessa per rimorso di coscienza punitasi per la scelleratezza ordinata. Aggiunse peccati vecchi: sperato farseli compagni: ginrarsele ubbidienza da' Pretoriani: dal Senato, e dal Popolo il medesimo vitupero: fallitole ogni disegno, aver tempestato lui a levar' a' soldati i donativi, alla plebe le mance, rovinare i Grandi, nimicarsi ogn' uno. Quanta fatica essere stata a tenerla di non entrar in Senato, non risponder alli Ambasciadori? Per fianco biasimò i tempi di Claudio, ogni male apponendo alla Madre, estinta (diceva egli) per ventura pubblica; contando quel naufragio come egli andò: e chi sarebbe stato sì tondo, che l'avesse creduto a caso? o che una donna ripescata mandasse con l'arme un solo a romper le guardie, e l'armate, dell' Imperadore? Levavansi adunque i pezzi, non di Nerone, già spacciato per mostro infame; ma di Seneca, che scrivesse in quella lettera la confessione del peccato.

Decernuntur supplicationes. Thrasea, fœditatis impatiens, exit Senatu.

XII. Miro tamen certamine Procerum decernuntur supplicationes apud omnia pulvinaria (b), *usque Quinquatrus,*

XII. Con tutto ciò que' Principali con gare stupende ordinavano adorazione a tutti gli altari; e che ogn' an-

Pricissioni stabilite: Trasea più non reggendo esce di Senato.

(a) Questa lettera fu scritta da Seneca. *Facis quasdam tententias sola geminatio qualis est Senecæ in ea scripto, quod Nero ad Senatum misit occisa matre, cum se periclitatum videri vellet*: Salvum me esse adhuc nec credo, nec gaudeo. *Quinctil. Instit. Orat. VIII. 5.*

(b) *Pulvinaria* chiamavansi o i letti degli Dei, o i palchi ne' quali metteansi in piedi per farli star più eminenti. *Acron in Horat. I. Ode 37.*

trus, quibus apertæ essent insidiæ, ludis annuis celebrarentur: aureum Minervæ simulacrum in Curia, & iuxta Principis imago statueretur: dies natalis Agrippinæ inter nefastos esset. Thrasea (a) *Pœtus silentio, vel brevi assensu, priores adulationes transmittere solitus, exiit tum Senatu: ac sibi caussam periculi fecit, ceteris Libertatis initium non præbuit. Prodigia quoque crebra & irrita intercessere. Anguem enixa mulier, & alia in concubitu mariti fulmine exanimata: iam Sol* (b) *repente obscuratus: & tactæ de cælo quattuordecim Vrbis regiones. Quæ adeo sine cura Deûm eveniebant, ut multos post annos Nero Imperium & scelera continuaverit. Ceterum, quo gravatet invidiam Matris, eaque demota, auctam lenitatem suam testificaretur; Feminas illustres Iuniam & Calpurniam, Præfectura functos Valerium Capitonem & Licinium Gabolum, sedibus patriis reddidit, ab Agrippina olim pulsos. Etiam Lollia Paulinæ cineres reportari, sepulcrumque exstrui permisit: quæque ipse nuper relegaverat, Iturium & Calvisium, pœna exsolvit. Nam Silana Fato functa erat, longinquo ab exsilio Tarentum regressa, labante iam Agrippina, cuius inimicitiis conciderat, vel tum mitigata.*

anno si festeggiassero i cinque dì, quando fu scoperto il tradimento; ponessesi in Senato una statua d'oro a Minerva, accantole una del Principe: riponessesi il dì che nacque Agrippina, trà gl' infelici. A questa adulazione, Trasea Peto, che all' altre aveva taciuto, o passatole con poche parole; s' uscì di Senato, rovinò se, e non fu agli altri principio di libertà. Apparsero ancora molti segni senza effetti; una donna partorì una serpe: un' altra sotto 'l marito morì di saetta: il Sole scurò a un tratto: in tutt' e quattordici regioni di Roma caddero saette. Cose avvenute tanto senza cura degl' Iddii, che Nerone continuò le scelleratezze, e l' Imperio molti anni. Per far più odiosa la Madre, e parer, levata lei, più benigno; fece tornare alla Patria Giunia e Calpurnia, gran Donne: e Valerio Capitone e Licinio Gabolo, stati in governi, scacciati da lei: e ritrovat le ceneri di Lollia Paulina, e farle sepolcro. Ad Iturio e Calvisio, dinanzi da lui confinati, fe' grazia. Silana tornando di lontano confino, s' era morta a Taranto consolata, vedendo già cadere, o placarsi Agrippina; la cui nimicizia fu la rovina sua.

In omnes libidines se effundit Nero.

XIII. *Cunctanti in oppidis Campaniæ, quonam modo Vrbem ingrederetur: an obsequium Senatus, an studia plebis reperiret, anxio; contra deterrimus quisque, quorum non alia Regia fecundior exstitit: invisum Agrippinæ nomen, & morte eius accensum Populi favorem, disserunt. iret intrepidus, & venerationem sui coram experiretur. Simul progredi exposcunt, & promptiora quam promiserant inveniunt; obviis tribubus, festo cultu Senatum, Coniuges ac Liberorum agmina per sexum & ætatem disposita: exstructos qua incederet spectaculorum gra-*

XIII. Trattenendosi per le castella di Terra di Lavoro confuso di come s' entrare in Roma: se dovesse richieder l' incontro del Senato, o l' applauso della plebe; i più sciagurati, de' quali quella Corte n' era là più fornita del Mondo, dicevano: Che il nome d' Agrippina era odiato, e per la morte di lei, racceso l' amor del Popolo verso lui. andasse sicuro, ch' e' si vedrebbe adorare. Pregànlo a mettersi in via, e trovano più prontezza, che non avean promesso. Vennero le tribù: il Senato in veste allegre: schiere di donne, e fanciulli ordi-

Nerone dirotto in tutte libidini.

na-

(a) Trasea Peto era Stoico di vita, come Seneca di scritti. Entusiasta per la virtù, spregiator della morte, dir soleva: *mi può ben uccidere Nerone, non nuocermi*: Dion. LXI. pag. 676. Leggi la condanna iniquissima, e la morte esemplare di quest' Uomo insigne nel Lib. XVI. di questi Annali, dal cap. 22. insino al 35. ove leggerai ..... ad postremum Nero *Virtutem ipsam* excindere concupivit; interfecto Thrasea Peto, & Barea Soràno; ch' è quanto si può dire.

(b) Di quest' ecclissi v. Plin. II. 76. avvenne a' 30. Aprile dopo mezzodì, al calcolo di Petavio *Doctrin. Temp.* XI. 9.

gradus, quo modo triumphi visuntur. Hinc superbus, ac publici servitii victor, Capitolium adiit, grates exsolvit: seque in omnes libidines effudit, quas male coercitas qualiscumque Matris reverentia tardaverat.

XIV. *Vetus illi* (*) *copia erat curriculo quadrigarum insistere, nec minus fœdum studium citharæ ludicrum in modum canere, cum cœnaret; quod Regibus* (a) *& antiquis Ducibus factitatum, memorabat: idque Vatum laudibus celebre, & Deorum honori datum. enimvero cantus Apollini sacros, talique ornatu astare, non modo græcis in Vrbibus, sed romana apud templa, Numen præcipuum, & præscium. Nec iam sisti poterat, cum Senecæ ac Burrho visum, ne utraque pervinceret, alterum concedere. Clausumque valle Vaticana spatium, in quo equos regeret, haud promiscuo spectaculo. Mox ultro vocari Populus Romanus, laudibusque extollere, ut est vulgus cupiens voluptatum: &, si eodem Princeps trahat, lætum. Ceterum evulgatus pudor non satietatem, ut rebantur, sed incitamentum attulit. Ratusque dedecus amoliri, si plures fœdasset; nobilium familiarum posteros, egestate venales in scenam deduxit. quos Fato perfunctos ne nominatim tradam, Maioribus eorum tribuendum puto. Nam & eius flagitium est, qui pecuniam ob delicta potius dedit, quam ne delinquerent. Notos quoque Equites romanos operas arenæ promittere subegit donis ingentibus; nisi quod merces ab eo qui iubere potest, vim necessitatis affert.*

XV. *Ne tamen adhuc publico theatro dehonestaretur; instituit ludos Iuvenalium* (b) *vocabulo, in quos passim nomina data. Non, nobilitas cuiquam, non ætas, aut acti honores impedimento, quo minus Græci Latinive histrionis artem exercerent, usque ad gestus mo-*

nate secondo l'età, e sesso: fatti gradi, per vederlo passare, come a' trionfi. Quindi insuperbito, e della pubblica servitù trionfante, andò in Campidoglio a ringraziare: e si tuffò in tutte le libidini; rattenute pur un poco da qualche rispetto a quella Madre.

XIV. Avea umore antico di correre in su le carrette, e non men bruttamente, cenando, cantare sulla cetera a uso di giocolare. Diceva, essere ciò usato da' Re antichi, e Duci: lodato da' Poeti, e onoratone gl' Iddii: la musica consagrata ad Apollo: e questo gran Dio, e Oracolo non pure nelle greche Città, ma ne' tempj di Roma vedersi ceteratore. Parve a Burro e Seneca, non potendo medicarlo delle due pazzie, lasciargliene una. Fecesi in Vaticano un chiuso, dove egli facesse correre i cavalli ritirato. poscia vi fu chiamato il Popol Romano, che lo alzava al Cielo; essendo de' piaceri vago: e pazzo, se il Principe ve l'invita. e dove pensarono con quella indegnità, a pien Popolo, farneli uscir l'appetito; l'aguzzarono: e parendogli nettar sè, imbrattando altrui; indusse molti nobili scaduti a far lo strione a prezzo. Son morti, e non li nomino, per non disonorar le famiglie; perchè l'onta fu sua pure, che doveva più tosto pagarli acciò non facesser bruttura: perchè indusse ancora de' primi Cavalieri romani a combattere nell' Anfiteatro, con gran donativi. Ma questi importano necessità d' ubbidire, quando vengono da chi può comandare.

XV. E per non si vituperare affatto, giocando ancora nel teatro pubblico; trovò la nuova festa detta Giovanile, ove si scrisse gran numero. Esser nobile, vecchio, aver avuto Magistrato, non frenava alcuno dall' usare l' arte degli strioni Greci, o

La-

(a) Ercole, Achille, e più altri Re, e Generalissimi dilettaronsi di cetra: ma con questo divario, che presso i Greci era quest' arte uno stimolo a virtù, presso i Romani a lascivia. Leggi il trattato *de Musica* in Plutarco, alla pag. 1145.

(*) *cupido*.

(b) Nerone a' 21. anni d' età mise la barba, e recisone quel primo pelo, riposalo in vasello d' oro tempestato di gioie, e consecrollo a Giove Capitolino. *Sveton. in Ner.* XII. istituì poi le feste *de' Giovenali*. *Dion.* LXI. pag. 698.

modosque haud viriles. Quin femineæ illustres (a) *deformia meditari, exstructaque apud nemus, quod navali stagno circumposuit Augustus, conventicula & cauponæ; & posita vano irritamenta luxus: dabanturque stipes, quas boni necessitate, intemperantes gloria consumerent. Inde gliscere flagitia & infamia: nec ulla moribus corruptis olim plus libidinum circumdedit, quam illa colluvies. Vix artibus honestis pudor retinetur; nedum inter certamina vitiorum, pudicitia, aut modestia, aut quidquam probi moris reservaretur. Postremo ipse scenam inscendit, multa cura tentans citharam & præmeditans, assistentibus familiaribus. accesserat cohors militum, centuriones Tribunique, & mœrens Burrhus* (b), *ac laudans. Tuncque primum conscripti sunt Equites romani, cognomento Augustanorum, ætate ac robore conspicui, & pars ingenio procaces, alii in spe potentiæ. Hi dies ac noctes plausibus personare: formam Principis, vocemque, Deam vocabulis appellantes; quasi per virtutem clari honoratique agere.*

Latini: insino agli atteggiamenti, e gesti non da uomo. anzi le gentildonne ancora studiavano in laidezze: e nella selva che Augusto piantò intorno al lago navale, fece rizzar camere, e taverne, e vendere ricette da lussuria. Davansi per cotal festa danari, de' quali i buoni si servivano per forza: i dissoluti per gloria; onde crebbero le sceleratezze, e l'infamia: nè mai fur costumi corrotti, quanto in quella canaglia. Appena con l'arti oneste, non che gareggiando ne' vizj, si mantien pudicizia, modestia, o arte buona. Egli all'ultimo venuto in sul palco, con grande studio la lira accordava, e la voce a lume di torchi, presenti ancora una banda di soldati, centurioni, e Tribuni, e Burro, che di ciò dolente, pur lo lodava. Creossi all'ora un numero di Cavalieri romani detti Augustani. Questi giovani disposti, e forti, chi v'entrò per bizzarria di cervello, chi sperando avanzarsi con applaudere di e notte alla bellezza, e boce del Principe con titoli divini, erano grandi, e onorati, quasi per gran virtù.

XVI. *Ne tamen ludicræ tantum Imperatoris artes notescerent; carminumquoque studium affectavit, contractis quibus aliqua pangendi facultas. Nec dum insignis ætatis nati, considere simul, & allatos, vel ibidem repertos, versus connectere, atque ipsius verba quoquomodo prolata supplere. Quod species ipsa carminum docet, non impetu & instinctu, nec ore uno fluens. Etiam Sapientiæ Doctoribus tempus impertiebat post epulas, utque contraria asseverantium discordiæ eruerentur: nec deerant qui voce vultuque tristi inter oblectamenta regia spectari cuperent.*

XVI. Per non parere questo Imperadore solamente strione, si diede ancora a far versi. Ragunava poetuzzi novellini: metteva loro innanzi, e faceva levare e porre, e rabberciare i versi suoi; e ben si paiono, allo stile stentato, rotto, e non di vena, nè d'un solo. Vdiva ancora Filosofi dopo mangiare, che scoprivano loro discordie bisticciandosi: nè mancava chi fra i passatempi del Principe desiderasse esser veduto con volto, e voce severa.

Atrox cædes inter colonos Nucerinos & Pompeianos.

XVII. *Sub idem tempus, levi contentione atrox cædes orta inter colonos Nucerinos Pompeianosque, gladiatorio spectaculo, quod Levineius Regulus, quem motum Senatu retuli, edebat. Quippe oppidana lascivia invicem incessentes probra, deinde saxa, postremo fer-*

XVII. In questo tempo, di picciola contesa tra i Nocerini, e i Pompeiani uscì molto sangue nella festa degli accoltellanti, che faceva Livineio Regolo, raso, come dissi, del Senato. imperocchè dalle insolenze castellane vennero alle villanie, a' sassi, all'

Gran sangue tra' coloni Nucerini, e Pompeiani.

(a) In queste feste fu vedura ballare Flia Catella nobilissima, e ricchissima vecchiarda ottogenaria. Più altre stravaganze su questo gusto leggi, se ne sei curioso, in Dione, LXI. pag. 698.

(b) Che ritratto di Burro in due pennellate!

ferrum sumpsere; validiare Pompeianorum plebe, apud quos spectaculum edebatur. Ergo reportati sunt in Vrbem multi e Nucerinis truncо per vulnera corpore, ac plerique Liberorum aut Parentum mortes deflebant; cuius rei iudicium Princeps Senatui, Senatus Consulibus permisit. & rursus re ad Patres delata, prohibiti publice in decem annos eiusmodi cœtus Pompeiani: collegiaque quæ contra leges instituerant, dissoluta. Livineius, & qui alii seditionem conciverant, exsilio multati sunt.

Res Cyrenensium. Mortes illustres.

XVIII. *Motus Senatu & Pedius Blæsus; accusantibus Cyrenensibus, violatum ab eo thesaurum Æsculapii, delectumque militarem pretio, & ambitione, corruptum. Iidem Cyrenenses reum agebant Acilium Strabonem, Prætoria potestate usum, & missum disceptatorem a Claudio agrorum quos Regis Apionis quondam habitos, & Populo Romano cum Regno relictos, proximus quisque possessor invaserant, diutinaque licentia & iniuria, quasi iure & æquo nitebantur. Igitur abiudicatis agris, orta adversus Iudicem invidia: & Senatus ignota sibi esse mandata Claudii, & consulendum Principem, respondit. Nero probata Strabonis sententia, si nihilominus subvenire Sociis, & usurpata concedere, scripsit.*

XIX. *Sequuntur Virorum illustrium mortes, Domitii Afri, & M. Servilii, qui summis honoribus, & multa eloquentia viguerant. Ille orando causas: Servilius diu Foro, mox gradendis rebus Romanis celebris, & elegantia vitæ, quam clariorem effecit, ut par ingenio, ita morum diversus.*

An. V. C. DCCCXIII. Ær. Chr. 60. Quinquennale ludicrum Romæ institutum.

XX. *Nerone quartum, Cornelio Cosso COSS. Quinquennale (a) ludicrum Romæ institutum est, ad morem Græci certaminis, varia fama, ut cuncta fere nova: Quippe erant qui Cn. quoque Pompeium incusatum a Senioribus ferrent quod mansuram theatri sedem po-*

all' armi: e vinse la plebe Pompeiana, che aveva la festa in casa. Molti Nocerini furon portati in Roma fediti, o storpiati, o morti, e pianti da' lor Padri, e Figliuoli. Il Principe rimise la causa al Senato: esso a' Consoli: e ritornò a' Padri, i quali vietarono a' Pompeiani tal festa per dieci anni: disfecero lor compagnie fatte fuor di legge: e sbandirono Livineio, e gli altri primi rissanti.

Stato di Cirene: chiare morti.

XVIII. Fu reso del Senato anche Pedio Blesò, accusato da' Cirenesi d' aver imbolato il tesoro d' Esculapio, guasta la scelta de' soldati per danari, e favori. Essi Cirenesi ancora accusavano Acilio Strabone, stato Pretore, e mandato da Claudio a giudicare de' terreni stati ab antico del Re Apione, che gli lasciò insieme col Regno al Popol Romano, come usurpati da' vicini, che difendevano l' iniquità col possesso lungo. Ei gli condannò a renderli; e quindi fu l' odio. Il Senato disse: che non sapeva che commessione gli avesse Claudio data; ricorressero al Principe. il quale confermò la sentenza di Strabone; ma per sovvenire gli amici, ne fece lor grazia.

XIX. Morirono due Cittadini chiari, e potenti per sommi onori, e molta eloquenza: Domizio Afro famoso avvocato, e M. Servilio prima avvocato, poi Scrittor nobile di Storie Romane. Questi pari d' ingegno, di costumi diverso, con vivere splendido si fe' più chiaro.

An. di Ro. DCCCXIII. di Cristo 60. Festa cinquennale instituita in Roma.

XX. Nel Consolato quarto di Nerone, e di Cornelio Cosso, ordinossi in Roma la festa Cinquannale simile alla Greca Olimpia, e fu presa variamente, come quasi ogni cosa nuova: Anche Gn. Pompeo, dicevano alcuni, fu da' Vecchi biasimato

(a) Terminato l'anno quinto del suo impero ne celebrò Nerone la data nuovo genere di feste comandando: *Instituit & quinquennale certamen primus omnium Roma, more græco triplex, musicum, gymnicum, equestre, quod appellavit Neronia.* Sveton. in Ner. XII. L' attesta una medaglia in bronzo piccola che serbasi nel Museo del Collegio di Luigi il Grande: NERO CLAVDIVS CÆSAR AVG. GERM. col capo nudo. nell' esergo è una mensa, un vaso, una corona: CER. QVINQ. ROM. CON. SC. *Certamen quinquennale Romæ constitutum Senatusconsulto.*

posuisset. Nam antea subitariis gradibus, & scena in tempus structa, ludos edi solitos, vel, si vetustiora repetas, stantem Populum spectavisse: si consideret, theatro dies totos ignavia continuaret. Ne spectaculorum quidem antiquitas servaretur, quotiens Prætores ederent, nulla cuiquam civium necessitate certandi. Ceterum abolitos paulatim patrios mores, funditus eversi per accitam lasciviam, ut quod usquam corrumpi, & corrumpere queat, in Vrbe visatur, degeneretque studiis externis Iuventus; gymnasia, & otia, & turpes amores exercendo, Principe & Senatu auctoribus; qui non modo licentiam vitiis permiserint, sed vim adhibeant. Proceres romani specie orationum & carminum, scena polluantur. quid superesse, nisi ut corpora quoque nudent, & cæstus assumant, easque pugnas pro militia & armis meditentur? An iustitiam Augurii, & decurias Equitum, egregium iudicandi munus expleturos, si fractos sonos & dulcedinem vocum perite audissent? Noctes quoque dedecori adiectas; ne quod tempus pudori relinquatur, sed cœtu promiscuo, quod perditissimus quisque per diem concupiverit, per tenebras audeas.

XXI. *Pluribus ipsa licentia placebat, ac tamen honesta nomina prætendebant: Maiores quoque non abhorruisse spectaculorum oblectamentis, pro fortuna quæ tum erat, eoque a Tuscis accitos histriones: a Thuriis equorum certamina: & possessa Achaia Asiaque ludos curatius editos. Nec quemquam Romæ honesto loco ortum, ad theatrales artes degeneravisse, ducentis iam annis a L. Mummii triumpho, qui primus id genus spectaculi in Vrbe præbuerit. Sed & consultum parsimoniæ, quod perpetua sedes theatro locata sit potius quam immenso sumptu, singulos per annos consurgeret, ac strueretur. Nec perinde Magistratus rem familiarem exhausturos, aut Populo efflagitandi Græca certamina a Magistratibus caussam fore, cum eo sumptu Respublica fungatur. Oratorum ac Vatum victorias incitamentum ingeniis allaturas: nec cuiquam iudici grave, aures studiis honestis, & voluptatibus concessis impartire. Lati-*

to d'aver murato il teatro stabile, solendosi alle feste fare i gradi, e la scena posticci: e più anticamente il Popolo stava ritto a vedere, perchè non si stesse, sedendo, a baloccare i giorni interi. Nè anche osservarsi l'antichità, la quale non forzava niuno a combattere, quando i Pretori faceano i giuochi. Ma delle usanze buone della Città nostra averne spento il seme a poco a poco la licenza forestiera; vedendocisi introdotto, se nulla è al Mondo da esser corrotto, e corrompere: tralignar la Gioventù, frequentando esercizj stranieri, scuole, ozii, e brutti amori. Perchè il Principe, e il Senato non solamente permettono i vizj, ma li comandano. I Primi di Roma in vista di recitare prose e versi, dire alle commedie, che altro mancare, che spogliarsi, mettersi i guanti del piombo, e fare alle pugna, in luogo di militar disciplina? Farà forse veri Auguri, buoni Cavalieri, l'udire squartar le voci, e i nomi addolcire? Impiegarsi anche le notti in queste infamie, per non lasciare alcun tempo alla modestia; compiendo in quel mescuglio quel che da ogni reo uomo s'era il giorno agognato.

XXI. A molti cotal licenza piaceva, e la coprivano con vocaboli onesti: Non avere anche gli Antichi abborrito i piaceri degli spettacoli conformi a que' tempi, con istrioni chiamati di Toscana, e zuffe di cavalli da i Turj: vinte l'Acaia e l'Asia, essersi fatti più belli. Da dugento anni in qua, che il trionfo di L. Mummio c'introdusse prima questi spettacoli, niuno Romano nobile, esser diventato, per esercitarli, non nobile. Essersi ancora col teatro fermo avanzato grossa spesa, non avendosi ogn' anno a rifare: e se la Repubblica stessa spende ne' giuochi, non impoveriranno quei di Magistrato, nè avrà il Popolo cagione di chieder loro le feste alla Greca. I riportati doni di belle dicerie, e versi, aguzzerieno gl' ingegni: e volentieri i giudicatori ascolterieno gli studi onesti, e passatempi conceduti. Per rallegramento, non per lascivia, con-

ce-

titiæ magis, quam lasciviæ dari paucas vetus quinquennii noctes, quibus, tanta luce ignium, nihil illicitum occultari queat. Sane nullo insigni deboneſtamento id ſpectaculum tranſiit. Ne modica quidem ſtudia plebis exarſere; quia redditi quamquam ſcenæ pantomimi, certaminibus ſacris prohibebantur. Eloquentiæ primas nemo tulit, ſed victorem eſſe Cæſarem pronuntiatum. Græci amictus, quos per eos dies plerique inceſſerant, tum exſoleverant.

Rubellius Plautus amovetur.

XXII. *Inter quæ & Sidus cometes effulſit, de quo vulgi opinio eſt, tamquam mutationem Regis portendat. igitur, quaſi iam depulſo Nerone, quis nam deligeretur inquirebant: & omnium Rubellius Plautus celebrabatur, cui nobilitas per matrem ex Iulia Familia. Ipſe placita Maiorum colebat, habitu ſevero, caſta & ſecreta domo: quantoque metu occultior, tanto plus famæ adeptus. Auxit rumorem pari vanitate orta interpretatio fulguris. nam, quia diſcumbentis Neronis apud Simbruina ſtagna, cui Sublaqueum nomen eſt, ictæ dapes, menſaque diſiecta erat, idque finibus Tiburtum acciderat, unde paterna Plauto origo; hunc illum numine Deûm deſtinari credebant: fovebantque multi quibus nova & ancipitia præcolere, avida, & plerumque fallax ambitio eſt. Ergo permotus iis Nero componit ad Plautum litteras: Conſuleret quieti Vrbis, ſeque, prave diffamantibus, ſubtraheret. eſſe illi per Aſiam avitos agros, in quibus tuta & inturbida iuventa fruereturr. Ita illuc cum Coniuge Antiſtia & paucis familiarium conceſſit. Iisdem diebus nimia luxus cupido infamiam & periculum Neroni tulit, quia fontem aquæ Martiæ ad Vrbem deductæ nando inceſſerat: videbaturque potus ſacros & cærimoniam loci corpore toto polluiſſe; ſecutaque anceps valetudo, iram Deûm affirmavit.*

Corbulo in Armenia ſtrenue rem gerit: captis Tigranocertis, regem imponit Tigranem.

XXIII. *At Corbulo poſt deleta Artaxata, utendum recenti terrore ratus, ad occupanda Tigranocerta (quibus exciſis, metum hoſtium intenderet, vel ſi peperciſſet, clementiæ famam adipiſceretur); illuc pergit non infenſo exercitu, ne ſpem veniæ auferret: neque tamen remiſſa cura, gnarus, facilem mutatu gentem, ut ſe-*

cedersi in cinque anni poche notti; ove tra tanti lumi, che disonestà potersi fare? Veramente la festa passò senza notevole disonestà, o risse di plebe parteggiante; perchè i giocolari benchè renduti alle scene, non entravano ne' sacri ludi. Il vanto del più bello parladore niuno riportò: ma fu dato a Cesare: e gli abiti Greci, cominciati a vedersi in que' giorni, si riposero.

Rubellio Plauto rimosso.

XXII. Apparì allora una Cometa, che il volgo crede significar mutamento di Principi. onde, come Nerone fusse cacciato, si ragionava dello scambio. Celebrava ogn' uno Rubellio Plauto, che era di Casa Giulia per madre; osservava i costumi antichi: vestiva modesto: viveva onesto e ritirato: e quanto più per paura nascondeva sue qualità, più se ne diceva. Accrebbe il romore un segno vano altresì d' una folgore; la quale, mangiando Nerone a Tivoli all' acque Simbruine, luogo detto, a Sollago, mandò la mensa, e le vivande sossopra: e, perchè Plauto traeva sua origine quindi, si credeva che gl' Iddii il volessero. e favorivanlo molti per lo avido, e fallace aspirare alle novità perigliose. Nerone da tali cose commosso, scrisse a Plauto: che per fuggire scandoli del popolaccio, che a torto lo caricava, si cansasse in Asia a godervi ne' suoi beni antichi in pace, e sicuro, la sua gioventù. E così fece, con la moglie Antistia, e poca famiglia. In que' giorni la troppa delizia portò biasimo, e pericolo a Nerone. Essendosi bagnato nella fonte dell' acqua Marzia condotta in Roma; parve col notarvi, e lavarsi tutto 'l corpo, aver contaminato lo sagro beveraggio, e la religione del luogo: e confermollo una malattia di pericolo, ch' e' ne cavò.

Corbulone in Armenia fa da Marte: presi i Tigranocerti fa Re Tigrane.

XXIII. Corbulone, spiantata Artassata, si voltò a pigliare con lo spavento frescò Tigranocerta; per più impaurire i nimici, disfacendola: o perdonandole, nome acquistar di clemente: andarvi, senza farle l' esercito danno alcuno, per non torre la speranza del perdono: stando però in su

le

cegnem ad pericula, ita infidam ad occasiones. Barbari pro ingenio quisque, alii preces offerre, quidam deserere vicos, & in avia digredi: ac fuere qui se speluncis, & carissima secum abderent. Igitur Dux Romanus diversis artibus, misericordia adversus supplices, celeritate adversus profugos, immitis iis qui latebras insederant; ora & exitus specuum sarmentis virgultisque completos, igni exurit. Atque illum fines suos prætergredientem incursavere Mardi, latrociniis exerciti, contraque irrumpentem montibus defensi. Quos Corbulo, immissis Hiberis, vastavit: hostilemque audaciam externo (a) sanguine ultus est.

XXIV. *Ipse, exercitusque, ut nullis ex prælio damnis, ita per inopiam & labores fatiscebant, carne pecudum propulsare famem adacti. Ad hæc penuria aquæ, fervida æstas, longinqua itinera, sola Ducis patientia mitigabantur; eodem plura, quam gregario milite, tolerante. Ventum dehinc in locos cultos: demessæque segetes. & ex duobus castellis in quæ confugerant Armenii, alterum impetu captum: qui primam vim depulerant, obsidione coguntur. Unde in Regionem Taurantium transgressus, improvisum periculum vitavit. nam haud procul tentorio eius, non ignobilis Barbarus cum telo repertus; ordinem insidiarum, seque auctorem & socios, per tormenta edidit. Convictique & puniti sunt qui specie amicitiæ dolum parabant. Nec multo post Legati Tigranocerta missi, patere mœnia afferunt: intentos popularis ad iussa: simul hospitale donum, coronam auream tradebant. Accepitque cum honore, nec quidquam Urbi detractum, quo promptius obsequium integri retinerent.*

XXV. *At præsidium regium, quod ferox iuventus clauserat, non sine certamine expugnatum est; nam & prælium pro muris ausi erant: & pulsi intra munimenta aggeris, demum irrumpentium armis cessere; quæ facilius proveniebant, quia Parthi Hyrcano bello distinebantur. Miserantque Hyrcani ad Prin-*

le sue; sapendo la voltabil gente che ell'è: a' pericoli tarda: vedendo il bello, traditora. I barbari, secondo le nature, o si arresero, o dileguarono, o nascosero in caverne con loro cose più care, co' primi fu Corbulone benigno: contro i secondi veloce: con gli altri crudele; con fascine, e stipa gli turò, e arse là entro. Passando da' confini loro, i Mardi, usati a rubare, e salvarsi ne' monti quando son rincacciati; Corbulone mandò Iberi a sconfiggerli: e col sangue forestiero vendicò lo nimico ardimento.

XXIV. Niuno danno pativa egli, nè l'esercito per battaglie: ma per carestia, e fatiche; sfamandosi di carne di pecore. carestia d'acqua, state ardente, viaggi lunghi; consolavali la sola tolleranza del Capitano, maggiore che di qualunque fantaccino. Vennesi in paese dimestico, e si mietè delle biade. De' due castelli, ove s'eran rifuggiti gli Armeni, l'uno al primo assalto, l'altro che 'l sostenne, s'ebbe per assedio. Quindi passò ne' Tauranti, ove corse pericolo non aspettato da un Barbaro non ignobile, trovato poco fuori del suo padiglione con arme; e confessò per tormenti l'ordine del suo tradimento, e i compagni, e quelli, che come amici lo conducevano, che furon convinti, e puniti. Vennero poco a presso Ambasciadori da Tigranocerta, che gli apriva le porte: e il Popolo era pronto a ubbidire: e presentarongli una corona d'oro, quasi a buono Ospite, ei l'accettò con parole onorate; alla Città nulla mutò, perch' e' servissono più volentieri.

XXV. Ma la fortezza fu difesa da fiera gioventù per lo Re, innanzi alle mura, e poi dentro a' ripari; finalmente cedè alla forza. Succedevano queste cose più agevolmente, per essere i Parti impacciati nella guerra con gl' Ircani, che avevano mandato al Principe romano a chiedere lega; van-

(a) Presso i Romani *ingens victoria detur citra Romanum sanguinem bellare*; così lo stesso Tacito nella vita d'Agricola. Cavar dalle brage la castagna colla zampa del gatto, direbbe il Toscano.

Principem romanum societatem oratum, attineri a se Vologesen pro pignore amicitiæ ostentantes. Eos regredientes Corbulo, ne Euphratem transgressi hostium custodiis circumvenirentur; dato præsidio ad litora maris Rubri deduxit. Unde vitatis Parthorum finibus, patrias in sedes remeavere.

XXVI. *Quin & Tiridatem per Medos extrema Armeniæ intrantem, præmisso cum auxiliis Verulano Legato, atque ipse Legionibus citis, abire procul, ac spem belli amittere subegit: quosque nobis ob Regem aversos animi cognoverat, cædibus & incendiis perpopulatus, possessionem Armeniæ usurpabat; eum advenit Tigranes, a Nerone ad capessendum Imperium delectus, Cappadocum ex nobilitate, Regis Archelai nepos: sed, quod diu obses apud Vrbem fuerat, usque ad servilem patientiam demissus. Nec consensu acceptus, durante apud quosdam favore Arsacidarum. at plerique superbiam Parthorum perosi, datum a Romanis Regem malebant. Additum & præsidium, mille Legionarii, tres sociorum cohortes, duæque equitum alæ, & quo facilius novum Regnum tueretur, pars Armeniæ, ut cuique finitima, pars (*) Nipolique & Aristobolo atque Antiocho parere iussæ sunt. Corbulo in Syriam abscessit, morte Vinidii Legati vacuam, ac sibi permissam.*

Laodicea, tremore terræ prolapsa, propriis opibus revaluit. Coloniarum infrequentiæ male consultum.

XXVII. *Eodem anno ex illustribus Asiæ Vrbibus Laodicea tremore terræ prolapsa, nullo a nobis remedio, propriis opibus revaluit. At in Italia vetus oppidum Puteoli, in Coloniæ, & cognomentum a Nerone adipiscuntur. Veterani Tarentum, & Antium ascripti, non tamen infrequentiæ locorum subvenere; dilapsis pluribus in Provincias in quibus stipendia expleverant: neque coniugiis suscipiendis, neque alendis Liberis sueti, orbas sine posteris domos relinquebant. non enim, ut olim, universæ Legiones deducebantur cum Tribunis, & centurionibus, & suis cuiusque ordinis militibus, ut consensu & caritate Rempublicam efficerent; sed ignoti inter se, di-*

vantandosi, per segno d' amicizia, di tener Vologese impedito. Al ritorno loro, Corbulone, acciò non fussero, passato l' Eufrate, presi dalle guardie de' nimici; li fece bene accompagnati condurre al mar Rosso, per lo quale, sfuggiti li paesi de' Parti, a casa se ne tornarono.

XXVI. Sforzò ancora Tiridate, che, avuto il passo per la Media, entrava nell' ultima Armenia, mandarovi Verulano Legato con gli aiuti, e corsovi esso con le Legioni, a ritirarsi, e torsi giù dall' impresa: e mettendo a ferro e fuoco qualunque aveva veduto pigliarla per lo Re, s' impadroniva dell' Armenia; quando vi comparì Tigrane, eletto Re da Nerone, de' nobili di Cappadocia, nipote del Re Archelao; ma per lo essere tanto stato in Roma ostaggio, pusillanime come schiavo. Nè l' accettarono tutti, durando in alcuni l' amore agli Arsacidi. Ma i più odiando la superbia de' Parti, volevano anzi Re dato da' Romani. Gli fu dato per guardia mille soldati di Legione, tre compagnie d' aiuti, e due bande di cavalli: e, per sicurezza del nuovo Regno, fu ordinato, che parte dell' Armenia ubbidisse a Trascipoli, Aristobolo, e Antioco, secondo che con loro, confinava. e Corbulone se n' andò in Soria, datagli in governo per la morte di Vinidio.

Laodicea da tremuoto a terra, ergesi da se: mal si provede al popolar le Colonie.

XXVII. In quell' anno Laodicea, grossa Città dell' Asia, rovinò per tremuoti, e si rifece col suo, senza nostro aiuto. In Italia, Pozzuolo, terra antica, fu rifatta Colonia, e da Nerone rinomata. A Taranto, e Anzio assegnati soldati vecchi: ma non però le popolarono; tornandosene molti nelle Provincie dove avevano militato: gli altri non usati a maritaggi, e allevar figliuoli, spegnevano lor famiglie, perchè non si rifornivano a Legioni intere co' lor Tribuni, centurioni, e ordini, come già, per fare unita e caritatevole comunanza: ma alla spicciolata, di compagnie varie, senza capo, senza conoscersi, nè

(*) *Pharasmani, Polemonique Aristobulo* è miglior lezione, e giusta il vero senso.

diversis manipulis, sine rectore, sine affectibus mutuis, quasi ex alio genere mortalium, repente in unum collecti, numerus magis quam Colonia (a).

Comitia prætorum composita.

XXVIII. *Comitia Prætorum arbitrio Senatus haberi solita, quod acriore ambitu exarserant, Princeps composuit, tris, qui supra numerum petebant, Legioni præficiendo. auxitque Patrum honorem, statuendo: Vt, qui a privatis iudicibus ad Senatum provocavissent, eiusdem pecuniæ periculum facerent; cuius ii qui Imperatorem appellavere; nam antea vacuum id, solutumque pœna fuerat. Fine anni Vibius Secundus Eques romanus, accusantibus Mauris, repetundarum damnatur, atque Italia exigitur: ne graviore pœna afficeretur, Vibii Crispi fratris opibus enixus.*

nè amarsi, quasi d' un altro mondo raccogliticcia moltitudine, anzi che Colonia.

XXVIII. La creazione de' Pretori al Senato toccava; ma per la ressa de' chieditori, il Principe ne contentò tre, che passavano il numero, facendoli Capi di tre Legioni. Vn altro onor fece a' Padri: Che, chi da privato giudice appellasse al Senato, (a che non era pena) soggiacesse, perdendo, a quella di chi appella all' Imperadore. Nel fine dell' anno, Vibio Secondo Cavaliere, accusato da' Mori di governo iniquo; fu cacciato d' Italia per minor pena, per favori di Vibio Crispo suo fratello.

Gli equittini da' Pretori in accordo.

An. V. C. DCCCXIV. Ær. Chr. 61. Gravis clades in Britannia accepta, dum Suetonius Paullinus Monam insulam aggreditur: tota pæne provincia amissa; quam tamen mira constantia & unius præsidii accessu Suetonius retinuit.

XXIX. *Cæsonio Pæto, Petronio Turpiliano COSS. gravis clades in Britannia accepta, in qua neque Avitus Legatus ut memoravi, nisi parta retinuerat: & successor Veranius, modicis excursibus Siluras populatus, quin ultra bellum proferret, morte prohibitus est. magna dum vixit severitatis fama, supremis testamenti verbis ambitionis manifestus; quippe multa in Neronem adulatione, addidit: Subiectum ei Provinciam fuisse, si biennio proximo vixisset. Sed tum Paullinus Svetonius obtinebat Britannos: scientia militiæ, & rumore Populi, qui neminem sine æmulo sinit, Corbulonis concertator: receptæque Armeniæ decus æquare domitis perduellibus cupiens. Igitur Monam Insulam incolis validam, & receptaculum perfugarum, aggredi parat: navesque fabricatur plano alveo, adversus breve litus, & incertum. sic pedites: equites vado secuti, aut altiores inter undas, adnantes equis transmisere.*

XXIX. Nel Consolato di Cesonio Peto, e Petronio Turpiliano, s' ebbe grande sconfitta in Britannia, ove Avito Legato non aveva fatto altro che mantener l' acquistato: Verannio suo successore alquanto scorso, saccheggiato i Siluri, e per morte impedito di più avanzarsi. fu tenuto molto severo: nel testamento si chiarì vano col dire, dopo molto adular Nerone, che s' egli vivea due anni, gli soggiogava tutte quelle contrade. Eravi allora Svetonio Paulino, che per saper di guerra, e grido del Popolo, che niuno lascia senza paragonarlo, competeva con Corbulone. Lo cui onore della ripresa Armenia desiando di pareggiare col domar que' ribelli, deliberò d' assaltare l' isola di Mona, possente di Popolo, e ricetto de' ribellati. I navilj fabbricò piatti per quelle coste di poco fondo, e non fermo. Con essi passò i pedoni; seguitaronli i cavalieri a guazzo, o per li fondi, a nuoto.

An. di Ro. DCCCXIV. di Cristo 61. Rovina da' nostri in Bretagna, mentre Svetonio Paolino invaste Mona: tutta quasi la Provincia perdota con singolar costanza a in una giornata ricovra Svetonio.

XXX. *Stabat pro litore adversa acies, densa armis virisque, intercursantibus feminis, in modum Furiarum, veste ferali, crinibus deiectis, faces præferebant: Druidæque* (b) *circum,*

XXX. Stavano i nimici in sul lito armati, e stretti: tra essi correvano femmine scapigliate con vesti nere, e facelle in mano, come Furie: i Druidi, loro sacerdoti, con le mani al Cie-

(a) In due righe da suo pari insegna Tacito la vera arta di fondar colonie, e gli opposti viaj.

(b) La stessa origine ebbero i Britanni che i Galli, la stessa superstizione. V. Cesare *de Bello Gallico* VI. 13. & 14. Loro principal dogma era l' esistenza de' Numi, l' immortalità delle anime.

cum, preces diras sublatis ad Cælum manibus fundentes, novitate aspectus perculere milites, ut, quasi hærentibus membris, immobile corpus vulneribus præberent. Dein, cohortationibus Ducis, & se ipsi stimulantes, ne muliebre, & fanaticum agmen pavescerent; inferunt signa, sternuntque obvios, & igni suo involvunt. Præsidium posthac impositum victis, excisisque luci, sævis superstitionibus sacri. nam cruore captivo adolere aras, & hominum fibris consulere Deos fas habebant. Hæc agenti Svetonio repentina defectio Provinciæ nuntiatur.

Cielo ci pregavano cose orrende; e tanto la nuova vista stupefece i soldati, che stavan fermi come statue a lasciarsi ferire. Ma confortati dal Capitano, e stimolatisi tra loro a non aver paura di donne, e di pazzi; danno dentro, e gl' incontranti abbattono, e rinvolgono nelle lor fiamme. Ne' borghi furon poste le guardie, e tagliati i boschetti, sagrati a loro divozioni orride; ove gli altari incensavano col sangue de' prigioni, e dalle umane viscere indovinavano de' casi propri. Facendo queste cose Svetonio, ebbe avviso che la Provincia s'era in un subito ribellata.

XXXI. *Rex Icenorum Prasutagus, longa opulentia clarus, Cæsarem hæredem, duasque Filias scripserat; tali obsequio ratus Regnum, & Domum suam procul iniuria fore. Quod contra vertit; adeo ut Regnum per centuriones, domus per servos, velut capta, vastarentur. Iam primum Uxor eius Boudicea verberibus affecta, & Filiæ stupro violatæ sunt. præcipui quique Icenorum, quasi cunctam Regionem muneri accepissent, avitis bonis exuuntur; & propinqui Regis inter mancipia habebantur. Qua contumelia, & metu graviorum (quando in formam Provinciæ cesserant); rapiunt arma, commotis ad rebellationem Trinobantibus, & qui alii nondum servitio fracti, resumere Libertatem occultis coniurationibus pepigerant, acerrimo in veteranos odio. Quippe in Coloniam Camalodunum recens deducti, pellebant domibus, exturbabant agris, captivos, servos, appellando; iuventibus impotentiam veteranorum militibus, similitudine vitæ, & spe eiusdem licentiæ. Ad hæc templum diva Claudio constitutum, quasi ara æternæ dominationis aspiciebatur; delectique sacerdotes, specie religionis, omnes fortunas effundebant. Nec arduum videbatur, exscindere coloniam nullis munimentis septam; quod Ducibus nostris parum provisum erat, dum amœnitati prius quam usui consulitur.*

XV. *Interim fluminis Arsaniæ (etenim is castra præfluebat) pontem imposuit, specie sibi illud iter experientis, sed Parthi quasi documentum victoriæ inserant: namque iis usui fuit. Nostri per diversum iere. Addidit rumor: Sub iugum (a) missas Legiones: & alia ex rebus infaustis; quorum simulacrum ab Armeniis usurpatum est, namque & munimenta ingressi sunt, antequam agmen Romanum excederet: & circumstetere vias, captiva olim mancipia, aut iumenta agnoscentes, abstrahentesque, raptæ etiam vestes, retenta arma; pavido milite & concedente, ne qua prælii caussa existeret. Vologeses armis & corporibus cæsorum aggregatis, quo cladem nostram testaretur, visu fugientium Legionum abstinuit. fama moderationis quærebatur, postquam superbiam expleverat. Flumen Arsaniam elephanto insidens: & proximus quisque Regi vi equorum perrupere; quia rumor incesserat, pontem cessurum oneri, dolo fabricantium.*

sed

Regno; a' Romani rimanere per aiutar quella guerra il resto del Mondo.

XIV. Vologese non rispose a proposito: Aspettar quivi d' ora in ora Pacoro e Tiridate, suoi fratelli, per risolvere quanto fosse da far delle Legioni romane, e dell' Armenia, dalli Iddii aggiunta alla degnitade Arsacida. Poscia Peto chiedeo per messaggi d'abboccarsi col Re, il quale vi mandò Vasace General di cavalli; a cui Peto ricordò i Luculli, i Pompej, e se altri Capitani tennero, o donarono, l'Armenia. Vasace, disse, averla noi tenuta, e data in cirimonia; essi in effetto. Assai disputaro, e l'altro dì, presente Monobazo Adiabeno, chiamato per testimone, capitolano: Che l'assedio si levasse dalle Legioni, sgombrassero d'Armenia tutti i soldati, lasciassero le fortezze, e i viveri a' Parti; ciò fatto, potesse Vologese mandar Ambasciadori a Nerone.

XV. In tanto Peto gittò un ponte sopra 'l fiume Arsania, che innanzi al Campo correva, quasi per andarsene per di là, ma i Parti lo comandaron per segno d'aver vinto; perchè se ne servirono: e i nostri tennero altra via. La Fama aggiunse: Che le Legioni furon messe sotto 'l giogo: e altre nostre sciagure, dalli Armeni rappresentate, con l'entrar nel Campo prima che i Romani n'uscissero: pigliar le vie di qua, e di là: riconoscere, e torsi li schiavi, e giumenti presi già: strappar veste e armi; dando i nostri del buon per la pace. Vologese dell'armi, e de' corpi morti rizzò un trofeo per memoria della nostra sconfitta: non si fermò a veder fuggire le nostre Legioni, per dar fama di modestia; quando di superbia era sazio. Passò l'Arsania sopra uno elefante: e la guardia, a forza di cavallo; dicendosi, che il ponte era fatto a malizia da cadere caricato. ma gli altri che

s'

(a) Livio dice III. 28. *Tribus hastis iugum fit, humi fixis duabus, superque eas transversa una deligata.* Era questo un come far passar sotto le forche.

sed qui ingredi ausi sunt, validum & fidum intellexere.

XVI. *Ceterum, obsessis adeo suppeditavisse rem frumentariam constitit, ut horreis ignem iniicerent; contraque prodiderit Corbulo (a): Parthos inopes copiarum, & pabulo attrito, relicturos oppugnationem: neque se plus tridui itinere abfuisse. Adiecit: iure iurando Pæti cautum apud signa, astantibus iis quos testificando Rex misisset: Neminem Romanum Armeniam ingressurum, donec referrentur litteræ Neronis, an paci annueret. Quæ, ut augendæ infamiæ composita, sic reliqua non in obscuro habentur; una die quadraginta millium spatium emensum esse Pætum, desertis passim sauciis: neque minus deformem illam fugientium trepidationem, quam si terga in acie vertissent. Corbulo cum suis copiis apud ripam Euphratis obvius, non eam speciem insignium & armorum prætulit, ut diversitatem exprobraret. Mæsti manipuli, ac vicem commilitonum miserantes, ne lacrymis quidem temperavere: vix præ fletu usurpata consalutatio. decesserat certamen virtutis, & ambitio gloriæ, felicium hominum affectus; sola misericordia valebat; & apud minores magis.*

XVII. *Ducum inter se brevis sermo secutus est (*); hæc conquerentium: irritum laberem, potuisse bellum fuga Parthorum finiri: ille integra utrique cuncta respondit: converterent aquilas, & iuncti invaderent Armeniam; abscessu Vologesis infirmatam. Non ea Imperatoris habere mandata, Corbulo: periculo Legionum commotum, e Provincia egressum: Quando in incerto habeantur Parthorum conatus, Syriam repetiturum. Sic quoque optimam Fortunam orandam, ut pedes confectus spatiis itinerum, alacrem & facilitate camporum prævenientem equitem adsequeretur: Ex in Pætus per Cappadociam hibernavit.*

s' arrischiarono, il trovaron sodo, e fidato.

XVI. Certo è; che agli assediati avanzò tanto grano, che l' abbruciarono; e per lo contrario Corbulone divolgò: Che a' Parti, per mancamento di vettovaglia, e guasto di pasture, conveniva levar l' assedio: e non era che tre giornate lontano: e che Peto promise, e giurò innanzi alle insegne, presenti i testimoni che vi mandò il Re, che niuno Romano entrerebbe in Armenia sino alla risposta di Nerone, se egli accettava la pace. Cose da Corbulone abbellite per più infamia di Peto. E' ben chiaro, che Peto corse più di quaranta miglia in un dì, lasciando per tutto i feriti; e più bruttamente fuggirono che se avessero voltate le spalle in battaglia. Corbulone lo riscontrò alla riva dell' Eufrate, con la gente, insegne, e armi meste, per non rimproverargli la differenza. I soldati per compassione de' lor compagni non tenner le lagrime: per lo pianto appena si salutarono: non vi era gara di virtù, non desio di gloria, affetti di gaio cuore; sola compassione, e più ne' più bassi.

XVII. Poche parole si dissero i due Capitani; l' uno si dolse, d' aver perduto tanta fatica; essersi i Parti potuti metter in fuga, e finir la guerra: l' altro, non esserci rotto nulla: rivoltassero congiunti l' insegne a ripigliare l' Armenia rimasa debole senza Vologese. Replicò Corbulone: Non aver tal ordine dall' Imperadore: aver lasciato il suo carico, commosso dal pericolo delle Legioni; non si sapendo ove i Parti si voglian gittare, si tornerebbe in Soria; e Dielvoglia, che la fanteria per sì lunghi cammini spedata, tenga dietro alla cavalleria pronta, e avanzantesi per le pianure agevoli.

Pe-

(a) Corbulone non fu solamente un gran Generale, ma un valente Scrittor di Storie: queste a grave danno della Letteratura, come tant' altre Opere di quegli egregii Autori, son ite perdute. V. Plin. *in Geographicis*.

(*) *Hoc conquerente: irritum.*

vit. At Vologesis ad Corbulonem missi nuntii: Detraheret castella trans Euphratem: Ammemque, ut olim, medium faceret. Ille, Armeniam quoque diversis præsidiis vacuam fieri, expostulabat. Et postremo concessit Rex; dirutaque, quæ ultra Euphratem communierat Corbulo: & Armenii suo arbitrio relicti sunt.

Roma tropæa de Parthis decreta, integro adhuc bello.

XVIII. *At Romæ trophæa de Parthis, arcusque, medio Capitolini montis, sistebantur, decreta ab Senatu integro adhuc bello, neque tum omissa; dum aspectui consulitur, spreta conscientia. Quin & dissimulandis rerum externarum curis, Nero frumentum plebis vetustate corruptum, in Tiberim iecit; quo securitatem annonæ sustentaret, cujus pretio nihil additum est; quamvis ducentas fermo naves portu ipso, violentia tempestatis, & centum aliæ Tiberi subvectas, fortuitus ignis absumpsisset. Tris dein Consulares, L. Pisonem, Ducennium Geminum, Pompeium Paullinum vectigalibus publicis præposuit, cum insectatione priorum Principum, qui gravitate sumptuum immissos reditus anteissent: se annuum sexcenties sestertium Reipublicæ largiri.*

Senatusconsultum de fictis adoptionibus.

XIX. *Percrebuerat ea tempestate pravissimus mos, cum propinquis comitiis, aut sorte Provinciarum, plerique orbi, fictis adoptionibus adscisceret Filios; Præturasque & Provincias inter Patres sortiti, statim emitterent manu quos adoptaverant. Quæ magna cum invidia Senatum adesse, ius Naturæ, labores educandi, adversus fraudem & artes & brevitatem adoptionis enumerant: Satis pretii esse orbis, quod multa securitate, nullis oneribus, gratiam, honores, cuncta prompta & obvia haberent. Sibi promissa legum diu exspectata, in ludibrium verti, quando quis sine sollicitudine Parens, sine luctu orbus, longa Patrum vota repente adæquaret. Factum est eo Senatusconsultum: Ne simulata adoptio in ulla parte muneris publici juvaret, ac ne usurpandis quidem hæreditatibus prodesset.*

XX. *Exin Claudius Timarchus Cretensis, reus agitur, ceteris criminibus, ut solent prævalidi provincialium, &*

Peto svernò per la Cappadocia. Vologese mandò a dire a Corbulone: Che levasse via le fortezze oltre Eufrate; sì che il Fiume, come prima, li dividesse. Anch'egli chiedeva, che levasse le guardie lasciate in Armenia. Il Re alla fine fu contento. Corbulone altresì smantellò quanto oltre Eufrate aveva fortificato: e gli Armeni rimasero in libertà.

Decretato in Roma trofeo de' Parti viva tuttor la guerra.

XVIII. In Roma gli archi, e i trofei, ordinati dal Senato per la vittoria de' Parti, mentre la guerra ardea, pur si rizzavano nel Campidoglio; avendo più riguardo all'apparenza che al vero. Anzi Nerone, per mostrare sicurezza delle cose di fuori, e dentro; gittò in Tevere il grano vecchio, e guasto dall'abbondanza, e nol rincarò; benchè da dugento navi nel porto stesso per gran tempesta, e cento altre condotte per lo Tevere, per la disgrazia di fuoco, n'andasser male. Fece tre ufficiali dell'entrate pubbliche, stati Consoli, Lucio Pisone, Ducennio Gemino, e Pompeo Paulino; tassando i passati Principi d'aver speso più che l'entrate: dove egli donava l'anno un milione e mezzo d'oro alla Repubblica.

Legge di Senato sulle finte adozioni.

XIX. In quel tempo era cresciuta una mala usanza: Che in su'l fare gli squittinj, o trarre i reggimenti, molti senza Figliuoli fingevano d'adottarne: e avuti gli onori, dovuti a ogni Padre, manceppavano i Figliuoli adottati. Onde i veri Padri con grande stomaco ricorrono al Senato: ricordano la ragione della Natura: le fatiche dello allevare, contro alla fraude, artifizj, e brevità delle adozioni: Dover bastare a chi Figliuoli non ha, esser grato, onorato, ricco di tutti i beni, senza carichi, o pericoli. Torneranno ridicoli i promessi premj dalle leggi a que' che gli aspettan cent'anni; se si daranno i medesimi incontanente a chi ha Figliuoli senza fatica, e perdegli senza duolo. Ne nacque un partito del Senato: Che per adozione simulata non si desse ufficio pubblico, nè redità.

XX. Claudio Timarco Candiotto fu querelato di cose solite a' potenti delle Provincie, che si mangiano i minori.

opibus nimiis ad iniurias minorum elati. una vox eius usque ad contumeliam Senatus penetraverat, quod dixisset: In sua potestate situm, an Proconsulibus qui Cretam obtinuissent, grates agerentur. quam occasionem Pætus Thrasea ad bonum publicum vertens; postquam de reo censuerat, Provincia Creta depellendum, hæc addidit: „ Vsu probatum est, P.C. „ leges egregias, exempla honesta, apud „ bonos ex delictis (a) aliorum gigni. Sic „ Oratorum licentia, Cinciam (b) rogatio- „ nem, Candidatorum ambitus, Iulias (c) „ leges, Magistratuum avaritia, Cal- „ purnia scita (d), pepererunt; nam cul- „ pa quam pœna tempore prior: emenda- „ ri, quam peccare posterius est. Ergo „ adversus novam Provincialium super- „ biam dignum fide constantiaque Ro- „ mana capiamus consilium; quo tutelæ „ Sociorum nihil derogetur: nobis opinio „ decedat, qualis quisque habeatur, a- „ libi quam in Civium iudicio esse.

XXI. „ *Olim quidem, non modo Prætor, aut Consul, sed privati etiam „ mittebantur; qui Provincias viserent, „ & quid de cuiusque obsequio videre- „ tur, referrent: trepidabantque Gen- „ tes de æstimatione singulorum. at „ nunc colimus externos, & adulamur: „ & quomodo ad nutum alicuius gra- „ tes, ita promptius accusatio decerni- „ tur. Decernaturque, & maneat Pro- „ vincialibus potentiam suam tali mo- „ do ostentandi, sed laus falsa & „ precibus expressa, perinde cohibean- „ tur, quam malitia, quam crudelitas. „ Plura sæpe peccantur, dum demere- „ mur, quam dum offendimus; quæ- „ dam imo virtutes odio sunt: severi- „ tas obstinata: invictus adversum „ gratiam animus. Inde initia Magi- „ stratuum nostrorum meliora ferme, „ & finis inclinat; dum, in modum Can- „ didatorum, suffragia conquirimus. „ Quæ si arceantur; æqualius atque con-*

„ *stan-*

Ma quel che toccò nel vivo il Senato, fu, una parola; Che il fare ringraziare, o no, i Viceconsoli, che tornavan di Candia, stava a lui. la qual cosa Trasea Peto tirando all' utilità pubblica, poichè ebbe giudicato doversi il reo cacciar di Candia, così soggiunse: „ La sperienza ha mostra- „ to, Padri Coscritti, che le sante „ leggi, e gli esempi, nascono appo „ i buoni da' peccati altrui. La tiran- „ nia degli Avvocati generò la legge „ Cincia: le pratiche de' Candidati, „ le Giulie: l' avarizia de' Magistra- „ ti, le Calpurnie; perchè la colpa „ va innanzi alla pena: il peccare „ all' ammenda. Pigliamo adunque „ alla nuova superbia de' vassalli ri- „ medio degno della fede, e saldezza „ Romana: siano essi più che mai „ difesi; ma il sindacar chi gli ha „ governati, stea a noi Cittadini, „ non ad alcun di loro.

XXI. „ Già si mandava loro, oltre „ al Pretore, o Consolo, Visitatori; „ che referendo, come ciaschedun si „ portasse, tenevano i Popoli in cer- „ vello. Oggi noi osserviamo i vas- „ salli, e gli aduliamo: e a cui essi „ vogliono, corriamo a render grazie „ del ben servito, o a dare accuse. „ Concedasi loro, e mostrino in tal „ modo la lor potenza. ma le laudi „ false, o con preghi accattate, raf- „ freninsi, non meno, che la malva- „ gità, e la crudeltà. Più spesso si „ pecca per non far bene, che per „ far male; anzi odiamo alcune vir- „ tù: severità costante: animo di- „ sprezzante i favori. Onde noi sia- „ mo migliori nel principio de' no- „ stri Magistrati, che nel fine; quan- „ do ci andiamo raccomandando, co- „ me fa chi li chiede. Le quali cose „ levandosi; saranno le Provincie „ rette con più giustizia, e reputa-

„ tio-

(a) *Vetus verbum est, leges bonæ ex malis moribus procreantur. Macrob.* Sat. II. 13.

(b) Vedi su questa al Lib. XI. Ann. 5.

(c) Fu emanata da Augusto; l' accenna Giulio Paolo Sentent. V. Tit. 30. Ad legem Iuliam ambitus, leg. I. *Petiturus Magistratus vel Provinciæ Sacerdotium, si turbam suffragio-*

rum causa conduxerit, servos advocaverit &c. aut vis publica reus, in insulam deportatur.

(d) E' questa la legge Calpurnia, *repetundarum*, fatta dal Tribuno di Plebe L. Calpurnio Pisone Frugi, e da' Consoli L. Marcio Censorino, e M. Manilio, l'anno di Roma DCV.

„ *stantius Provinciæ regentur. nam,* „ *ut metu repetundarum infracta ava-* „ *ritia est; ita vetita gratiarum ac-* „ *tione ambitio cohibetur* “.

XXII. *Magno assensu celebrata sententia; non tamen Senatusconsultum perfici potuit; abnuentibus Consulibus ea de re relatum. Mox, auctore Principe, sanxere: Ne quis ad concilium Sociorum referret, agendas apud Senatum pro Prætoribus prove Consulibus grates, neu quis ea Legatione fungeretur. Iisdem Consulibus, Gymnasium ictu fulminis conflagravit: effigiesque in eo Neronis ad informe æs liquefacta. & motu terræ, celebre Campaniæ oppidum Pompeii, magna ex parte proruit. Defunctaque virgo Vestalis Lælia, in cujus locum Cornelia ex familia Cossorum capta est.*

An. V. C. DCCCXVI. Ær. Chr. 63. Neroni filia ex Poppæa nascitur. Ingens, sed fluxa, lætitia. Infans, quartum intra mensem defuncta, honorem divæ obtinet.

XXIII. *Memmio Regulo, & Verginio Rufo COSS. natum sibi ex Poppæa Filiam Nero ultra mortale gaudium accepit, appellavitque Augustam, dato & Poppææ eodem cognomento. Locus puerperio Colonia Antium fuit, ubi ipse generatus erat. Jam Senatus uterum Poppææ commendaverat Diis, votaque publice susceperat; quæ multiplicara, exsolutaque. & additæ supplicationes: templumque Fecunditati: & certamen ad exemplar Atticæ religionis decretum: atque Fortunarum effigies aureæ in solio Capitolini Jovis collocarentur: ludicrum Circense, ut Juliæ genti apud Bovillas, ita Claudiæ (a) Domitiæque apud Antium ederetur. quæ fluxa fuere; quartum intra mensem defuncta infante. Rursusque exortæ adulationes, consentium honorem Divæ, & pulvinar, ædemque & Sacerdotem. Atque ipse, ut lætitiæ, ita mœroris, immodicus egit. Adnotatum est: omni Senatu Antium sub recentem partum effuso, Thraseam prohibitum, immotoanimo præmuntiam imminentis cædis contumeliam excepisse. Secutam debine vocem Cæsaris ferunt, qua reconciliatum se Thraseæ apud Senecam jactaverit: ac Senecam Cæsari gratulatum. unde gloria egregiis Viris, & pericula gliscebant.*

XXIV.

„ zione. e perchè, sì come la paura „ della legge del maltolto frenò l'ava- „ rizia; così si leveranno le pratiche „ col proibire ringraziamenti “.

XXII. Celebrarono tutti questa sentenza; ma non se ne fece partito; dicendo i Consoli, che ella non s' era proposta. Fecesi poi per ordine del Principe, che ne' consigli delle Provincie niuno proponesse di ringraziare del ben servito chi tornasse di reggimento: nè ne venisse Ambasceria. Sotto questi Consoli un folgore arse le Terme: e la statua, che v' era di Nerone, strusse interamente. Un tremuoto in Terra di Lavoro rovinò gran parte di Pompeia, terra grossa. Morì Lelia Vergine di Vesta, e fu rifatta Cornelia Cossa.

XXIII. Nel Consolaro di Memmio Regolo, e Verginio Rufo, Nerone d' una Figliuola natagli di Poppea nella Colonia d' Anzio, ove egli fu generato, fece sopr' umana allegrezza: lei, e la Madre chiamò Auguste. Il Senato, che già il ventre aveva raccomandato agl' Iddii, e fatto gran boti, e preghi; li soddisfece moltiplicati: aggiunse pricissioni: ordinò tempio alla Fecondità: la festa d' Azio: in Campidoglio nel trono del tempio di Giove statue d' oro alle Fortune: e in Anzio la festa Circense per Casa Claudia, e Domizia, come in Boville per Casa Giulia. Nel quarto mese la Creatura morì; e tutto andò in fumo. nondimeno l' adulazione rimise il tallo: e volevano farla Iddia, sagrarle tempio, letto, e Sacerdoti. Egli ne feo, e nell' allegrezza e nel dolore, le pazzie. Notossi: che quando poco dopo il parto tutto 'l Senato correva ad Anzio; Trasea, che non vi fu lasciato andare, per tale affronto (messaggio di mala morte) non si cambiò. Cesare poi dicono che disse a Seneca: Che la collora con Trasea gli era passata: e Seneca con Cesare se ne rallegrò. e gloria, e pericoli ne cresceano a questi eccellenti.

An. di Ro. DCCCXVI. di Cristo 63. Poppea dà una figlia a Nerone: gran gioia, ma breve. Al quarto mese morta la bambina ha celesti onori.

XXIV.

(a) Per sangue era Nerone di Casa Domizia; per adozione, di Casa Claudia.

Parthorum legati Romam veniunt, super retinanda Armenia: inriti remittuntur; & bellum Corbuloni permissum. Armeniam iterum invadit; metuque Parthis injecto ad colloquium ventum est. Placuit arma poni, & Tiridatem diadema statuæ Neronis submittere, nec nisi sponte sua resumere.

XXIV. *Inter quæ, Veris principio, Legati Parthorum mandata Regis Vologesis, litterasque in eamdem formam, attulere. Se priora & sotiens iactata super obtinenda Armenia nunc omittere; quoniam Dii, quamvis potentium Populorum arbitri, possessionem Parthis non sine ignominia Romana tradidissent. Nuper clausum Tigranem, post Pætum Legionesque cum opprimere posset; incolumes dimisisse; satis approbatam vim: datum & lenitatis experimentum, nec recusaturum Tiridatem accipiendo diademati in Vrbem venire, nisi Sacerdotii religione attineretur. Iturum ad signa, & effigies Principis, ubi, Legionibus coram, Regnum auspicaretur.*

XXV. *Talibus Vologesis litteris, quia Pætus diversa, tamquam vrbis integris, scribebat, interrogatus Centurio qui cum Legatis advenerat: Quo in statu Armenia esset: Omnes inde Romanos excessisse, respondit. Tum intellecto barbarorum irrisu, qui peterent quod eripuerant; consuluit inter Primores Civitatis Nero, bellum anceps, an pax inhonesta, placeret. Nec dubitatum de bello. Et Corbulo tot per annos militum atque hostium gnarus, gerendæ rei præficitur; ne casus alterius inscitia rursum peccaretur, quia Pæti pigruerat. Igitur irriti remittuntur: cum donis tamen; unde spes fieret, non frustra eadem oraturum Tiridatem, si preces ipse attulisset. Syriæque exsecutio Cincio, cepiæ militares Corbuloni permissæ, & Quintadecima legio, ducente Mario Celso, e Pannonia adiecta est. Scribitur Tetrarchis ac Regibus Præfectisque & Procuratoribus, & qui Prætorum finitimas Provincias regebant, iussis Corbulonis obsequi; in tantum ferme modum aucta potestate, quam Populus Romanus Cn. Pompeio bellum Piraticum gesturo dederat. Regressum Pætum, cum graviora metueret, facetiis insectari satis habuit Cæsar, his ferme verbis: Ignoscere se statim, ne tam promptus in pavorem longiore solicitudine egresceret.*

XXVI. *At Corbulo Quarta & Duo-de-*

XXIV. Entrando Primavera, vennero Ambasciadori de' Parti, con lettere di Vologese, superbe al solito: Che non volevano più trattare delle antiche pretensioni sopra l'Armenia, tante volte cimentate; poichè gl' Iddii, arbitri di tutte le Potenze, ne avevano dato il possesso a' Parti, non senza onta Romana. Dall'averne lasciati andar salvi, Tigrane, che era rinchiuso, poi Peto con le Legioni, cui poteva opprimere; assai provarsi la sua possanza, e benignità. Tiridate sarebbe venuto per lo diadema a Roma, se non l'avesse ritenuto il suo Sacerdozio. Andrebbe alle insegne, e immagini del Principe, e quivi, presenti le Legioni, s'incoronerebbe.

Legati de' Parti a Roma per ritener l'Armenia: partono scontenti: a Corbulona permettasi la guerra. Di nuovo l'Armenia invade: impauriti i Parti vlanno a parlamento: si fissa la pace, e che Tiridata soggetti alla Statua di Nerone il diadema, nè 'l tipigli che a di lui grado.

XXV. Lo scriver di Peto, molto diverso a queste lettere: Che le cose passavano egregiamente; fece interrogare il Centurione, venuto con gli Ambasciadori: In che stato fusse l'Armenia. Rispose: Sgombrata da tutti i Romani. Allora inteso il burlare de' barbari, che chiedevano il tolto; Nerone co' Principali fece consiglio: Qual fosse meglio, prender guerra dubbia, o pace vergognosa. Dissero: La guerra certamente. e ne fu dato il carico a Corbulone, che per tanti anni conosceva i soldati, e quei nimici; acciò l'ignoranza non facesse un altro peccare, come Peto. Così furon senza conclusione gli Ambasciadori rimandati: ma con presenti; per mostrare, che Tiridate, venendo in persona a chiedere il medesimo, non verrebbe indarno. A Cincio fu data l'amministrazione in Soria: la gente a Corbulone: e mandatogli di Pannonia la legion Quindicesima sotto Mario Celso: scritto a tutti i Signori, Re, Governatori, Procuratori, e Pretori reggenti le vicine Provincie, che ubbidissero Corbulone; con podestà simigliante a quella che il Popol Romano diede a Pompeo per fare la guerra de' Corsali. A Peto tornato, ne parve andar bene; chè al Principe bastò trafiggerlo con questa facezia: „ Io ti perdo„ no or ora; che ogni po' ch' indu„ giassi, tu basiresti per la paura “.

XXVI. Corbulone in Soria mandò le

due

decima legionibus, quæ fortissimo quoque amisso, & ceteris exterritis, parum habiles prælio videbantur, in Syriam translatis; Sextam inde ac Tertiam legiones, integrum militem, & crebris ac prosperis laboribus exercitum in Armeniam ducit. addiditque legionem Quintam, quæ per Pontum agens, expers cladis fuerat: simul Quintadecimanos recens adductos: & vexilla delectorum ex Illyrico, & Ægypto: quodque alarum cohortiumque, & auxilia Regum in unum conducta apud Melitenen, qua transmittere Euphratem parabat. Tum lustratum rite exercitum ad concionem vocat: orditurque magnifica de auspiciis Imperatoriis, rebusque a se gestis, adversam inscitiam Pæti declinans; multa authoritate, quæ Viro militari pro facundia erat.

XXVII. *Mox iter, L. Lucullo quondam penetratum, apertis quæ vetustas obsepserat, pergit. & venientes Tiridatis Vologesisque de pace Legatos haud aspernatus; adiungit iis centuriones cum mandatis non inimicis: Non enim adhuc eo ventum, ut certamine extremo opus esset. Multa Romanis secunda, quædam Parthis evenisse, documento adversus superbiam; proinde & Tiridati conducere, intactum vastationibus Regnum dono accipere, & Vologesen melius societate Romana, quam damnis mutuis, Genti Parthorum consulturum. Scire, quantum intus discordiarum, quamque indomitas & præferoces Nationes regeret. Contra Imperatori suo immotam ubique pacem, & unum id bellum esse. Simul consilio terrorem adiicere; & Megistanas Armenios, qui primi a nobis defecerant, pellit sedibus: castella eorum excindit; plana, edita, validos, invalidosque pari metu complet.*

XXVIII. *Non infensum, nedum hostili odio, Corbulonis nomen etiam barbaris habebatur; eoque consilium eius fidum credebant. Ergo Vologeses, neque atrox in summam, & quibusdam Præfecturis inducias petit: Tiridates locum diemque colloquio poscit. tempus propinquum, locus in quo nuper obsessæ cum Pæto Legiones erant, cum a barbaris delectus esset, ob memoriam lætioris si-*

due legioni, Quarta e Dodicesima, che parevano poco atte a combattere; essendo i migliori perduti, e gli altri spauriti: e ne trasse, e condusse in Armenia la Sesta e la Terza, tutte intere, e in molti e prosperi travagli esercitate. Aggiunsevi la Quinta, stata in Ponto fuori delle rovine: e la Quindicesima venuta ultimamente: le compagnie di quanti cavalli, e fanti scelti, erano in Egitto, e Illiria, e gli aiuti de' Re. La massa fece a Melitene, ove voleva passar l' Eufrate. Allora fatta l' usata rassegna di tutto l' esercito, gli parlò, magnificando primieramente: L' esser sotto tale Imperadore: poi le cose che aveva fatte egli: e tacque l' infelice ignoranza di Peto; con molta autorità, che a lui soldato valeva per eloquenza.

XXVII. Poi prese il cammino che già fece L. Lucullo; aprendo i passi che l' antichitade avea chiusi. Nè dispregiò gli Ambasciadori venuti da Tiridate e Vologese, a trattar della pace: e rimandolli con suoi centurioni con risposta non aspra: Non occorrer per ancora venire all' ultima battaglia. molte cose prospere avere i Romani avute: alcune i Parti; però non doversi insuperbire, e farsi per Tiridate il ricevere in dono il Regno non guasto: e Vologese farebbe il meglio per li Parti a conservare la pace co' Romani, che danneggiarsi, sapere, quante discordie egli ha in casa: e che Nazioni regge superbe, e bestiali, là dove il suo Imperadore ha pace ferma per tutto; e sol questa guerra. Al consiglio aggiunse il terrore; e caccia di casa i Megestani, stati i primi Armeni a ribellarcisi: loro fortezze spianta: piano, e monti, forti, e deboli di pari spaventa.

XXVIII. Era il nome di Corbulone ancora anzi grato a' barbari, che odioso; però credevano al suo consiglio. Nè Vologese fu sì duro alla pace generale; e per alcuni Stati suoi chiedeo tregua: e Tiridate, giorno, per abboccarsi, presto, e nel luogo dove Peto fu dianzi assediato con le Legioni; per memoria scelto da' barbari, e da Corbulone accettato per più sua gloria;

ve-

sibi tei, non est a Corbulone vitatus, ut dissimilitudo fortunæ gloriam augeret. Neque infamia Peti angebatur, quod eo maxime patuit, quia Filio eius Tribuno ducere manipulos, atque operire reliquias malæ pugnæ imperavit. Die pacta Tiberius Alexander illustris Eques romanus minister bello datus, & Vivianus Annius gener Corbulonis, nondum Senatoria (a) ætate, sed pro Legato Quintæ legioni impositus; in castra Tiridatis venere, honore eius, ac ne metueret insidias, tali pignore. Viceni dehinc Equites assumpti. Et, viso Corbulone, Rex prior equo desiluit: nec cunctatus Corbulo: sed pedes uterque dextras miscuere.

XXIX. *Exin Romanus laudat Iuvenem, omissis præcipitibus tuta & salutaria capessentem. Ille de nobilitate Generis multum præfatus, cetera temperanter adiungit: Iturum quippe Romam, laturumque novum Cæsari decus; non adversis Parthorum rebus supplicem Arsacidem. Tum placuit Tiridatem ponere apud effigiem Cæsaris insigne regium, nec nisi manu Neronis resumere; & colloquium osculo finitum. Dein, paucis diebus interiectis, magna utrinque specie, inde æquas compositus per turmas, & insignibus patriis, hinc agmina Legionum steterc fulgentibus aquilis, signisque, & simulacris Deum in modum templi. Medio tribunal sedem curulem, & sedes effigiem Neronis sustinebat. Ad quam progressus Tiridates, cæsis ex more victimis, sublatum capite Diadema imagini subiecit; magnis apud cunctos animorum motibus, quos angebat insita adhuc oculis exercituum Romanorum cædes aut obsidio. At nunc versos casus & iturum Tiridatem ostentui. Gentibus, quanto minus quam captivum?*

XXX. *Addidit gloriæ Corbulo comitatem, epulasque: & rogitante Rege causas, quotiens novum aliquid adveterat: ut, initia vigiliarum (b) per centurionem nuntiari: convivium buccina*

venendovi in fortuna sì differente. Nè gli diede noia l'infamia di Peto; poichè fece il Figliuolo di lui Tribuno capo di squadre a seppellire i morti nella mala pugna. Il dato giorno Tiberio Alessandro, illustre Cavalier romano, sergente in questa guerra, e Viviano Annio, genero di Corbulone, minore di anni venticinque, età Senatoria, ma fatto Vicelegato della legion Quinta; vennero nel Campo di Tiridate, per onorarlo, e con tal pegno assicurarlo d'inganno. Presero venti Cavalieri per uno. Il Re visto Corbulone, primo smontò: poi Corbulone subitamente, e si preser per mano.

XXIX. Il Romano commenda il Giovane, che, lasciati i partiti precipitosi s'atteneva al buono, e sicuro. Esso dopo gran narrativa del suo alto Legnaggio, temperatamente parlò: Che andrebbe a Roma a portar a Cesare nuovo splendore; che un Arsacida se li rinchini, senza avere i Parti avversitade. Fu conchiuso, che Tiridate ponesse la real Corona a canto all'effigie di Cesare, e non la ripigliasse che dalla mano di Nerone: e baciatisi, si dipartirono. Indi a pochi giorni comparvero con superba mostra la loro cavalleria ordinata, con le loro insegne, e le nostre Legioni con le folgoranti aquile, e simulacri, come in tempio divino: nel cui mezzo era un trono: sopravi in una sedia curule l'immagine di Nerone. Alla quale Tiridate accostatosi, e le vittime solite uccise, di capo si levò il Diadema, e poselo sotto l'immagine; cosa che commosse tutti gli animi; stando ancor negli occhi fitta la strage, o l'assedio de' Romani eserciti: e ora, voltato carta, Tiridate andrebbe a farsi al Mondo spettacolo, quanto meno che di schiavo?

XXX. Aggiunse Corbulone alla gloria, piacevolezza, e conviti: e, domandogli il Re le cagioni delle cose ch'ei vedea nuove; come, venirgli a dire, il centurione che entrava in sentinella:

li-

(a) Non per anco avea venticinque anni.
(b) La notte era divisa coll'orlolo a polvere in quattro vigilie, ciascuna delle quali avea il suo segno a suon di tromba.

cina dimitti: & structam ante Augurale aram (a) *subdita face accendi; cuncta in maius extolleus, admiratione prisci moris affecit. Postero die spatium oravit, quo tantum itineris aditurus, Fratres ante, Matremque viseret; obsidem interea Filiam tradit, litterasque supplices ad Neronem.*

XXXI. *Et digressus, Pacorum apud Medos, Vologesen Ecbatanis reperit non incuriosum Fratris; quippe & propriis nuntiis Corbulone petierat, ne quam imaginem servitii Tiridates perferret; neu ferrum traderet: aut complexu Provincias obtinentium, arceretur: foribusve eorum assisteret: tantusque ei Romæ, quantus Consulibus, honor esset. Scilicet externæ superbiæ sueta, non erat notitia nostri; apud quos ius Imperii valet: inania transmittuntur.*

Nationes Alpium maritimarum in ius Latii translatæ.

XXXII. *Eodem anno Cæsar Nationes Alpium maritimarum in ius Latii transtulit. Equitum romanorum locos, sedilibus plebis ante posuit apud Circum; namque ad eam diem indiscreti inibant; quia lex Roscia nihil, nisi de quatuordecim ordinibus, sanxit. Spectacula gladiatorum idem annus habuit, pari magnificentia ac priora; sed feminarum illustrium Senatorumque plures per arenam fœdati sunt.*

An. V. C. DCCCXVII. Ær. Chr. 64. Nero Neapoli canit in publico: Romæ luxu & libidine omnia polluit.

XXXIII. *C. Lecanio, M. Licinio COSS. acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiscuas scenas frequentandi; nam adhuc per domum aut hortos cecinerat Iuvenalibus ludis, quos, ut parum celebres, & tantæ voci angustos, spernebat. Non tamen Romæ incipere ausus; Neapolim, quasi græcam Vrbem, delegit. Inde initium fore, ut transgressus in Achaiam, insignesque & antiquitus sacras Coronas adeptus, maiore fama studia Civium elicerent. Ergo contractum Oppidanorum vulgus, & quos e proximis Coloniis & Municipiis eius rei fama civerat, quique Cæsarem per*

licenziar a suon di trombe il convito: e l'altare, fatto davanti al luogo degli Augurj, abbruciarsi da fiaccola messavi sotto; ogni cosa gli magnificava: e l'empiè di maraviglia delli antichi costumi. L'altro giorno chiese tempo, dovendo far tanto viaggio, di riveder sua Madre e Fratelli: e lascia la Figliuola per pegno, e una lettera umile a Nerone.

XXXI. Partissi, e trovò Pacoro in Media, e Vologese negli Ecbatani impensierito di questo Fratello; avendo per messaggi pregato Corbulone, che non gli fusse fatto alcuna ombra di servile indegnità: non posasse giu l'arme: fosse da' Governanti le Provincie abbracciato: non tenuto alle porte: in Roma, come i Consoli riverito. come quegli, che avvezzo all' orgoglio forestiero, non sapeva che noi teniamo conto della forza, e non delle vanità dell' Imperio.

L'Alpi marittime fatte latine.

XXXII. Nel detto anno, Cesare fece Latine le Nazioni in su l' Alpi marittime: e che nel Cerchio i Cavalieri sedessero dinanzi alla plebe; chè prima si mescolavano; non avendo la legge Roscia provveduto se non a' quattordici gradi. Fecesi ancora lo spettacolo delli accoltellanti magnifico come i passati; se molte gentildonne, e Senatori non si fussero vergognati d'imbrattarsi in quella pugna.

An. di Ro. DCCCXVII. di Cristo 64. Nerone publicamente canta a Napoli: Roma tutta una fogna per suo lusso e libidine.

XXXIII. Nel Consolato di C. Lecanio, e M. Licinio, a Nerone cresceva la voglia ogni dì più del cantare a tutte le commedie; perchè sin' allora aveva cantato in casa, ne' giuochi Giovenali, che gli parevan luoghi gretti, e indegni di tanta voce. Non ardì cominciare in Roma; elesse Napoli, come Città Greca (b): indi passare in Acaia, e farvisi incoronare, come i sagri Poeti antichi, per aver maggiore applauso da' Cittadini. Incontinente il teatro di Napoli s'empiè di genti, che delle Terre, e Colonie vicine, trassero

al

(a) Si accendea quest' altare, o perchè consumasse le dapi offerte agli Dei, come vuol Lipsio, o perchè a quel lume facessero i soldati le lor sentinelle, come vuole Lutgersio, *Var. Sect.* III. 20.

(b) Napoli di Campagna, Città greca per essere stata fabbricata da quel di Calcide. *Neapolis Chalcidentium & ipsa, Parthenope a tumulo Sirenis appellata.* Plin. III. 5. Sect. 9.

per honorum, aut varios usus sectantur; etiam militum manipuli, theatrum Neapolitanorum complent.

XXXIV. *Illic, plerique ut arbitrabantur, triste; ut ipse, providum posius, & secundis Numinibus, evenit. nam egresso, qui affuerat, Populo, vacuum, & sine ullius noxa, theatrum collapsum est. Ergo per compositos cantus grates Diis, atque ipsam recentis casus fortunam celebrans, petiturusque maris Hadriæ traiectus; apud Beneventum interim consedit: ubi gladiatorium munus a Vatinio celebre edebatur. Vatinius inter fœdissima eius Aulæ ostenta fuit, sutrinæ tabernæ alumnus, corpore detorto, facetiis scurrilibus, primo in contumelias assumptus; deinde optimi cuiusque criminatione eo usque valuit, ut gratia, pecunia, vi nocendi, etiam malos præmineret.*

Torquatus Silanus mori adigitur.

XXXV. *Eius munus frequentanti Neroni, ne inter voluptates quidem a sceleribus cessabatur. Isdem quippe illic diebus Torquatus Silanus mori adigitur; quia super Iunia Familia claritudinem, divum Augustum atavum ferebat. Iusti id accusatores obtulere; prodigum largitionibus; neque aliam spem quam in novis rebus esse: quin eum nobiles habere, quos ab epistolis & libellis & rationibus appellet; nomina summæ curæ; & meditamenta. Tum intimus quisque libertorum vinci, abripique: & cum damnatio instaret, brachiorum venas Torquatus interscidit: secutaque Neronis oratio eo more. Quamvis sontem & defensioni merito diffisum; victurum tamen fuisse, si clementiam iudicis expectasset.*

XXXVI. *Nec multo post, omissa in præsens Achaia (caussæ in incerto fuere); Urbem revisit: Provincias Orientis maxime Ægyptum secretis imaginationibus agitans. Dein edicto testificatus, non longam sui absentiam, & cuncta in Republica perinde immota ac prospera fore: super ea profectione adiit Capitolium. Illic veneratus Deos, cum Vestæ quoque templum iisset; repente cunctos per artus tremens, seu Numine ex-*

al grido: e di quelli che seguitaron Cesare per fargli corte, e altre bisogne: e di squadre di soldati ancora.

XXXIV. Ivi avvenne caso, secondo i più doloroso, e secondo lui bene augurioso. Che uscito tutto 'l Popolo; il teatro voto cadde, senza far male o veruno. Rendenne grazie agl' Iddii con canti musicali: e la fortuna del nuovo caso cantando, e verso il mare (a) d' Adria avviandosi, si posò a Benevento; ove Vatinio fece la festa de' gladiatori bellissima. Costui fu uno de' più infami mostri di quella Corte, allievo d'un sarto, gobbo, buffon magro, ricevuto prima per ischerno; poi, calunniando i migliori, tanto potè, che in favori, danari, e possanza di nuocere, i pessimi avanzò.

Torquato Silano astretto a morte.

XXXV. Il piacere di questa festa non diviava l' animo di Nerone dalle sceleratezze: e forzò a morir Torquato Silano; perchè oltre alla chiarezza del sangue Giunio, riconosceva il divino Augusto per bisarcavolo. Fu commesso agli accusatori, che gli apponessero: Che essendo prodigo in donare, non isperava in altro, che in novità: tener nobili per segretarj, computisti, cancellieri, nomi, e pensieri da Principe. Essendo i suoi liberti principali presi, e legati, la sentenza distesa; Torquato si segò le vene delle braccia: e Nerone disse la sua solita canzona: Che, se egli aspettava la sua clemenza, benchè nocente, e disperato della difesa, gli perdonava la vita.

XXXVI. Non guari di poi, differito il viaggio d' Acaia (non si sa la cagione); tornò in Roma, facendo delle Provincie d' Oriente, e massimamente d' Egitto, segreti disegni. E per bando notificò: che l'assenza sua non sarebbe lunga, e ne seguirebbe ogni cosa ferma, e prospera alla Repubblica: e andò in Campidoglio a raccomandare agl' Iddii questa gita. Entrato ancora nel tempio di Vesta, gli venne un triemi-

to

(a) Ora, il golfo di Venezia.

exterrente, seu facinorum recordatione numquam timore vacuus; deseruit inceptum; cunctas sibi curas amore patriæ leviores, dictitans: Vidisse civium mœstos vultus: audire secretas querimonias, quod tantum aditurus esset iter, cuius ne modicos quidem egressus tolerarent, sueti adversum fortuita aspectu Principis refoveri: Ergo, ut in privatis necessitudinibus proxima pignora prævalerent, ita Populum Romanum vim plurimam habere: parendumque retinenti: Hæc, atque talia, plebi volenti fuere, voluptatum cupidine, & quæ præcipua cura erat, rei frumentariæ angustias, si abesset, metuenti. Senatus & Primores in incerto erant, procul an coram atrocior haberetur; dehinc, quæ natura magnis timoribus, deterius credebant quo devenerat.

XXXVII. *Ipse, quo fidem acquireret, nihil usquam perinde lætum sibi, publicis (a) locis struere convivia, totaque Urbe quasi domum uti. Celeberrima luxu famaque epulæ fuere, quas a Tigellino paratas, ut exemplar referam; ne sæpius eadem prodigentia narranda sit. Igitur in stagno Agrippæ fabricatus est ratem (b), cui superpositum convivium navium aliarum tractu moveretur. Naves auro & ebore distinctæ remigesque exoleti, per ætates & scientiam libidinum, componebantur. Volucres & feras diversis e terris, & animalia maris, Oceano ab usque petivere. Crepidinibus stagni lupanaria adstabant, illustribus feminis completa: & contra scorta visebantur, nudis corporibus: tum gestus motusque obscœni. Et, posquam tenebræ incedebant, quantum intra nemoris, & circumjecta tecta, consonare cantu, & luminibus clarescere. Ipse, per licita atque illicita fœdatus, nihil flagitii reliquerat, quo corruptior ageret; nisi paucos post dies unum ex illo contaminatorum grege, cui nomen Pythagoræ fuit, in modum sollemnium conjugiorum denupsisset. Indi-*

to per tutte le membra, forse perchè l'atterrì quella Iddia, o la ricordanza de' gran peccati, che sempre lo tenea spaventato. Onde lasciò l'impresa: dicendo: Per l'amor della Patria, che superava ogn'altro pensiero; vedendo i mesti volti de' suoi Cittadini: udendo le doglianze segrete, del tanto viaggio imprender colui, cui non avrien voluto perder d'occhio; solendo l'aspetto suo confortarli nelle avversità: come adunque i più cari pegni stringono i privati, così il Popolo Romano sforzava lui a consolarli di non partire. Questo voleva la plebe, che amava i piaceri, e temeva del caro (che è il suo maggior pensiero) stando egli assente. Il Senato, e i Grandi dubitavano, se ei sarebbe, lontano, o presente più atroce; poi credettero, come si fa ne' gran timori, che lo avvenuto fusse il peggiore.

XXXVII. Egli, per far credere di non veder cosa più gioconda che la Città; mangiava in publico, e servivasi di tutta, come di sua casa. Famoso fu il convito ch'ei fece, ordinato da Tigellino, il quale io conterò per un esempio di suo scialacquare, che serva per tutti gli altri: Nel lago d'Agrippa fabbricò un tavolato mobile, ove pose il convito tirato da galee tutte commesse d'oro, e d'avorio. Remavano sbarbati giovani, collocati secondo l'età, e maestria di libidini. eranvi uccellami, e salvaggiumi di vari capi del Mondo, e pesci insin dell'Oceano: camere rizzate in su la riva del lago, piene di gentildonne: e a fronte puttane ignude, con gesti, e dimenari sporcissimi. Venuta la notte, i boschi, e le case d'intorno risonavano, e risplendevano di canti, e di lumi. Per non lasciar alcuna nefandigia lecita, e non lecita; indi a pochi giorni tolse per marito uno stallone di quella mandria, detto Pittagora. fu celebrato lo sponsalizio con tutte le sagre cirimonie: messo in capo al nostro Imperadore il velo gial-

lo:

(a) Tai vituperi di Nerone leggonsi a disteso in Svetonio, *in Ner.* XXVII.

(b) Appellasi qui in Venezia *Zatta*, o *Zattera*.

tum Imperatori flammeum: visi auspices, dos, & genialis torus, & faces nuptiales: cuncta denique spectata, quæ etiam in femina nox operit.

Vrbs ardet, forte incertum, an dolo Principis; qui, patriæ ruinis usus, auream domum exstruit.

XXXVIII. *Sequitur clades, forte, an dolo Principis, incertum* (a) *(nam utrumque auctores prodidere), sed omnibus quæ huic Vrbi per violentiam ignium acciderunt, gravior atque atrocior. Initium in ea parte Circi ortum, quæ Palatino Cælioque montibus contigua est; ubi per tabernas quibus id mercimonium inerat quo flamma alitur, simul cœptus ignis: & statim validus, ac vento citus, longitudinem Circi corripuit; neque enim domus munimentis septæ, vel templa muris cincta, aut quid aliud moræ, interiacebat. Impetu pervagatum incendium, plana primum, deinde in edita assurgens, & rursum inferiora populando; anteiit remedia, velocitate mali, & obnoxia Vrbe artis itineribus, hucque & illuc flexis, atque enormibus vicis, qualis vetus* (b) *Roma fuit. Ad hoc lamenta paventium feminarum, fessa ætate, aut rudis pueritiæ ætas, quique sibi, quique aliis consulebant; dum trahunt invalidos, aut opperiuntur, pars morans, pars festinans, cuncta impediebant. & sæpe dum in tergum respectant, lateribus aut fronte circumveniebantur: vel si in proxima evaserant, illis quoque igni correptis, etiam quæ longinqua crediderant, in eodem casu reperiebantur. Postremo quid vitarent, quid peterent, ambigui; complere vias, sterni per agros; quidam amissis omnibus fortunis diurni quoque victus: alii caritate suorum quos eripere nequiverant, quamvis patente effugio, interiere. Nec quisquam defendere audebat; crebris multorum minis restinguere prohibentium: & quia alii palam faces iaciebant, atque esse sibi auctorem vociferabantur: sive ut raptus licentius exercerent, seu iussu.*

XXXIX. *Eo in tempore Nero Antii agens, non ante in Vrbem regressus est, quam domui eius, qua Palatium & Mæcenatis hortos continuaverat, ignis propin-*

lo: fatti gli augurj: la dote: il letto geniale: accesi i torchi: e finalmente veduto fare quanto cuoprono anco le femmine con la notte.

Roma in fiamme a caso o per Nerone, non si sa: al le rovine dalla Patria impiega a farsi un Palagio d'oro

XXXVIII. Seguita la più grave, e atroce rovina che mai avvenisse in Roma per violenza di fuoco: non si sa se per caso, o per frode del Principe; chè dell' uno, e dell' altro ci sono Autori. Il fuoco s' appiccò nel Cerchio contiguo al monte Palatino e al Celio, ove nelle botteghe piene di merci che gli sono esca, levatasi subito gran fiamma, con vento, senza intoppo di muri, o tempii, o altro, corse per tutto il Cerchio: allargossi nel piano: salì a' colli: scese, e comprese ogni cosa, senza dar tempo a' ripari la furia sua: e fece quella Roma vecchia con sue viuzze strette, e torte, e chiassuoli, subito un falò. Lo spegnere era impedito dalle donne, da' vecchi, e fanciulli, spauriti e gridanti, e da quelli che brigavano di salvar sè, e altri; strascinando i deboli, aspettandoli, correndo, che spesso nel guatarsi a dietro, eran dinanzi, o dal lato soprappresi: o fuggiti più oltre, vi trovavano più accesa vampa. Nè sapendo più che si fuggire, o cercare; cavalcavan le vie, giacevansi per le campora. alcuni perduto ogni cosa, insin da mangiare per un giorno: altri per non aver potuto i più lor cari trar del fuoco, vi rimasero volontarj: e niuno ardiva aiutare spegnere; minacciando molti che si lasciasse stare. altri vi lanciavano le fiaccole a posta (gridando, così aver ordine) per meglio rubare, o per avuto comandamento.

XXXIX. Nerone si stava in Anzio: e non tornò a Roma, se non quando il fuoco s' appressava alla sua casa, da lui unita al Palazzo, e al giardino

(a) Dà per certo che evvenisse l' incendio per opera di Nerone, Svetonio *in Ner.* XXXVIII. Dione LXII. pag. 708. Sulpizio Severo II. 29. Orosio VII. 7.

(b) Perchè dopo l' incendio cagionato da' Galli fusse rifabbricata Roma a vie sconciamente oblique, e strette, imparalo da Livio V. 55. *Antiquata lege promiscue Vrbs ædificari cœpit* &c.

pinquaret; neque tamen sisti potuit, quin & Palatium, & domus, & cuncta circum hauriretur. Sed solatium Populo exturbato & profugo, Campum Martis, ac monumenta Agrippæ, hortos quin etiam suos patefecit. & subitaria ædificia exstruxit, quæ multitudinem inopem acciperent: subvectaque utensilia ab Hostia, & propinquis municipiis: pretiumque frumenti minutum; usque ad ternos nummos. Quæ quamquam popularia, in irritum cadebant; quia pervaserat (a) rumor: Ipso tempore flagrantis Vrbis, inisse eum domesticam scenam, & cecinisse Troianum excidium, præsentia mala veterum cladibus assimulantem.

XL. *Sexto demum die apud imas Esquilias finis incendio factus; proruptis per immensum ædificiis, ut continuæ violentiæ campus, & velut vacuum cælum occurreret. Nec dum posito metu, rediit levis rursum grassatus ignis, patulis magis Vrbis locis, eoque strages hominum minor. delubra Deûm, & porticus amœnitati dicatæ latius procidere: plusque infamiæ id incendium habuit, quia prædiis Tigellini Æmilianis prorupserat: videbaturque Nero condendæ Vrbis novæ, & cognomento suo appellandæ, gloriam quærere. Quippe in regiones quatuordecim Roma dividitur: quarum quatuor integræ manebant: tres solo tenus deiectæ: septem reliquis pauca tectorum vestigia supererant, lacera & semiusta.*

XLI. *Domuum, & insularum, & templorum, quæ amissa sunt; numerum inire haud promptum fuerit: sed vetustissima religione, quod Servius Tullius Lunæ, & Magna Ara, fanumque, quæ præsenti Herculi Arcas Evander sacraverat, ædesque Statoris Iovis vota Romulo, Numæque Regia, & delubrum Vestæ cum Penatibus Populi Romani, exusta. iam opes tot victoriis quæsitæ, & Græcarum Artium decora, exim monimenta Ingeniorum antiqua & incorrupta, quamvis in tanta resurgentis Vrbis pulchritudine multa Seniores meminerint, quæ reparari nequibant. Fuere qui annotarent, XIV. Kalendas Sextiles principium incendii huius ortum; quo & Senones captam Vrbem in-*

no di Mecenate; ma non fu possibil tenere, che non inghiottisse il Palazzo, e la casa, e quanto v'era d'intorno. Ma per conforto allo spaventato Popolo, e fuggente; fece aprire Campo Marzio, il cimiterio d'Agrippa, i giardini suoi: e subiti spedali murare: raccettarvi i poveri: venir masserizie da Ostia, e dalle vicine terre: rinviliò il grano sino a un carlino. le quali cortesie guastò con l'aver, come si disse, cantato in su la scena di casa sua l'incendio di Troia, e agguaglиato questo male all'antico.

XL. Il sesto giorno finalmente il fuoco fermò appiè dell'Esquilie; non trovando per le ampissime aperture fatte, se non suolo, e aria. Rappiccossi, non essendo passata ancor la paura, con minor danno, e morti; per esservi le strade più larghe: rovinò tempj divini, e logge fatte per bellezza. e più odioso fu questo fuoco secondo, perchè uscì dagli orti Emiliani allora di Tigellino: e perchè Nerone pareva volersi far gloria di rifar la Città tutta nuova, e chiamarla dal suo nome. Conciosiachè de' quattordici rioni, ne' quali è Roma divisa, ne rimanessero quattro interi, tre spianati, sette in casolari pochi, e arsicci.

XLI. Non è agevole raccorre il numero delle case, isolati, e templi rovinati. Arsero i più riverendi per antichità, consagrati da Servio Tullio alla Luna, da Evandro d'Arcadia a Ercole presente, col Grande Altare: e da Romulo a Giove Statore: il Palagio di Numa: il tempio di Vesta con gl'Iddii Penati del Popol Romano: le spoglie di tante vittorie: i miracoli de' Greci Artefici: le opere antiche, e conservate de' grandi Intelletti: e molte altre cose, di che i Vecchi si ricordavano, impossibili a rifare, benchè in tanta bellezza della Città risurgente. Fu osservato che l'arsione cominciò il dì diciannove di Lu-

(a) Leggi questa particolarità in Svetonio *in Ner.* XXXVIII.

flammaverant. Alii to nsque cura progressi sunt, ut totidem annos mensesque & dies inter utraque incendia numerent.

XLII. *Ceterum Nero usus est Patriæ ruinis, exstruxitque Domum, in qua haud perinde gemmæ & aurum miracula essent, solita pridem, & luxu vulgata, quam arva & stagna: & in modum solitudinum hinc silva, inde aperta spatia, & prospectus; magistris & machinatoribus Severo & Celere, quibus ingenium & audacia erat, etiam quæ Natura denegavisset, per artem tentare, & viribus Principis illudere; namque ab lacu (b) Averno navigabilem fossam usque ad Ostia Tiberina depressuros promittebant, æquali littore, aut per montes adversos. neque enim aliud humidum gignendis aquis occurrit, quam Pomptinæ paludes; cetera abrupta, aut arentia: ac, si perrumpi possent, intolerandus labor, nec satis causæ. Nero tamen, ut erat incredibilium cupitor, effodere proxima Averno iuga conatus est: manentque vestigia irritæ (c) spei.*

XLIII. *Ceterum Urbis quæ domus supererant, non ut post Gallicum incendium, nulla distinctione, nec passim erectæ, sed dimensis vicorum ordinibus: & latis viarum spatiis: cohibita ædificiorum altitudine, ac patefactis areis: additisque porticibus, quæ frontem insularum protegerent. Easque porticus Nero sua pecunia exstructurum, purgatasque areas dominis traditurum, pollicitus est. Addidit præmia, pro cuiusque ordine, & vei familiaris copiis: finivitque tempus, intra quod effectis domibus, aut insulis, adipiscerentur. Ruderi accipiendo Hostiensis paludes (*) destinabat: usque naves quæ frumentum Tiberi subvectassent, onustæ sudere decurrerent. Ædificiaque ipsa certa sui parte, sine trabibus, saxo Gabino Albanoque solidarentur: quod is lapis igni impervius est. Iam aquæ, privatorum licentia intercepta, quo-*

Luglio, che i Senoni arsero Roma dall'un fuoco all'altro i medesimi anni, mesi, e dì.

XLII. Ma Nerone si servì delle rovine della Patria a farvi la Casa (a) cotale stupenda; che le gemme, e l'oro di miracolo eran niente: rispetto alle campora, selve, laghi, eremi, aperture, vedute, fattevi da Severo e Celere, Architettori d'ingegno, e ardire, da tentar con l'arte cose sopra Natura, e beffare le forze del Principe; perchè gli promisero di cavare un fosso navigabile dal lago d'Averno a Ostia, per rive aride, e monti, non trovandovisi altre acque, che il lago d'Vfente da voltarvi: il resto son terra asciutta, o massi da non potersi rompere, o non portare il pregio della fatica intollerabile. Nondimeno Nerone, vogliosо delle cose incredibili, si provò a tagliare il monte vicino all'Averno: e sonvi di tal follia i vestigi.

XLIII. Le case di Roma, che la sua non occupò, furon rifatte; e non a vanvera, come dopo l'incendio de' Galli, ma non sì alte: strade larghe, traverse a misura: maggiori piazze, e dinanzi a ogni ceppo isolato, difese dalla sua loggia in fronte: la quale Nerone offerse di fare a sue spese, e rendere il suolo bello, e netto: e pagare un tanto, secondo sua facoltade, e grado, a chi fra tanto tempo avesse rifatto sua casa, o ceppo. Per li vascelli che da Ostia portavano il grano a Roma per lo Tevere, fece portare in giù i calcinacci, e pattume, e gittar nelle paludi d'Ostia: e le case in certa parte senza travi incatenare di pietre Gabine, e Albane, che non pigliano fuoco: nè a mura comuni; ma di proprie isolata ciascuna. All'acqua già da molti pri-

(a) Di questa meravigliosa Casa di Nerone, che non ebbe mai nè prima nè poi esempio ne' capricciosi e vasti disegni de' Principi, leggesi un bellissimo ed elegantissimo epigramma nell'Antologia latina:

Roma Domus fiet: Veios migrate Quirites;
Si non & Veios occupat ista Domus.

(b) Appresso Baia nel Golfo di Pozzuolo.

(c) Funesti vestigi a quel che Plinio ne narra XIV. 6. *Antea Cucubo vino erat generositas celeberrima in palustribus populetis, sima Ampelone, quod iam intercidit & incuria coloni, locique angustia, magis tamen fossa Neronis, quam a Baiano lacu Ostiam usque navigabilem inchoaverat.*

(*) *destinavit.*

largior, & pluribus locis in publicum, flueret, custodes, & subsidia, reprimendis ignibus, in propatulo quisque haberet: nec communione parietum, sed propriis quæque muris ambirentur. Ea ex utilitate accepta, decorem quoque novæ Vrbi attulere. Erant tamen qui crederent, veterem illam formam salubritati magis conduxisse, quoniam angustiæ itinerum, & altitudo tectorum, non perinde Solis vapore perrumperentur. at nunc patulam latitudinem, & nulla umbra defensam, graviore æstu ardescere.

Christiani quæsitissimis pœnis adfecti, falso crimine incendii. Addita suppliciis ludibria.

XLIV. *Et hæc quidem humanis consiliis providebantur. mox petita a Diis piacula, aditique Sibyllæ libri; ex quibus supplicatum Vulcano, & Cereri Proserpinæque: ac propitiata Iuno per Matronas, primum in Capitolio, deinde apud proximum mare; unde hausta aqua, templum & simulacrum Deæ prospersum est: & lectisternia ac pervigilia celebravere Feminæ quibus Mariti erant. Sed non ope humana, non largitionibus Principis, aut Deûm placamentis, decedebat infamia, quin iussum incendium crederetur. Ergo, abolendo rumori, Nero subdidit reos, & quæsitissimis pœnis affecit, quos per flagitia invisos, vulgus Christianos appellabat. Auctor nominis eius CHRISTVS, qui, Tiberio imperitante, per Procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat: repressaque in præsens exitiabilis superstitio* (a), *rursus erumpebat, non modo per Iudæam, originem eius mali, sed per Vrbem etiam; quo cuncta undique atrocia aut pudenda confluunt, celebranturque. Igitur, primo correpti qui fatebantur; deinde, indicio eorum, multitudo ingens, haud perinde in crimine incendii, quam odio humani Generis convicti sunt. Et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent: aut crucibus affixi: aut flammandi: atque, ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat: & Circense ludicrum edebat, habitu auri-*

gæ

vati usurpata, pose guardie, che la lasciassero correre in pubblico in più luoghi grossa, per lo fuoco spegnere, e a tutti manesca. Questi provvedimenti utili abbellirono ancora la nuova Città. Nondimeno tenevano alcuni la forma vecchia più sana; perchè quelle vie strette, e case alte, facevano qualche rezzo alle vampe del Sole, che in queste larghe, e aperte dirritture sferza, e riverbera più rovente.

I Cristiani calunniati d' incendiarii in tormenti spietati con ludibrii.

XLIV. Dopo li umani aiuti si ricorse a' divini: e, veduti i libri delle Sibille, fu supplicato a Vulcano, Cerere, e Proserpina: e da Matrone, prima in Campidoglio, poi alla più pressa marina, fatta Giunone favorevole: e di quell'acqua asperso il tempio, e l'immagine della Iddía: poi da maritate fattovi i letti, e le vigilie. Ma, nè opera umana, nè prece divina, nè larghezza del Principe gli scemavano l'infame grido dell'avere esso arsa Roma. Per divertirlo adunque, ne processò, e stranissimamente punì quelli odiati malfattori che il volgo chiamava Cristiani, da CRISTO, che, regnante Tiberio, fu crocifisso da Ponzio Pilato Procuratore. la qual semenza pestifera fu per allora soppressa; ma rinverziva non pure in Giudea, ove nacque il malore, ma in Roma, ove tutte le cose atroci, e brutte concorrono, e sollennizzansi. Furono adunque presi prima i Cristiani scoperti; poi gran turba dinominati da quelli, non come colpevoli nell' Incendio, ma come nimici al Genere umano. Vccidevanli con ischerni, vestiti di pelle d'animali, perchè i cani gli sbranassero vivi: o crocifissi: o arsi: o accesi per torchi a far lume la notte. Nerone a questo spettacolo prestò i suoi orti: e celebrovvi la festa Circense, vestito da cocchiere in su'l

coc-

(a) Tacito resta qui senza veruna scusa smentito dalla testimonianza di Plinio contemporaneo Autore, che in una sua lunga lettera a Traiano in cui lo consulta sul metodo da tener co' Cristiani; il loro vivere e costume accennando, non sa apporre loro veruna colpa, anzi può dirsi tal lettera una loro intera giustificazione. Leggila riportata fedelmente nel III. Tomo di quest' Opera, nell' Appendice Cronologica al *Traiano*, cap. LXII.

Digitized by Google

ga permixtus plebi, vel circulo insistens. Vnde, quamquam adversus sontes & novissima exempla meritos, miseratio oriebatur; tamquam non utilitate publica, sed in sævitiam unius absumerentur.

XLV. *Interea, conferendis pecuniis, pervastata Italia, Provinciæ eversæ, sociique Populi, & quæ Civitatum liberæ vocantur, inque eam prædam etiam Dii cessere; spoliatis in Vrbe templis: egestoque auro, quod triumphis, quod votis omnis Populi Romani ætas prospere, aut in metu sacraverat. Enimvero per Asiam atque Achaiam non dona tantum, sed simulacra Numinum abripiebantur; missis in eas provincias Acrato, ac Secundo Carinate: ille, libertus cuicumque flagitio promptus, hic græca doctrina ore tenus exercitus, animum bonis artibus non induerat. Ferebatur Seneca, quo invidiam sacrilegii a semet averteret, longinqui ruris secessum oravisse: & postquam non concedebatur, ficta valetudine, quasi æger nervis, cubiculum non egressus. Tradidere quidam, venenum ei per libertum ipsius, cui nomen Cleonicus, paratum, iussu Neronis: vitatumque a Seneca, proditione liberti, seu propria formidine; dum simplici victu, & agrestibus pomis, ac, si sitis admoneret, profluente aqua, vitam tolerat.*

XLVI. *Per idem tempus gladiatores apud oppidum Præneste, tentata eruptione, præsidio militis qui custos adesset, coerciti sunt; iam Spartacum, & vetera mala rumoribus ferente populo, ut est novarum rerum cupiens, pavidusque. Nec multo post clades rei navalis accipitur, non bello, (quippe haud aliae tam immota pax) sed certum ad diem in Campaniam redire classem Nero iusserat; non exceptis maris casibus. Ergo gubernatores, quamvis saviente pelago, a Formiis movere, & gravi Africo, dum Promontorium Miseni superare contendunt, Cumanis litoribus impacti, triremium plerasque, & minora navigia passim amiserunt.*

Prodigia.

XLVII. *Fine anni vulgantur prodigia, imminentium malorum nuntia; Vis fulgurum non alias crebrior: & sidus cometes, sanguine illustri semper Neroni expiatum: bicipites hominum aliorum-*

cocchio, o spettatore fra la plebe. Onde di que' cattivi, benchè meritevoli d'ogni novissimo supplizio, veniva pietà; non morendo per ben pubblico, ma per bestialità di colui.

XLV. In questo mezzo gli accatti, e balzelli sperperavan l'Italia. Vassalli, collegati, città, libere in nome, gl'Iddii stessi, non furon esenti da tal rapina: spogliati i templi di Roma: e sconfitto quantunque oro il Popol Romano per trionfi, preci, allegrezze, e timori, già mai consagrò. Per l'Asia, e per l'Acaia rapivano, non che i doni, le immagini degl'Iddii due nostri commessarj, Acrato liberto, cima de' ribaldi, e Carinate Secondo, che aveva qualche lettera greca in bocca, ma nulla bontà nell'animo. Dicevasi, che Seneca, per levarsi il carico di questi sacrilegj, supplicò di ritirarsi in villa lontana: e non l'ottenendo, si fermò in camera, quasi per la gotta. Alcuni scrivono che Nerone gli fece apparecchiare il veleno da Cleonico suo liberto; dal quale avvertito, o insospettitone, lo schifò, vivendo di cibi semplici, frutte de' suoi orti, acqua corrente.

XLVI. In questo tempo i gladiatori tenuti in Preneste, vollero scappare; i soldati, loro guardie, li ritennero: e già il Popolo pauroso, e spasimante di novità, cominciava a ricordare Spartaco, e i vecchi mali. Poco appresso s'intese una perdita di nostra armata, non per guerra, chè non fu mai tanta pace; ma perchè Nerone avea comandato, che ella fusse tornata in Campagna il tal dì, non eccettuando tempesta. Sciolsero i nocchieri da Nola, quando il mare fremeva: e mentre fanno forza di spuntare il Capo di Miseno, un forzato Libeccio gli battè nella spiaggia di Cuma, con perdita di molte galee, e gran numero di legni minori.

Prodigii.

XLVII. Nel fine di quest'anno vennero prodigj, annunzj de' soprastanti mali; saette non mai tante: la cometa, cui sempre Nerone placava col sangue di qualche Gran-

rumve animalium partus abiecti in publicum, aut in sacrificiis, quibus gravidas bestias immolare mos est, reperti: & in agro Placentino viam propter natus vitulus, cui caput in crure esset. secutaque haruspicum interpretatio: Parata rerum humanarum aliud Caput, sed non fore validum, neque occultum; quia in utero repressum, aut iter iuxta editum sit.

An. V. C. DCCCX. III. Ær. Chr. 65. Coniuratio in Neronem inita & prodita, duce eius C. Pisone. Multi illustrium interempti, quos inter Lucanus & Seneca.

XLVIII. *Inierat deinde Consulatum Silius Nerva, & Atticus Vestinus, cum quo simul & audita coniuratione, in quam certatim nomina dederant Senatores, Eques, miles, femineæ etiam, cum odio Neronis, tum favore in C. Pisonem (a). Is, Calpurnia Genere ortus, ac multas insignesque Familias paterna nobilitate complexus, claro apud vulgum rumore erat, per virtutem, aut speciem virtutibus similes. namque facundiam tuendis civibus exercebat: largitionem adversus Amicos: & ignotis quoque comi sermone & congressu. aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies; sed prae cui gravitas morum, aut voluptatum parsimonia. lenitati ac magnificentiae, & aliquando luxui indulgebat; idque pluribus probabatur, qui in tanta vitiorum dulcedine summum Imperium non restrictum, nec perseverum volunt.*

An. di Ro. DCCCXVIII. di Cristo 65. Congiura di C. Pisone contro Nerone scoperta. Morte de' più illustri, tra' quali Lucano, e Seneca.

XLVIII. Entrati Consoli Silio Nerva, e Attico Vestino, nacque, e a un tratto crebbe, una congiura di Senatori, Cavalieri, soldati, e donne, concorsevi a gara, per odio contro a Nerone, e amore a C. Pisone, di Casa Calpurnia: imparentato con la maggior Nobiltà di Roma: in gran fama del Popolo di virtudi, o lor somiglianze: facondo avvocato de' cittadini: donatore agli amici: piacevole, e compagnevole ancora co' non conosciuti, di statura alta, bella faccia; ma di costumi non grave: sottoposto a piaceri: dolce, magnifico; e talora sguazzatore. il che piaceva a molti, che in secolo sì scorretto non amano Imperadore scarso, e austero.

XLIX. *Initium coniurationi non a cupiditate ipsius fuit: nec tamen facile memoraverim, quis primus auctor, cuius instinctu concitum sit, quod tam multi sumpserunt. Promptissimos Subrium Flavium Tribunum Prætoriæ cohortis, & Sulpicium Asprum Centurionem, exstitisse constantia exitus docuit. & Lucanus Annæus, Plautiusque Lateranus Consul designatus, vivida odia intulere; Lucanum propriæ caussæ accendebant, quod famam carminum eius premebat Nero, prohibueratque ostentare, vanus adsimulatione: Lateranum Consulem designatum, nulla iniuria, sed amor Reipublicæ sociavit. At Flavius Scevinus, & Afranius Quinctianus, utrique Senatorii ordinis, contra famam sui, principium tanti facinoris capes-*

XLIX. La congiura non nacque da sua cupidigia: nè saprei dire l' inventore d' impresa tale, seguita da tanti. Prontissimi furono Subrio Flavio Tribuno d' una coorte di guardia, e Sulpizio Aspro Centurione, come mostrò la loro forte fine. Co' denti la presero Anneo Lucano, perchè Nerone sfatò, e proibì i suoi versi, per vana competenza: e Plauzio Laterano, eletto Consolo, non offeso, ma per carità della Patria. Fra i primi furono, Flavio Scevino, e Afranio Quinziano Senatori, non tenuti da tanto, Scevino perduto in lussuria, e sonno. Quinziano del corpo suo peggio che donna, e da Nerone con versi infa-

mi

(a) Svetonio anco accenna questa congiura di Pisone, *in Ner.* XXXVI.

sivare. nam Scevino dissoluta luxu mens, & proinde vita somno languida: Quintianus mollitia corporis infamis, & a Nerone probroso carmine diffamatus, contumelias ultum ibat.

L. Ergo, dum scelera Principis, & finem adesse Imperii, deligendumque qui fessis rebus succurreret, inter se, aut inter Amicos iaciunt; aggregavere Tullium Senecionem, Cervarium Proculum, Vulcatium Araricum, Iulium Tugurinum, Munatium Gratum, Antonium Natalem, Martium Festum, Equites romanos: ex quibus Senecio e præcipua familiaritate Neronis speciem amicitiæ etiam tum retinens, eo pluribus periculis conflictabatur. Natalis, particeps ad omne secretum Pisoni erat. ceteris spes ex novis rebus petebatur. Adscitæ sunt super Subrium & Sulpicium, de quibus retuli, militares manus: Granius Silvanus & Statius Proximus, Tribuni cohortium prætoriarum, Maximus Scaurus, & Venetus Paullus Centuriones. Sed summum robur in Fenio Rufo Præfecto videbatur, quem vita famaque laudatum, per sævitiam impudicitiamque Tigellinus in animo Principis anteibat, fatigabatque criminationibus, ac sæpe in metum adduxerat; quasi adulterum Agrippinæ, & desiderio eius ultioni intentum. Igitur, ubi coniuratis Præfectum quoque Prætorii in partes descendisse, crebro ipsius sermone facta fides; promptius iam de tempore ac loco cædis agitabant. Et cepisse impetum Subrius Flavius ferebatur, in scena canentem Neronem aggrediendi: aut cum ardente domo per noctem huc illuc cursaret incustoditus. hic occasio solitudinis: ibi ipsa frequentia tanti decoris testis, pulcherrimum animum exstimulaverant; nisi impunitatis cupido retinuisset, magnis semper conatibus adversa.

LI. Interim cunctantibus, prolatantibusque spem ac metum, Epicharis quædam (incertum quonam modo sciscitata: neque illi ante ulla rerum bonestarum cura fuerat) accendere, & arguere coniuratos: ac postremo lentitudinis eorum pertæsa, & in Campania agens, Primores classiariorum Misenensium labefacere, & conscientia illigare connixa est, tali initio. erat Chiliarchus

mi vituperato, se ne volea vendicare.

. . . . . .

L. Sbuffando adunque tra loro, e altri Amici, di sì scelerato Principe, del cadente Imperio, e di trovar chi sostenerlo; tiraron nella congiura Tullio Senecione, Cervario Procolo, Volcazio Ararico, Giulio Tugurino, Munazio Grato, Antonio Natale, Marzio Festo, romani Cavalieri. tra i quali Senecione, dimestichissimo di Nerone, andandogli intorno, correva più pericoli. Natale era confidente di Pisone: gli altri speravano nella mutazione. Chiamarono persone di guerra, oltre alli detti, Subrio, e Sulpizio, Granio Silvano e Stazio Prossimo, Tribuni di due coorti di guardia: Massimo Scauro, e Paulo Veneto centurioni: e Fenio Rufo Prefetto (che fu l'importanza) di buona vita, e fama, scavalcato di grazia al Principe; per crudeltà e sporcizie da Tigellino, e caricato di più cose; oltre al farlo credere adultero d' Agrippina, e per lo desiderio di lei inteso alla vendetta. Quando i congiurati seppero, anche con sue parole, che il Prefetto era de' loro; fatti di miglior gambe, ragionaron del quando, e dove far l'uccisione. e dissesi, che venne pensiero a Subrio d' assalirlo quando cantava in su la scena: o quando ardendo la sua casa, la notte, scorrazzava qua, e là senza guardia. Qui l'averlo solo, quivi lo stesso cospetto di tanti testimoni; infocarono quel bello animo; se non l'avesse raffreddato la voglia del salvarsi, a' nobili ardimenti sempre contraria.

LI. E tentennando, e allungando tra la paura, e la speranza costoro; una certa Epicari spillò la cosa (non si sa come; non essendo prima stata donna di concetti d' onore): e li riscaldava, e riprendeva di tanta lentezza: e non potendola più sopportare, stando in Campagna, cominciò a contaminare, e intignervi i capi dell' armata Misena. Uno era Volusio Pro-

co-

chus (a) in ea classe Volusius Proculus, occidendæ Matris Neronis inter ministros non ex magnitudine sceleris provectus, ut rebatur. Is mulieri olim cognitus, seu recens orta amicitia, dum merita erga Neronem sua, & quam in irritum cecidissent, aperit, adiiciatque questus & destinationem vindictæ, si facultas oriretur; spem dedit posse impelli & plures conciliare: nec leve auxilium in Classe, crebras occasiones; quia Nero multo apud Puteolos & Misenum maris usu lætabatur. Ergo Epicharis plura, & omnia scelera Principis orditur: neque Senatui, quid manere; sed provisum quonam modo pœnas eversæ Reipublicæ daret, accingeretur modo, navaret operam, & militum acerrimos duceret in partes; ac digna præsia exspectaret, nomina tamen conjuratorum reticuit; unde Proculi indicium irritum fuit, quamvis ea quæ audierat ad Neronem detulisset. Accita quippe Epicharis, & cum indice compositæ, nullis testibus innixum facile convicit, sed ipsa in custodia retenta est, suspectante Nerone, haud falsa esse, etiam quæ vera non probabantur.

LII. Conjuratis tamen metu proditionis permotis, placitum maturare cædem apud Baias, in villa Pisonis (*) cujus amœnitate captus, Cæsar crebro ventitabat, balneasque, & epulas inibat omissis excubiis, & Fortunæ suæ mole (b). Sed abnuit Piso, invidiam prætendens, si sacra mensæ, Diique Hospitales cæde qualiscumque Principis cruentarentur. melius apud Urbem in illa invisa, & spoliis Civium exstructa, Domo, vel in publico patraturos, quod pro Republica suscepissent. Hæc in commune; cæterum timore occulto, ne L. Silanus eximia nobilitate, disciplinaque C. Cassii, apud quem educatus erat, ad omnem claritudinem sublatus, Imperium invaderet; prompte daturis operam qui a conjuratione integri essent, quique miserarentur Neronem, tamquam per scelus interfectum. Plerique Vestini quoque

colo, trovatosi a uccider la Madre di Nerone, e per tanta scelleratezza non fatto grande quanto pensava: di che discredutosi con costei, che sua amica era, vecchia, o nuova, e dolutosi d' aver tanto servito Nerone, e senza pro; minacciò di vendicarsene a luogo, e tempo. onde ella prese speranza di tirar lui, e molti altri nella congiura, a cui l' Armata dava di grandi aiuti, e occasioni; perchè Nerone si sollazzava spesso nel mare di Pozzuolo, e di Miseno. Così gli cominciò a contare tutte le ribalderie del Principe, e che il Senato non se ne stava; ma aveva al vendicar la Repubblica rovinata trovato il modo. mettessecisi anch' egli; facesseci opera; tirasseci i soldati suoi più feroci; chè buon per lui. e i nomi de' congiurati si tacque. Procolo rapportò il tutto a Nerone, e ad Epicari messagli a petto non producendo testimonj; fu riprovato; ma ella messa in carcere; dubitando Nerone che 'l non provato non fosse vero.

LII. Onde a' congiurati parve per non essere scoperti, da sollecitar d' ammazzarlo in villa di Pisone a Baia, ove spesso Nerone per vaghezza di quella amenità veniva, entrava ne' bagni, e mangiava; lasciato il suo gran traino di guardia, e corte. Ma Pisone non volle carico d' imbrattar le mense sagre, e gl' Idii Ospiti, col sangue del Principe, quantunque reo. Meglio in Roma, in quella odiosa, e delle spoglie de' Cittadini edificata Reggia, ovvero in pubblico, l' impresa per la Repubblica compierieno. Così dicea loro; ma in se temea, non L. Silano di somma nobiltà, da C. Cassio allevato, e sollevato ad ogni splendore, s' insignorisse dell' Imperio con gli aiuti, che avrebbe pronti de' non intinti, e aventi compassion di Nerone, quasi scelleratamente ammazzato.

(a) Capo di mille soldati.

(b) Il corteggio, la maestà ec., sono in realtà un peso al Principe, che per tal via non sa che sia libertà, nè gli è lecito quasi pur respirare senza testimonii, e soggezioni.

(*) quæ, sius.

que Consulis acre ingenium vitavisse Pisonem crediderunt; ne (*) a Libertate moveretur, vel delecto Imperatore alio sui muneris Rempublicam faceret. etenim expers coniurationis erat; quamvis super eo crimine Nero vetus adversus insontem odium expleverit.

LIII. *Tandem statuere Circensium Ludorum die, qui Cereri (a) celebratur, exsequi destinata; quia Cæsar, rarus egressu, domoque aut hortis clausus, ad ludicra Circi ventitabat: promptioresque aditus erant lætitia spectaculi. Ordinem insidiis composuerant: Vt Lateranus, quasi subsidium rei familiari oraret, deprecabundus, & genibus Principis accidens, prosterneret incautum, premeretque, animi validus, & corpore ingens. tum iacentem & impeditum, Tribuni & centuriones, & cetererum ut quisque audentiæ habuisset, accurrerent, trucidarentque; primas sibi partes expostulante Scevino, qui pugionem templo Salutis in Etruria, sive, ut alii tradidere, Fortunæ Ferentano in oppido, detraxerat, gestabatque, velut magno operi sacrum. Interim Piso apud ædem Cereris opperiretur, unde eum Præfectus Fenius & ceteri accitum ferrent in castra, comitante Antonia Claudii Cæsaris Filia, ad eliciendum vulgi favorem; quod C. Plinius memorat. Nobis quoquo modo traditum non occultare in animo fuit; quamvis absurdum videretur, aut inanem ad spem Antoniam nomen & periculum commodavisse: aut Pisonem notum amore Vxoris, alii matrimonio se obstrinxisse; nisi si cupido dominandi cunctis affectibus (b) flagrantior est.*

LIV. *Sed mirum quam inter diversi generis, ordinis, ætatis, sexus, dites, pauperes, taciturnitate omnia cohibita sint; donec proditio cœpit e domo Scevini. Qui pridie insidiarum, multo sermone cum Antonio Natale: dein regressus domum, testamentum obsignavit: prom-*

to. Fu creduto che Pisone dubitasse anco di Vestino Consolo, feroce, e da voler rimetter la Libertà, o dar l' Imperio a chi lo riconoscesse da lui. Della congiura non sapeva niente; benchè Nerone se ne servisse a sfogare il suo antico odio.

LIII. Fermarono finalmente di far l' effetto nel Cerchio il giorno della festa di Cerere; perchè Cesare usciva poco fuori di casa, e de' giardini: e quando nel Cerchio andava a rallegrarsi di quegli spettacoli, era più agevole accostarglisi. L' ordine dato, fu: Che Laterano, quasi chiedendogli aiuto per vivere, gli si gittasse alle ginocchia: e fattol cadere, come grande di corpo, e d' animo, il pigiasse; corresseci Tribuni, e centurioni, ciascuno secondo suo coraggio, e lui in terra, e intrigato, ammazzassero. Scevino chiedéo d' essere il primo con un pugnale tratto del tempio della Salute in Toscana, altri dicono, della Fortuna in Ferento: e 'l portava, quasi consagrato a grande opera. Pisone intanto gli attendesse nel tempio di Cerere: onde Fenio e gli altri il traessero, e portassero in Campo, accompagnato da Antonia figliuola di Claudio Cesare, per guadagnarsi il Popolo. Così dice C. Plinio; chè non l' hò voluto tacere. ma a me non consuona, nè che Antonia prestasse il suo nome a cosa tanto in aria, e pericolosa: nè che Pisone innamorato della Moglie, si promettesse a un' altra; se già l' amore del dominare non tira più ch' altro affetto.

LIV. Fu in tanta diversità di sangui, gradi, stati, sessi, età, ricchi, poveri, maravigliosa la segretezza; insino a che ne venne indizio di Casa Scevino, il quale il dì innanzi al destinato, fu con Antonio Natale molto alle strette: tornato a casa fece

(a) A' 12. Aprile cominciavano le feste di Cerere, e duravano otto giorni; forse l' ottava della festa era il dì destinato da' congiurati.

(b) Così Polinice, d' amore insieme e d' ambizion di scettro ardendo fa parlar Seneca *Theb.* IV. 662.

. . . . . pro regno velim
Patriam, Penates, Coniugem flammis dare;
Imperia pretio quolibet constant bene.

(*) *ad libertatem.*

Digitized by Google

promptum vagina pugionem, de quo supra retuli, vetustate obtusum increpans, asperari saxo, & mucronem ardescere iussit: eamque curam liberto Milichoo mandavit. Simul affluentius solito convivium initum: servorum charissimi libertate, & alii pecunia donati. atque ipse mœstus, & magna (a) cogitationis manifestus erat; quamvis lætitiam vagis sermonibus simularet. Postremo vulneribus ligamenta, quibusque sistitur sanguis, parare, eumdem Milichum monet: sive quarum coniurationis, & hucusque fidum: seu nescium, & tunc primum arreptis suspicionibus, ut plerique tradidere, de consequentibus. Nam, cum secum servilis animus præmia perfidiæ reputavit, simulque immensa pecunia & potentia obversabantur; cessisse fas, & salus patroni, & acceptæ libertatis memoria. Etenim Vxoris quoque consilium assumpserat, muliebre ac desevum; quippe ultro metum intentabat, multosque adstitisse libertos ac servos, qui eadem viderint: nihil profuturum unius silentium: at præmia penes unum fore, qui indicio prævenisset.

LV. *Igitur cœpta luce Milichus in hortos Servilianos pergit: &, cum foribus arceretur; magna & atrocia afferre dictitans, deductusque ab ianitoribus ad libertum Neronis Epaphroditum (b), mox ab eo ad Neronem: urgens periculum, graves coniurationes, & cetera quæ audierat, coniecturaque, docet. Telum quoque in necem eius paratum ostendit, accirique reum iussit. Is raptus per milites, & defensionem orsus: Ferrum, cuius argueretur, olim religione patria cultum & in cubiculo habitum, ac fraude liberti subreptum respondit, tabulas testamenti sæpius a se, & incustodita dierum observatione, signatas, pecunias & libertates servis & ante dono datas; sed ideo tunc largius, quia tenui iam re familiari, & instantibus creditoribus, testamento diffideret. enim vero liberales semper epulas struxisse, &*

fece testamento: sfoderò il detto pugnale, mangiato dalla ruggine, e diello a Milico liberto, che lo arrotasse, e brunisse. Più riccamente del solito apparecchiò: a' più cari schiavi donò libertà: e ad altri, danari. Esso si vedeva accigliato, e fisso in gran pensiero; benchè mostrasse con vario ragionare letizia sforzata. In ultimo, fece apprestar fasce da stagnare il sangue dal detto Milico, forse consapevole della congiura, e sino allora fidato: o, come alcuni scrivono, da quelli andamenti ne sospicò. e pensando quel servile animo, che premii, che danari, e potenza gli darebbe la tradigione; lasciò da parte il debito suo, la salute del padrone, la memoria della libertà ricevuta: presene anche parere dalla Moglie, donnesco, e peggiore: la quale lo spaventava che molti schiavi, e liberti avevan quelle cose vedute: che gioverebbe tacerle egli solo? i premj avrebbe quel solo, che fosse primo a rivelarle.

LV. All'alba Milico ne va al giardino de' Servilj: e non essendogli aperto, disse, che gran cosa portava, e atroce. i portinari lo menaro a Epafrodito liberto di Nerone: egli a lui: Contagli, esserci urgente pericolo, gran congiure, e ciocchè aveva udito, e conghietturato. Mostragli quel pugnale, che doveva ammazzarlo. e domandò che Scevino fosse condotto quivi. Rapitovi da' soldati; si difese con dire: Che aveva tenuto per antica reliquia di sua casa quel pugnale in sua camera, onde l'empio liberto il furò: fatto più testamenti, senza badare più a uno che a un altro di: donato libertà, e moneta a' suoi schiavi altre volte: ma più largo allora, perchè lasciando loro per testamento, e più debito che avere, i creditori erano anteriori: tenuta vita sempre splendida, e allegra, e

po-

(a) *Non bene tegit vultus magna contilia.* Sen. Declam. II. 5.

(b) Epafrodito Segretario de' memoriali di Nerone. Piacerà a chi legge d' intendere che fu suo schiavo il grand' Epitteto, Corifeo della Stoa, che padrone! che schiavo!

& vitam amaram, & duris iudicibus parum probatam. fomenta vulneribus nulla iussu suo, sed quia cetera palam vana obiecisset, adiungere crimen, ut se se pariter indicem, & testem faceret. Adiicit dictis constantiam: incusat ultro intestabilem, & consceleratum, tanta vocis ac vultus securitate, ut labaret iudicium, nisi Milichum Vxor admonuisset: Antonium Natalem multa cum Scevino, ac secreto collocutum, & esse utrosque C. Pisoni intimos.

LVI. *Ergo accitus Natalis: & diversi interrogantur, quis nam is sermo, qua de re fuisset. Tunc exorta suspicio; quia non congruentia responderant, inditaque vincla, & tormentorum aspectum ac minas non tulere. Prior tamen Natalis totius coniurationis magis gnarus, simul arguendi peritior, de Pisone primum fatetur: deinde adiicit Annæum Senecam, sive interuuntius inter eum Pisonemque fuit, sive ut Neronis gratiam pararet, qui infensus Senecæ, omnes ad eum opprimendum artes conquirebat. Tum cognito Natalis indicio, Scevinus quoque pari imbecillitate, an cuncta iam patefacta credeus, nec ullum silentii emolumentum; edidit ceteros. Ex quibus Lucanus, Quinctianusque, & Senecio, diu abnuere. post, promissa impunitate corrupti, quo tarditatem excusarent; Lucanus Atillam matrem suam, Quinctianus Glicium Gallum, Senecio Anuium Pollionem, Amicorum præcipuos, nominavere.*

LVII. *Atque interim Nero recordatus Volusii Proculi indicio Epicharim attineri; ratusque, muliebre corpus impar dolori; tormentis dilacerari iubet. At illam non verbera, non ignes, non ira eo acrius torquentium ne a femina sperneretur, pervicere, quin obiecta denegaret: sic primus quæstionis dies contemptus. Postero cum ad eosdem cruciatus retraheretur, gestamine sellæ (nam dissolutis membris insistere nequibat), vinclo fasciæ quam pectori detraxerat, in modum laquei ad arcum sellæ restricto, indidit cervicem, & corporis pondere connisa, tenuem iam spiritum expressit. clariore exemplo libertina mulier in tanta necessitate alienos ac prope ignotos protegendo; cum in-*

poco approvata da' severi censori: non chiesto fasce per ferite: averci questa vanitade aggiunta per l' altre malignitadi corroborare: e spia fattasene, e testimonio. Alle parole accompagnò feroce animo, volto, e voce; chiamandolo scelerato, e infame, con tanta efficacia, che l'indizio svaniva. Ma la moglie di Milico avvertì, che Antonio Natale, e Scevino, ambi anima e corpo di C. Pisone, avevan fatto un gran ragionare in segreto.

LVI. Fu mandato per Natale: domandati in disparte di che ragionassero; non si riscontrando, mison sospetto, e furon legati. Alla vista del tormento, e alle minacce, calarono. E prima Natale, più sciente della congiura, e più atto a convincere, nominò Pisone, poi Seneca: o per aver portato ragionamenti tra lui, e Pisone: o per grazia di Nerone acquistare, che recatosi a noia, cercava con ogn' arte opprimerlo. Scevino, inteso che Natale avea confessato; per pari fiacchezza, o per credere scoperto il tutto, e non giovar il tacere, nominò gli altri. Lucano, Quinziano, e Senecione stettero alla dura: poi guastatisi, per promesso perdono; per loro scusa d' aver penato, nominarono Lucano, Atilla sua madre: Quinziano, Glicio Gallo: Senecione, Annio Pollione; i loro più cari Amici.

LVII. Nerone si ricordò di Epicari, ritenuta per indizio di Procolo: e non credendo che una donna reggesse al dolore, ne comandò ogni strazio. Nè verga, nè fuoco, ne ira de' martorianti, del non sapere sgarare una femmina; la fecero confessare: e vinse il primo dì. Portata il seguente a' tormenti medesimi in seggiola, non potendo reggersi sopra le membra lacerate, si trasse di seno una fascia, l' annodò alla seggiola, incalappiò alla gola, stringendosela col peso del corpo, e trassene quel poco di fiato che v'era. Esempio memorevole, che una femmina libertina, volesse salvare con tanta agonia gli strani, e quasi non

ge-

mai

genui & viri & Equites romani Senatoresque intacti tormentis, carissima suorum quisque pignorum prodevent: non enim omittebant Lucanus quoque, & Senecio, & Quinctianus, passim conscios edere; magis magisque pavido Nerone, quamquam multiplicatis excubiis semet sepsisset.

LVIII. *Quin & Vrbem per manipulos occupatis mœnibus, insesso etiam mari & amne* (a), *velut in custodiam dedit: volitabantque per fora, per domos, rura quoque, & proxima municipiorum, pedites, equitesque permixti Germanis; quibus fidebat Princeps quasi externis. Continua hinc & iuncta agmina trahi, ac foribus hortorum adiacere: Atque ubi, dicendam ad caussam, introissent; lætatum erga coniuratos: si fortuitus sermo, & subiti occursus: si convivium: si spectaculum simul iissent; pro crimine accipi. cum super Neronis, ac Tigellini sævas percunctationes, Fenius quoque Rufus violenter urgeret, nondum ab indicibus nominatus; sed quo fidem insciliæ pararet, atrox adversus socios. Idem Subrio Flavio assistenti, annuentique an inter ipsam cognitionem distringeret gladium eademque patraret, renuit, infregitque impetum iam manum ad capulum referentis.*

LIX. *Fuere qui prodita coniuratione; dum auditur Milichus, dum dubitat Scevinus, hortarentur Pisonem, pergere in castra, aut rostra escendere, studiaque militum & Populi tentare: Si conatibus eius conscii aggregarentur; secuturos etiam integros, magnamque motæ rei famam, quæ plurimum in novis consiliis valeret. Nihil adversum hoc Neroni provisum. Etiam fortes viros subitis terreri; ne dum ille scenicus, Tigellino scilicet cum pellicibus suis comitante, arma contra cieret. Multa experiendo confieri, quæ segnibus ardua videantur. Frustra silentium & fidem in tot conscivorum animis & corporibus sperari. cruciatu aut præmio, cuncta pervia esse. Venturos qui ipsum quoque vincirent, postremo indigna nece afficerent. Quan-*

mai conosciuti; quando gl'ingenui uomini, Cavalieri, Senatori, senza tormenti, scoprivano i più cari; non lasciando Lucano, Senecione, e Quinziano, di nominare anche gli altri a dilungo. onde a Nerone cresceva sempre più la paura: raddoppiò la sua guardia.

LVIII. Le sentinelle tenevano la Città, e le mura: ronzavano per le piazze, e case, e ville, e terre: al mare, al fiume, schiere di fanti, e cavalli, mescolatovi Tedeschi; de' quali si fidava, per essere forestieri. Tiravano al detto giardino le funate de' congiurati, che aspettavano fuori, e per terra, quando erano chiamati al tormento. L'aver fatto festa ad alcuno della congiura, favellato, incontrato, convitato, essere entrati insieme alle feste; eran peccati mortali. Oltre alle domande crudeli di Nerone, e Tigellino a' congiurati; Fenio Rufo, non ancora nominato, le faceva, per non parer quel desso, atrocissime a' suoi compagni. e Subrio Flavio, che gli era innanzi, gli accennò d'ammazzarlo; ma Fenio lui già verso Nerone infuriato, e con la mano in su 'l pome, rattenne.

LIX. Scoperta la congiura; v' ebbe chi consigliò Pisone, che, mentre era ascoltato Milico, e titubava Scevino, andasse in Campo, o salisse in ringhiera a tentare il favor de' soldati, e del Popolo: Se i compagni della impresa sua s' adunassero, anco gli altri andrebbero dietro a loro, e al romor grande del movimento, che nelle novità molto vale. A questo non aver pensato Nerone. Le cose repentine sbigottire i valenti; non che quel chitarrista con Tigellino, e sue femmine, movesse armi contro. Molte cose, mettendovisi, riuscire, che paiono ardue a chi si sta. Silenzio, e fede in tanti cervelli consapevoli non potersi sperare; tormento, e premio ogni cosa forzare. Comparirebbe gente a in-

ca-

(a) Il Tevere.

to laudabilius periturum, dum amplectitur Rempublicam, dum auxilia Libertati invocat, dum miles potius deesset, & plebes desereret, dum ipse Maioribus, dum posteris, si vita præriperetur, mortem approbaret! Immotus iis, & paululum in publico versatus; post domi secretus, animum adversum suprema firmabat. Donec manus militum adveniret, quos Nero tirones, aut stipendiis recentes, delegerat; nam vetus miles timebatur, tamquam favore imbutus. Obiit abruptis brachiorum venis. Testamentum fœdis adversus Neronem adulationibus, amori Vxoris dedit, quam degenerem, & sola corporis forma commendatam, Amici matrimonio abstulerat. Nomen mulieris Arria Galla; priori marito, Domitius Silius: hic patientia, illa impudicitia, Pisonis infamiam propagavere.

LX. *Proximam necem Plautii Laterani Consulis designati Nero adiungit, adeo propere, ut non complecti Liberos, non illud breve mortis arbitrium permitteret. Raptus in locum servilibus pœnis sepositum, manu Statii Tribuni trucidatur, plenus constantis silentii, nec Tribuno obiiciens eamdem conscientiam. Sequitur cædes Annæi Senecæ, lætissima Principi, non quia coniurationis manifestum compererat; sed ut ferro grassaretur, quando venenum non processerat. Solus quippe Natalis, & hactenus prompsit: Missum se ad ægrotum Senecam, ut viseret conquereturque cur Pisonem aditu arceret? melius fore si amicitiam familiari congressu exercuissent. Et respondisse Senecam: sermones mutuos & crebra colloquia neutri conducere; ceterum, salutem suam incolumitate Pisonis inniti. Hæc ferre Granius Silvanus Tribunus Prætoriæ cohortis, & an dicta Natalis, suaque responsa, nosceret, percunctari Senecam iubetur. Is, forte an prudens, ad eum diem ex Campania remeaverat, quartumque apud lapidem suburbano* (a) *rure substiterat. Illo propinqua vespera Tribunus venit, & villa-*

catenare anche lui, e ucciderlo indegnamente. quanto morrebbe egli più lodato, in abbracciando la Repubblica, chiamando aiuti alla libertà: e, mancandogli i soldati, abbandonandolo la plebe, più a' passati, più alli avvenire, giustificato. Non se ne mosse; e poco in pubblico dimorato, si chiuse in casa, e acconciossi a morire. Eccoti venir da Nerone una mano di giovani e novelli soldati; perchè de' vecchi, come a Pisone inchinati, temeva. Segossi le vene delle braccia, lasciò un testamento pieno di brutte adulazioni a Nerone, per amor della moglie Aria Galla, bella, e non altro, tolta a Silio Domizio amico suo; la cui pazienza, e la disonestà di lei, fruttaro a Pisone infamia.

LX. Il secondo a morire fu Plauzio Laterano eletto Consolo, sì a furia, che non ebbe agio d' abbracciare i Figliuoli, nè d' elegger il modo. Arraffato, e dove si giustiziano gli schiavi, ammazzato da Stazio Tribuno, uno de' congiurati; non lo scoperse, non fiatò. Dopo segul la morte di Seneca, con allegrezza del Principe; per finirlo col ferro, perchè gli era fallito il veleno: e non perchè fusse convinto della congiura. perchè Natale solo disse appunto, che Pisone lo mandò a visitar Seneca ammalato, e a dolersi, perchè non volle vi venisse egli; sarebbe meglio che ragionando insieme si valessero dell' amicizia. E che Seneca rispose: gli spessi ragionamenti fra loro non far nè per l' uno, nè per l' altro; ma la salute sua consistere in quella di Pisone. Nerone mandò Granio Silvano Tribuno d' una coorte di guardia a interrogar Seneca: se Natale gli portò, e se ei rispose quelle parole. Egli era quel giorno, per sorte, o a studio, tornato di Campagna in villa sua fuor di Roma quattro miglia. In

sua

(a) Nella sua villa Nomentana: *in Nomentanum meum fugi*; dice egli stesso nell' Epist. CIV.

villam globis militum sepsit. Tum ipsi cum Pompeia Paullina uxore & Amicis duobus epulanti mandata Imperatoris edidit.

LXI. *Seneca: Missum ad se Natalem, conquestumque nomine Pisonis, quod visendo eo prohiberetur: seque rationem valetudinis & amorem quietis, excusasse, respondit. Cur salutem privati hominis incolumitati suæ anteferret, causam non habuisse. nec sibi promtum in adulationes ingenium: idque nulli magis gnarum quam Neroni, qui sæpius libertatem Senecæ, (a) quam servitium expertus esset. Vbi hæc a Tribuno relata sunt, Poppæa & Tigellino coram (quod erat sævienti Principi intimum consiliorum); interrogat: An Seneca voluntariam mortem pararet. Tum Tribunus nulla pavoris signa, nihil triste in verbis eius, aut vultu deprehensum confirmavit. Ergo, regredi, & indicere mortem, iubetur. Tradit Fabius Rusticus, non eo quo venerat itinere reditum; sed flexisse ad Fenium Præfectum, & expositis Cæsaris iussis, an obtemperaret interrogavisse: monitumque ab eo, ut exsequeretur; fatali omnium ignavia. Nam & Silvanus inter coniuratos erat: augebatque scelera in quorum ultionem consenserat. Voci tamen & aspectui pepercit: intromisitque ad Senecam unum ex centurionibus, qui necessitatem ultimam denuntiaret.*

LXII. *Ille interritus poscit testamenti tabulas: ac denegante Centurione, conversus ad Amicos: Quando meritis eorum referre gratiam prohiberetur; quod unum iam attamen pulcherrimum habebat, imaginem vitæ suæ relinquere, testatur, cuius si memores essent, bonarum artium famam tam constanti amicitiæ laturos. Simul lacrymas eorum, modo sermone, modo intentior in modum coercentis, ad firmitudinem revocat, rogitans: Vbi præcepta sapientiæ? ubi tot per annos meditata ratio adversum imminentia? Cui enim ignaram fuisse sævitiam Neronis? neque aliud*

su-

su la sera il Tribuno la circondò di soldati: e trovatolo a cena con Pompea Paulina sua moglie, e due Amici, disse quanto il Principe comandava.

LXI. Rispose: Che Pisone gli mandò Natale a dolersi del non averlo lasciato visitare: ed egli si scusò che era infermo, e si volea riposare: nè avere avuto cagione di stimar più la salute d' un privato, che la propria. Non sapere adulare, nè niuno saperlo meglio di Nerone, che l' avea trovato più volte libero, che servile. Il Tribuno riferì, presenti Tigellino e Poppea; questi erano la consulta delle crudeltà del Principe. il quale domandò: Se Seneca avea deliberato d' uccidersi. Nè paura, nè maninconia, rispose, aver conosciuto in sue parole, o volto. „ Orsù " disse „ torna, e digli, che muoia ". Fabio Rustico narra: Che egli non tornò per la medesima, ma voltò a Fenio Rufo Prefetto, per sapere se a tal comandamento da ubbidire era, rispose, che sì; tanto fu in tutti fatale la viltà. Benchè Silvano era de' congiurati, e fomentava quelle scelleratezze, alla cui vendetta avea già consentito; pure di dare il comandamento a Seneca non ebbe faccia, nè voce: e fece entrare un Centurione.

LXII. Seneca riposatamente chiedeo il suo testamento. negandoglielo il Centurione, si voltò alli Amici, e disse: Poichè gli era tolto il riconoscerli de' lor meriti, lasciava loro un bel gioiello, solo rimasogli; l' esempio della sua vita, della cui bontà ricordandosi, avrebber lode di sì ferma amicizia. Cadendo loro le lagrime, li confortava, o riprendeva: Ove esser la Filosofia? i rimedj per tanti anni studiati contro a' soprastanti casi? Chi non sapeva la crudeltà di Nerone? nè dopo la Madre e 'l Fratello, rimanergli chi a

uc-

(a) Questa risposta di Seneca affatto degna d' un' anima filosofica, come pure i suoi cenni agli Amici nel cap. seguente, e alla Moglie nel cap. LXIII. fan veramente onore a Seneca, e lo purgano in parte de' vizj che da alcuni gli si appongono, massime dell' adulazione.

superesse post Matrem Fratremque interfectos, quam ut Educatoris, Præceptorisque necem adiceret.

LXIII. *Vbi hæc atque talia velut in commune disseruit; complectitur Vxorem*(a); *& paululum adversus præsentem fortitudinem mollitus, rogat oratque: Temperaret dolori: ne æternum susciperet; sed in contemplatione vitæ per virtutem actæ, desiderium Mariti solatiis honestis toleraret. Illa contra, sibi quoque destinatam mortem adseverat*(b), *manumque percussoris exposcit. Tum Seneca, gloriæ eius non adversus, simul amore, ne sibi unice dilectam ad iniurias relinqueret: „Vitæ", inquit, „delimenta monstraveram sibi; tu mortis decus „mavis. non invidebo exemplo. Sit bu„ius tam fortis exitus constantia penes „utrosque par, claritudinis plus in suo „fine". Post quæ, eodem ictu brachia ferro exsolvunt. Seneca, quoniam tenue corpus, & parvo victu tenuatum, lenta effugia sanguini præbebat; crurum quoque & poplitum venas abrumpit. sævisque cruciatibus defessus, ne dolore suo animum Vxoris infringeret, atque ipse visendo eius tormenta, ad impatientiam delaberetur; suadet in aliud cubiculum abscederet. Et novissimo quoque momento suppeditante eloquentia, advocatis scriptoribus; pleraque tradidit, quæ in vulgus edita eius verbis, invertere supersedeo.*

LXIV. *At Nero, nullo in Paullinam proprio odio, ac ne glisceret invidia crudelitatis; inhiberi mortem imperat. Hortantibus militibus; servi, libertique, obligant brachia, premunt sanguinem, incertum an ignaræ. Nam, ut est vulgus ad deteriora promptum, non defuere qui crederent: donec implacabilem Neronem timuerit, famam secutæ cum Marito mortis petivisse; deinde oblata meliore spe, blandimentis vitæ evictam; cui addidit paucos postea annos, laudabili in Mariturn memoria, & ore ac*

uccidere, che l' Aio, e 'l Maestro?

LXIII. Dette tali cose quasi a tutti; abbraccia la Moglie, e alquanto intenerito l'ammonisce, e prega: Che temperi il dolore: col tempo vi ponga piè: tolleri il desiderio del Marito con l'onorato piacere del contemplare la vita di lui virtuosa. Ella afferma voler morir seco, e chiede il feditore. Allora Seneca, per non le torre la sua gloria, nè lasciare sì amata Donna preda alle ingiurie, disse: „Io ti aveva mostrato addolci„menti alla vita: tu vuoi lo splen„dor della morte: nè io lo ti tor„rò. Le nostre morti fiano coragg„iose del pari; la tua più chiara". Così detto, si fanno segar le vene delle braccia nel medesimo tempo: Seneca di più quelle delle gambe, e sotto le ginocchia; perchè il sangue stentava a uscire di quel corpo, per vecchiezza, e poco cibo, risecco. Vinto da que' dolori terribili; e per non farne sbigottire la Moglie, nè esso, vedendo que' di lei, inquietarsi; la persuase a ritirarsi in altra camera: e chiamando, a ogni poco, scrittore, dettò di vena eloquente concetti, che per essergli divolgate le copie, non dirò lor sustanza.

LXIV. Nerone, perchè a Paulina propria non voleva male, e per non s' accrescer odio; manda soldati a non lasciarla morire, a' cui conforti, schiavi e liberti fasciano le braccia, fermano il sangue; nè si sa se ella se n' accorse. Imperocchè, come il popolo va sempre al peggiore, non mancò chi credesse, lei, mentre disperò perdono, essersi voluta far onore d' andarne col suo Marito; venutale poi migliore speranza, averla vinta la dolcezza della vita; che durò pochi an-

(a) Quanto Seneca e la sue moglie Paolina reciprocamente si amassero, leggilo nell' epist. CIV. del medesimo Seneca.

(b) Dione, Storico a Senece avverso, non saprei perchè, e tal volte vendibubole; tutte queste circostenze travisa, e le maligne, nel Lib. LXII. pag. 713. nè ha ribrezzo a scrivere che Seneca avesse voluto ammazzar le Moglie. Un disappassionato non può in vero non ristuccarsi d' un Filosofo qual era Senece, che cierlava molto, e non sempre era saldo in virtù; ma perchè cavillerlo a torto ove non merita?

ac membris in eum pallorem albentibus, ut ostentui esset, multum vitalis spiritus egestum. Seneca interim, durante tractu, & lentitudine mortis, Statium Annæum diu sibi amicitiæ fide & arte medicinæ probatum, orat, provisum pridem venenum, quo damnati publico Atheniensium iudicio extinguerentur, promeret: allatumque hausit, frustra; frigidis iam artubus & clauso corpore adversum vim veneni. Postremo stagnum calidæ aquæ introiit; respergens proximos servorum, addita voce(a): „Li-„BARE SE LIQVOREM ILLVM IOVI LI-„BERATORI". Exin balneo illatus, & vapore eius exanimatus; sine ullo funeris solemni crematur, ita codicillis præscripserat, cum etiam tum pradives & præpotens, supremis suis consuleret.

XLIV. Collo Scettro in pugno, a suo pro della propension di Nerone, e di Roma, usò Tiridate. Già da molto sua fortuna non capendo erasi data a bizzarri studj Roma, de' quali abondava di Tiridate la Corte, che all' Orientale pregiavasi delle più misteriose matematiche; e ne facea fede il gran numero di maghi, che 'l primo luogo avea nel real trâino. Smaniò tosto Roma di saper di se, del Cielo, dell' Inferno. Ma appo Nerone ebber voga da vero gli arcani; sempre a' rei Principi, per tema del futuro, grati: a' prodighi, per lusinga d' arricchirsi. Già agogna d' escirne dottore. Gonfio di tal allievo Tiridate, apre scuola: e ve' l' arbitro dell' Impero, schiavo delle Caldee chimere, iniziarsi nelle magiche cene, imparar le venefiche arti, necessarie nelle magiche. O Roma! o vitupero! o la vana esecranda arte, che insegnar non valea chi prendeva il Regno, nè apprendere chi al Mondo imperava!

XLV. Ma di speme frustato, non fu men liberale Nerone; e munifici son più.

(a). Vedi quel che s' è detto della fazione, e colore di questa veste, al Lib. VIII. cap. 4.

(b) Astrologia giudiziaria, magia, e simili. V. Plin. XXX. 2. su questo magistero.

cipum munificentia, cum falluntur magis. Igitur, quamvis octingenta nummum (a) *millia diurna Tiridati fuissent erogata; abeunti super sestertium millies* (b) *collatum est. Permissum adhuc, ut Artaxata, ante, ut supra memoratum, deleta* (c), *instauraret. Dati quoque artifices, quibus complures, mercede conductos, adiunxit. Sic graviore impendio datus Armeniæ Rex, quam olim confecta bella maxima.*

più sempre tra' Principi i più giuntati. Sicchè, dopo avere ottantamila nummi al dì, contato a Tiridate; aggiunseli al partire meglio di cento milioni di sesterzj: permessoli riedificar Artassata, spianata già, come sopra. Gli diè anco artefici: e molti d' essi presi a mercede. Così a più dispendio diessi all' Armenia il Re, di quello costasser mai le più gran guerre.

XLVI. *Iis auctus muneribus,* (d) *nec patriæ superstitionis sollicitus, Tiridates Brundisio solvit, Dyrrachium petiturus. Inde Asiæ Vrbes invisit, Imperii opes, vanasque Principis curas, passim miratus. Nondum Armeniam erat ingressus; cum Corbulo, obviam progressus, datos quidem artifices Regem sequi permisit, sed coactis pecunia iussi Romam reverti. Quod Romanæ dignitatis tuendæ studium Ducis famam intendit, Principis minuit. Beneficiorum tamen haud immemor Tiridates Artaxata, quibus nomen fecit* Neronia, *restituit.*

XLVI. Sì regalato, nè della patria superstizione sollecito, sciolse Tiridate da Brindisi ver Durazzo. Passò indi alle Città d' Asia, la ricchezza dell' Impero, e le vane cure del Principe, tratto tratto ammirando. Non anco entrato in Armenia, Corbulone itoli contro, permise a' concessi artefici seguirlo, ma i prezzolati fe' tornar in Roma. Cura per la Romana dignità, che fe' onore al Duce, scredito al Principe. Grato a' benefizj Tiridate, Artassata rinovò, col nome, *Neronea*.

Neglecta Iudæa; bellum adversus Æthiopes Albanosque parat Nero, Interim Achaiam petit, cantaturus.

XLVII. *Interea apud Iudæos, Gentem sibi discordem, dirum exarserat bellum, Gessii Flori Procuratoris avaritia, Cestii Galli, Syriæ Legati, tarditate; cum magna Romanorum clade, capta una aquila, cœptum. felicibus Vespasiani auspiciis reparatum: ac tandem invisæ Gentis excidio absolutum, uti fusius alias sumus* (e) *dicturi. At id curæ tum spernebat Nero, famæ quidem appetens, sed quæ per immodica pararetur. Neglecto itaque præsenti discrimine, ingentia agitabat consilia, quibus Æthiopes Albanosque* (f), *Imperio Romano adderet.*

XLVII. Intanto co' Giudei, Nazion volubile, fiera guerra arse, per avarizia di Gessio Floro Reggente, per lentezza di Cestio Gallo, di Siria Legato; a gran perdita de' Romani, e presa d'un'aquila, cominciata: co' felici auspicj di Vespasiano riparata: chiusa in fine coll' eccidio dell' odiosa Gente, come più a lungo poi. Pur ciò non occupava Nerone, di fama avido, ma per istravaganze. Negletto dunque il presente rischio, di grand' idee si pascea, d' accrescere d' Etiopi, e d' Albani, l' Impero.

Trascurata la Giudea prepara guerra Nerone contro Etiopi, e Albani: va intanto in Acaia a cantare.

XLVIII. *Dum mittuntur exploratores, ceteraque magno adparatu disponuntur; sorte venere e græcis Civitatibus, musicos agones edere solitis, Legati, qui omnes citharœdorum Coronas ad ipsum perferrent. Mirum ut placuit no-*

XLVIII. Mentre mandansi spiatori, e gran preparativi si fanno; vengon a sorte delle greche Città, use far musici spettacoli, Legati, che tutte a lui recano le corone de' ceteristi. Quanto li piacque il nuovo genere d' adu-

(a) V. l' annotaz. Lib. VIII. n. XXXIII. al segno (a) ottantamila lire venete, o sia paoli romani in circa.

(b) V. l' annotaz. Lib. VII. n. II.

(c) Se n' è parlato nel Lib. XIII. degli Annali, cap. 41.

(d) Allude a quel che s' è accennato nella nota (c) del c. 37. di questo Libro.

(e) Al cap. 57. di questo libro, e al Supplem. del L. V. delle Storie, cap. 29.

(f) Ved. il Lib. I. delle Storie cap. 6. Dione LXIII. pag. 719. Plinio, VI. 13. e 29.

norum adsentationis genus. Legati statim admissi, familiaribus inserti epulis, adulationis periti, Principem, ut super cœnam cantet, rogant. Vix audiere, in laudes effusi, insitam vanitatem ita inflavere, ut: Soles scire audire Græcos, solos se, solos studiis suis dignos, iactitet: se eo profecturum, ut Romam, totumque Terrarum Orbem, coronet (a). Nihil veteris sollicitudinis superest. In theatricam expeditionem præceps, Achaiam petit: ad scenam, ut ad bellum profectus. Tigellino enim duce, comes ibat Augustanorum & scortorum turba, citharis, plectris, personis, libidinum ornamentis, aut incitamentis, gravis. Ut primum Cassiopen (b) traiectum, statim ad aram Iovis Cassii (c) cantus cœpere. Sic Græcia, tot ante annos Flaminii, Mummii, Agrippæ & Augusti victoriis ac legibus fracta; vitiorum dulcedine tandem vicit, ipseque Princeps de se triumphum adtulit.

adulazione! Tosto introdotti, e a' familiari pranzi ammessi; da vecchi cortigiani il Principe pregano a cantar dopo cena. L'udiro a pena, che con viva, senza fine, sì l'innata vanità solleticano, che: „ I soli Greci „ hanno orecchio, soli di me, de' miei „ studj son degni", millantava; „ Io „ vo' girvi, per empir di corone Ro„ ma, e 'l Mondo ". Non più l'antica premura: La teatrale spedizione affretta: va in Acaia: alla scena, come a guerra marciando, capo Tigellino con d'Augustani, e briffalde, codazzo: di cetre, plettri, maschere, e fregi e incentivi a libidini, carco. Oltra Cassiope, tosto all'ara di Giove Cassio cominciò la musica. Sì la Grecia, tant'anni dalle vittorie e leggi umiliata di Flaminio, Mummio, Agrippa, Augusto, vinse al fine col dolce de' vizj, in trionfo dandole se stesso il Principe.

An. V. C. DCCCXX. Er. Chr. 67. Helii, liberti, in Vrbe adrogantia & sævitia.

XLIX. *L. Fonteio Capitone, C. Iulio Ruso Consulibus, res Romana, absente Principe, permissa Helio liberto, sub priore Principatu scelerum ministro; nunc eo nequiori, quod ad veterem usum maior accedebat auctoritas. Sueta ignobilibus hominibus vitia, superbia, audacia, avaritia, sævitia confestim erumpere. Iniuriis, minis, exsiliis, mortibus, adversus omne genus hominum, ipsumque Senatorium Ordinem, grassatur. Facilitate criminum gliscit temeritas; idque malorum summum Civitas experta, ut cum præsentem horruisset Principem, absentem desideraret.*

XLIX. Sotto i Consoli L. Fonteio Capitone, C. Giulio Ruso, assente Nerone, restò il governo in Elio liberto, sotto il predecessore di nequizie ministro; or di più reo, ch'all'abito fatto, maggior s'aggiugneva autorità. Superbia, crudeltà, avarizia, soliti vizi del plebeo, scoppiaron tosto: ingiurie, minacce, esilj, morti, contro chiunque, e' Senatori stessi. Colla facilità a' misfatti cresce la temerità: e Roma a tal venne di mali; che dopo abborrito il Principe presente, assente lo disiava.

Ab. di Ro. DCCCXX. di Cristo 67. Arroganza e sevizia in Roma d'Elio liberto.

Græcim urbes scenicis artibus Principis fundatæ.

L. *At, gloriæ amens, hoc unum satagebat, ut diversissimorum temporum, sed in hunc annum coactas, omnes Græcorum palmas, unus acciperet. Itaque per singulas Vrbes, ludorum fama nobiles, promisso crine, resecta barba, ire, canere, aurigare, certare, tragœdias agere: &, pro scenarum ratione, nunc furere, nunc parturire, nunc exsecrari, modo veligari, id tantum ca-*

L. Ma folle per la gloria, altro non brigava che tutte aver de' Greci le palme di variissimi tempi, a quest'anno accolte. Onde per tutte Città celebri per giuochi, a sciolte chiome, e barba rasa, iva, cantava, era auriga, pugnava, recitava tragedie: e, giusta la parte, infuriava, partoria, fingea l'orbo, venia legato; solchè non sentisser ferro l'imperiali mani; come

Le Città Greche infamate dalle sceniche arti del Principe.

(a) All'uso di que' tempi. *More sacris certaminibus vincentium; neque enim ipsi coronantur, sed Patrias suas coronant.* Plin. VII. 26.

(b) Città dell'isola di Corfù, oggi S. Maria di Cassopo.

(c) *Cassii*, o *Casii* secondo i Greci. *Oppidum Cassiopen, & Templum Iovis Cassii.* Plin. IV. 12.

vere, ne ferro violarentur Imperatoriæ manus; quasi aureis compedibus minus sordescerent. totos vero dies in hæc ludicra ita sollicite impendere, ut abesse, tædere, otiose spectare, discedere nefas foret, pœna expiandum.

LI. *Ob id reus Vespasianus* (a), *quodque, canente Principe, discederet sæpius, aut præsens obdormisceret; non contubernio tantum, sed publica etiam salutatione fuit prohibitus. Iamque extrema metuens, in devium oppidulum secesserat; intuta adhuc latebra, ni mox, Fatis cum ad summa vocantibus, rebus in Iudæa adflictis, fugatoque Cestii Galli exercitu, suppetias ferre iussus esset. Mira sane Fortunæ natura, quæ, per res adversas Romanæque maiestatis ludibria, Imperio ultorem, Principemque, priscæ dignitatis, & severitatis, vindicem, destinabat.*

se meno sfregio fossero i ceppi d'oro, e sì studioso i dì interi a tai ciancia-fruscole spendea; che guai a chi mancava, noiavasi, non vi badava, ne uscia.

LI. Indi reo Vespasiano: e perchè, cantando Nerone, spesso partia, o vi dormicchiava; del publico saluto, non che del convitto, fu escluso. E già per tema di peggio in rimoto casteletto s'appartò: nè v'era sicuro; se all'Impero supernalmente chiamato, nel disastro di Giudea, per la rotta di Cestio Gallo, non v'era spedito a soccorso. Strano gioco al ver di Fortuna, che per le sciagure, e scorni della romana Maestà, all'Impero un ristoratore, un vindice della prisca dignità, e severità, in lui destinava.

Nova libidinum portenta. Nero uxorem ducit Sporum.

LII. *Interim Nero, Oraculorum vanitate, acriore Principum libidine, accensus, ludorum infamiæ scelerum portenta addere; novaque excogitare, ne ipsum plebemque, flagitiorum adsuetudine morosam, varietate mobilem, satias caperet. Igitur, iam obsolescente Pythagoræ connubio, alias superaddit* (b) *nuptias; & Sporum, a Tigellino cum dote & flammeo deductum, uxorem accipit; plaudentibus Græcis, Liberosque precantibus. Data Sporo, in alteram Sabinam* (c) *mutato, Calvia Crispinilla (cui nihil, præter natales, inerat nobile) quæ muliebrem eius ornatum curaret. Principi, tot libidinum formis hominum vitia supergresso; placuit tandem belluina* (d) *æmulari; & quod dictu incredibile, superare valuit; immo id etiam adsequi; ut Historiam, quæ*

Nuovi portenti di libidine. Sporo da Nerone sposato.

LII. Ma Nerone da vani Oracoli, da libidine (ne' Principi più acre) punto; all'infamia de' giuochi mostruosi eccessi arroge: e nuovi inventane, a non fastidirsi colla plebe da assuefazione a' delitti, capricciosa, da varietà, lunatica. Stucco dunque del letto di Pitagora, cerca altre nozze; e Sporo, da Tigellino con dote, e 'n nuzial velo, menatogli, sposa; applaudendo i Greci, e prole augurandoli. Diessi a Sporo, nuova Sabina, Calvia Crispinilla, nulla avente di dama, che 'l sangue, per prima cameriera. Nè pago di sorpassar gli umani vizj in libidine d'ogni spezie, emular volle i brutali, e questi, incredibil cosa! superò anco; sino ad obbligar a silenzio sulle nuove sue bestialità (cui sol accenner fia colpa) la Storia, che con-

(a) V. in questo stesso Libro quel che ne scrive Tacito al cap. V.

(b) Ritenendo tuttavia Pitagora come marito, e prendendo il giovinetto Sporo in qualità di moglie. Corse in quest'occasione per Roma il motto d'un tal satirico, *bene agi potuisse cum rebus humanis si Domitius pater* (Neronis) *talem habuisset uxorem*.

(c) Poppea Sabina Moglie di Nerone da lui amata a furore, poi uccisa con un calcio. Non ne fe' bruciare il corpo, ma imbalsamarlo. Attesta Plinio che non produce tanto incenso in un anno l'Arabia felice, quanto ne bruciò Nerone in morte di lei. V. più sopra al Cap. VI. nella nota (s). Tre anni dopo ne fe' l'apoteosi, e a un Tempio che dalle Dame romane si edificò, scrisse: SABINÆ. DEÆ. VENERI. MATRONÆ. FECERVNT.

(d) Di questi brutali orrori di Nerone, se anni contezza, leggi Dione al Lib. XLIII. pag. 227. e Svetonio *in Ner.* XXIX.

quæ quidquid in vitiis insolens, ad odium commendare gestit, nova stuprorum monstra, quorum ipsum nomen scelus foret, silere coegerit.

LIII. *Non tamen vitia tantis flagitiis conscientia, sed immanem animum pudore pariter ac terrore laniabat. Hinc, licet foret destinatum præcipuas Græciæ Vrbes ea turpitudinum inluvie fœdare; Lacedæmone tamen & Athenis abstinuit, Lycurgum veritus, si Vrbem, santa legum sanctitate, virtutum claritate, celebratam, intraret. Magis adhuc terruere Furiarum (a) sacra, Athenis peragi solita. formidata quoque Eleusinia, quorum initiatione impii & scelerati, voce præconis, submovebantur. Forte quis in hoc vitiorum profundo hanc superstitionis vim mirabitur. at a Natura, cuius interest scelera infamare, sapienter consultum est, ut improbi raro a superstitione sint intacti.*

condannar ama all' esecrazione i vizj più strepitosi.

LIII. Pur, non rimorso d' enormità tante; rossor, timore, la brutal anima straziava. Oode, benchè d' infettar risoluto con quella peste di sconcezze le greche Metropoli; Sparta, e Atene schivò, da rispetto a Licurgo, ad entrare in Città per sacrosante leggi, e preclare virtù, celebre. Più anco l' atterrirono i sagrifizj delle Furie, soliti farsi in Atene: e l' Eleusini, dalla cui iniziazione per banditore gli empj e scelerati, rispingeansi. Ed è a stupir forse di superstizion tanta in tal lezzo di vizj, ma da saggia, Natura, cui s' attiene infamare i delitti, provide, che raro superstizione i malvagi risparmi.

* Exhausta Imperii opes Populorum ruina reparantur.

LIV. *Reliquæ autem Vrbes, hac fama non defensæ, ad opprobria patuere: ne invitæ quidem; quod & solita Principum admiratione, & præmiis, ad obsequium, laudesque, traherentur. Olympiorum ergo & Pythiorum Iudicibus in eam servitutem corruptis; omnes certatim in venerationem ruere: victoriarum omnium titulos in unum & immeritum caput congerere: undique coronas aureas adferre: &, quem infra homines viderent, deum appellare. Sed improsperæ adulationis, serius adhuc expiandæ, brevi eas pœnituit; postquam exhaustas Principis opes suis, Civiumque, fortunis reparari sensere: easque per nobilissimorum quorumque cædes peti. Nec luctus, nisi maiore adhuc formidine, repressus; exsilio damnatorum Liberis intentato.*

LIV. Di tai schermi nude l' altre Città, agli obbrobrj sposte rimasero, oè a disgrado; chè dall' usata ammirazione e premj de' Principi erao tratte all' ossequio e lodi. Corrotti dunque, cattivati, i Giudici Olimpj, e Pizj; tutti a gara, e alla cieca, a prostrarsi: di tutte vittorie i titoli ad ascrivere a un solo, e indegno: recargli d' ogni dove corone d' oro: appellar dio, chi conosceano per men d' uomo. Ma pentironsi tosto della funesta adulazione da espiarsi a lungo; a veder l' esausta borsa del Priocipe rimpolparsi de' lor beni, e de' concittadini, e colle stragi de' più distinti. Nè si terse, che a più grave tema, il pianto; d' esilio minacciandosi i Figli de' condannati.

L' esausto tesoro imperiale rimpolpasi colla rovina de' Popoli.

Eadem in Vrbe atrocitas.

LV. *Haud melior Vrbis conditio, quamvis Patres ad singulas victorias (nos enim in hæc verborum mendacia cogunt tempora) erecti, continuas supplicationes haberent: iis etiam tam immodice fastos onerarent, ut ne annus quidem sufficeret. Immo, ut in se impensarum partem traherent; absenti Principi*

LV. Nè stava meglio Roma; benchè i Padri ad ogni vittoria (il linguaggio de' tempi usar ci fa tal menzogna) desti, facessero pricissioni eterne: e ne caricassero sì i Fasti, che non bastava l' anno. Aozi per entrar nelle spese, dieci milioni di sesterzj l' anno al Principe decretarono. Pur

Lo stesso in Roma.

Elio

(a) Per il suo matricidio spesso confessava di vedersi perseguitato dall' ombra materna, e dalle Furie con flagelli, o tede ardenti.

cipi annuum centies (a) *sestertium decreverant. Helius tamen materiam criminandi adhuc arripuit; quosdam non satis favere, alios invidere causatus. Inde Equester Ordo damnatus voti, quo obstricti Augustani, se Principi statuam mille pondo posituros, spoponderant. Quod vero atrocius, Pythici cognomen, a Maioribus acceptum, Sulpicio Camerino in perniciem cessit; quasi, hoc retento, in Pythicas Neronis victorias foret impius. tali crimine inretiti Pater, Filiusque, cecidere.*

Perfodiendi Isthmi Corinthiaci tentamina. Missi ad id opus a Vespasiano Iudæi captivi.

LVI. *Gravior adhuc malorum moles incubuit, cum furor incessit, Isthmum*(b) *Corinthiacum, navigabili alveo, perfodere. Quod quidem, non publica utilitate susceptum; sed quia Naturam vincere, & a Demetrio Rege, Dictatore Cæsare, Caioque Principe, incassum tentata, exsequi splendidum haberetur. Tanta laude iam animo præoccupata, Nero, dux operis, ligone aureo fossam adgreditur; ut sibi, Populoque Romano, bene res verteret, precatus. Vndequaque pecunia, materiæ, operæ, conquisitæ: fodiendis ac comportandis terris destinati exercitus: captivi & rei ad dura & saxosa damnati.*

LVII. *Cum ita ferverent operæ, in auxilium simul, & in victoriæ monimentum, venere lectissimorum captivorum sex millia; quos, expugnata Tarichea* (c), *mittebat Vespasianus. rei enim militaris scientia, & longo usu in Britannia probatus, vix Iudaicum bellum capessivit; cum statim, correcta castrorum disciplina, Romanis armis auctoritatem restituit. Verum, nec sibi, nec Patriæ fieri satis ratus, ni Gentem, mentis mobilitate & Oraculorum ambagibus turbidam, ita contereret, ut numquam resurgeret audacia; graviorem belli molem intulit. Itaque additis ad copias duabus Legionibus, octo alis, cohortibus decem, & maiore* (d) *Filio, spectatæ virtutis Iuvene, in-*

Elio trovò onde processare; molti colpandone di poco ben affetti, o d' invidi. indi condannato l' Ordine Equestre a sciorre il voto dagli Augustani fatto, d' ergere statua al Principe di mille libre. Più crudeltà fu il far un delitto del titolo di Pitico, ereditario in Sulpizio Camerino; qual se il ritenerlo fosse un sacrilegio contro le vittorie di Nerone. fu il gran reato la rovina al Padre, e al Figlio.

Sforzi a romper l'Istmo di Corinto. Vi si mandano i Giudei fatti schiavi da Vespasiano.

LVI. Male a mal s' aggiunse, alla folle idea di far, tagliandolo, navigabile l' Istmo di Corinto. intrapresa, non a pubblico bene, ma perchè gran gloria stimava forzar Natura, ed eseguire l' indarno tentato da Demetrio Re, Cesare Dittatore, Caio Principe. Calda di tant' onore la testa, con zappa d' oro Nerone, primo a por mano, cava la fossa, felice esito a se, al Popolo Romano pregando. D' ovunque danaro, materiali, operai: a cavare e trasportar la terra destinate le truppe: sassi, e materie più sode, gli schiavi, e' rei.

LVII. Sul meglio, a soccorso, e in pruova insiem di vittoria, eccoti sei mila scelti schiavi, i quali, espugnata Tarichea, spedia Vespasiano; che per iscienza di Tattica, e lungo formarsi in Bretagna, entrato a pena alla guerra Giudaica, rimise tosto in disciplina la truppa, l' armi Romane in credito. Ma stimando non servir bene a se e alla Patria, a non annientar Nazione per volubilità, e misteriosi Oracoli turbolenta, sì che più non sorgesse; gravò la mano, e aggiuntesi due Legioni, otto cornette, dieci coorti; e preso tra' Legati il Primogenito, di specchiato valore, gittossi prima sulla Galilea, per natura de' siti, e per arte ben fortificata, e obliata la romana cle-

(a) 2500000. lire venete V. l' annotaz. Lib. VII. n. II.

(b) E' larga questa lingua di terra cinque miglia, secondo Plinio IV. 4. Di quest' impresa dice egli in questo stesso passo: *Infausto, ut omnium potuit exitu, incœpto.*

(c) Città della Tribù d' Issacar a mezzogiorno del lago di Genesaret.

(d) Tito.

inter Legatos adsumpto, Galilææ, locorum, Natura & arte, munitissimæ, primum incubuit. omissaque clementia romana, seu quod Iudæos ea indignos iudicaret, seu quod ipsi, ea spreta, in exitium ruerent, seu potius, ut pluribus visum, quod iratum Numen Gentis excidio execranda scelera ultum iret; omnia ferro flammaque vastata. Certe ab Vrbe condita nullo in bello tantum hostilis sanguinis fusum est.

clemenza, o perchè indegni credeane i Giudei, o perch' essi spregiandola correano alla lor rovina, o anzi, come a molti parve, perchè la Celeste ira collo sterminio della Nazione suoi esecrandi eccessi vendicar volea; tutto mise a ferro, e fuoco. Certo da che Roma è Roma in null' altra guerra tanto ostil sangue corse.

Iudaici belli Initia.

LVIII. *Nam, ut primum percrebuit rumor, Vespasianum adventare; Iudæi, præsidium Romanum, Ascaloni impositum, adgredi ausi; gemina clade, quæ decem & octo millia hominum absumpsit, ab Antonio adfecti sunt. Mox Vespasianus, ut contumaciam infringeret; captam Gadaram* (a), *eiusque vicos, igne delevit, puberibus omnibus trucidatis. Deinde Iotapatam, castellum munitissimum, cinxit obsidione; quæ quoniam locorum difficultate & obsessorum pertinacia in longum traheretur, ne ceteris hostibus crescerent animi; Traianum* (b), *Decumæ legionis Præfectum, & Cerialem, Quintæ Tribunum, in diversa misit, ut terrorem late facerent. Ille, cæsis hominum quindecim millibus, Iapha* (c) *oppido potitus est: hic Samaritanorum undecim millia, in monte, cui nomen Garizim, præcipuæ apud eos religionis, congregata, ad unum occidit. Interim Iotapatam* (d) *admotæ machinæ acrius quatiebant: Romanorumque animis periculorum diuturnitate, ac recenti Ducis* (e) *vulnere, exasperatis, tandem Kalend. Iuliis, præeunte Tito, expugnata est. in ea quadraginta hominum millia periisse constitit: magnus quoque fuit captivorum numerus, quos inter Iosephus, ingenio & scientia militari non indetorus, adulatione verius, quam augurio, Imperium Vespasiano, Titoque ominatus* (f), *favorem captavit.*

LVIII. Poichè al primo spacciarsi la venuta di Vespasiano, i Giudei, osi attaccar la guarnigion Romana, che dominava Ascalona, ebber due rotte da Antonio, in cui ne perirò diciottomila. Per fiaccar poi lor contumacia Vespasiano, presa Gadara colla contrada, tutto arse, trucidò tutti dalla pubertà in su: mise indi assedio a Iotapata, rocca ben munita; che, per aspri siti, e per ostinazion degli assediati, traendo a lungo; a non far rizzar la cresta agli altri nimici, staccò Traiano della Decima legione Prefetto, e Ceriale Tribuno della Quinta, onde qua e là spargessero spavento. Quegli uccisine quindici mila prese Giafa: questi, colti undecimila Samaritani sul monte Garizi di special divozione per essi, ne fe' macello. Intanto, giocando più forte le macchine contro Iotapata, dal lungo contrasto, e dalla fresca ferita del Generale irritati, a calen di Luglio con Tito alla testa in fine l' espugnarono i Romani. Si trovò che vi perirono quarantamila; schiavi senza fine; tra' quai Gioseffo, Vom di conto per ingegno, e militare scienza, entrò in grazia pel vaticinar che fe' da adulazione più che da spirito profetico, l' Impero a Tito, e Vespasiano.

Principii della guerra giudaica.

LIX. *Tum Legiones, his laboribus fes-*

LIX. Qui le Legioni strutte dalle fa-ti-

(a) Oggi Kedar, Città allora della Tribù di Manasse.

(b) Padre di Traiano Imp. v. Traiano nel T. III. cap. 2.

(c) Vicino a Iotapata.

(d) Città allora della Tribù di Zabulon in Decapoli, la più fortificata della Galilea.

(e) Di Vespasiano. V. Giosef. *Bell. Jud.* III. 7. n. 22.

(f) Leggi quanto vien notato circa quest' adulazione di Gioseffo, nelle Storie al Lib. V. cap. 13.

ſesse, in biberna concessere, Quinta & duodecima Scythopolim (a), *Decima & Quintadecima Cæsaream* (b). *Sævitum tamen in proximam Ioppen* (c), *piraticis latrociniis infamem. Mox ante hiemem bellum renovatum est; orabat enim Agrippa, ut Tiberias* (d) *& Tarichea, Vrbis Regni validissimæ, a seditiosis occupatæ, ad fidem retraherentur. Regi amico, opem petenti, præsto fuit Vespasianus. Tiberias, imminenti discrimine territa, deditionem properavit. Tarichearum seditiosorum duces ad fiduciam erexerant; sed adversus Titi vim invalida, amissis sex millibus hominum, capta est. qui in lacum profugere, pariter deleti. Deinde a seditiosis repetita pœna, Vespasianus edixit: mille ac ducentos viros, ætate & auctoritate præcipuos, interfici: ceteros fore captivos. Ex iis sex millia, ut diximus, Neroni missa: triginta millia sub corona venundata: ceteri Agrippæ cessere.*

LX. *Hæc Tarichearum ruina, & strages Gamalæ* (e) *edita, in qua omnes contrucidati, vel e summis mœnibus sponte præcipites enecti; terrorem undequaque circumtulere. Nondum tamen seditiosi ad pacis consilia conversi; sed, furentum more, adversis ferociores undequaque concursare: Hierosolyma implere: Templum maxima in veneratione quondam habitum, in arcem vertere, cædibus & summi Pontificis cruore fœdare: denique, cum nihil sacri haberent, religionem, ut nefanda quæque audere liceret, obtendere. Multi discordia propere utendum; Hierosolyma posse opprimi: & unius Vrbis expugnatione bellum peragi censebant. Contra Vespasianus: Festinatione nihil opus esse; discordes animos ultimo rerum discrimine ad concordiam non exstimulandos: Hierosolyma, advenarum colluvie, commeatuum penuria, mutuis cædibus ipsa ultro ruere. hostes numquam certius meliusque confici, quam cum*

tiche a svernar passaro la Quinta, e Duodecima a Scitopoli, la Decima, e Quintadecima a Cesarea. Ma si fe' strage della vicina Ioppe, per piratici ladronecci infame. Non uscì il verno, che si raccese Marte, a preghi d' Agrippa; onde Tiberiade, e Tarichea considerabili Città del Regno da' ribelli occupate, tornassero in dovere. Al Re amico chiedente aiuto prestossi Vespasiano. Tiberiade, spaventata al suo rischio, venne tosto a resa. A Tarichea ispirato avean coraggio i Capi de' ribelli; ma non reggendo a Tito, con perdita di sei mila fu presa. I rifugiatisi al lago, fur anco morti. Pagato poi da' sediziosi il fio; ordinò Vespasiano mille e ducento uomini, di maggior età e autorità, s' uccidessero: il resto schiavi. Sei mila d' essi furon, come dissi, mandati a Nerone: trentamila venduti schiavi: gli altri ad Agrippa.

LX. La rovina di Tarichea, la strage di Gamala, in cui tutti andaro in pezzi, o da se precipitaron da' merli; stese per tutto il timore. Non però curaron pace i sediziosi; anzi da forsennati, resi più audaci alle sconfitte, vengon di tutte parti ad empir Gerosolima; cangiando in Fortezza il Tempio, già sì sacrosanto, e di stragi bruttandolo, e del sangue del sommo Pontefice. nè per loro più essendovi di sacro, era un pretesto la religione ad ogni eccesso. Molti eran d' avviso di presto farsi valer la discordia; poter Gerosolima atterrarsi, e finirsi la guerra colla presa d' una Città. Ma Vespasiano: „ Non v' è fretta; po„ trebbon così rattestarsi gli animi „ discordi, messi alle strette. Cadrà „ da se Gerosolima di forestieri gre„ mita, scarsa di viveri, per mutue „ stragi; meglio, e più certo strugge„ si di sua mano il nemico ". Vinse suo parere; quindi misersi solo per la

Pro-

(a) Città della Tribù di Manasse, detta prima Betsan, poi Nisa, in fine Scitopoli, nome che tuttavia portano i suoi avanzi.

(b) Città marittima, e celebre della Palestina, che serba ancora il suo nome.

(c) Città marittima della Tribù di Dan, oggi Iafa.

(d) Città della Tribù di Zabulon presso al lago di Genesaret, da Erode detta Tiberiade in onor di Tiberio: oggi Tabaria.

(e) Città della Tribù di Manasse di là del Giordano.

cum ferro ipsi suo cadunt. Potior habita est eius sententia. Itaque per Provinciam imposita tantum præsidia, quæ seditiosos frenarent, Vrbem vallarent.

LXI. *Hæc quidem consulto provisa & fortiter gesta apud Neronem, Vespasiano impune erant; ob generis, nominisque, obscuritatem; suspectæ enim Principi, flagitiorum conscientia pavido, virtus, opes, nobilitas: nec aliis criminibus quæsita mors Corbuloni, Scriboniisque Fratribus Rufo & Proculo. His exitium adtulit Pactius Africanus; opibus, concordia, gestis honoribus, apud exercitus Germanicos auctoritate, Principi formidandos, dilitans. Ob id, dignitatis specie, in Achaiam acciti; ut venere, Principis congressu prohibiti, neglecti, obscuris circumventi sunt criminum rumoribus. Cum nulla esset defensionis spes; morte opprobrio antehabita, vitam, fuso per venas sanguine, finiere. Corbulonem, gloria circumdatum, Nero ipse corripuit; se Imperii incertum ratus, dum viveret. pari fraude usus, sed præsentiam reveritus, Cenchreas (a) adventanti supremam necessitatem nuntiari iubet. Corbulo, se dignum fassus, gladium sua in viscera direxit; ab ignavo Principe deceptum se esse, & inermem venisse; indignans.*

Nero turbatum nuntiis in Vrbem revocatur, data prius Achaiæ libertate.

LXII. *Tantis cædibus conflata odia, nedum facta securitas. Iamque labante Vrbis fide, Helius, consilii anceps, Neroni nuntiat: Quam primum veniat; præsentia eius Vrbicas res egere. Iis ab insana gloriæ cupidine non retractus, rescribit (nec enim omiserim verba, incredibilis stultitiæ testes): „ Quamvis „ nunc consilium tuum sit, & votum, celeriter reverti me; tamen suadere & „ optare potius debes, ut Nerone dignus „ revertar". Helius, glisciente per moras periculo, ipse Achaiam propere petit; ut verbis fidem faciat: turbas, coniurationes, admonet. Terrorem incutit monstratum discrimen; sed magis movet præsens Isthmiorum iudicrum. mentem quoque sollicitat ingrati animi pudor, si munera non reliquerit munificentiæ ma-*

Provincia guarnigioni, a freno de' sollevati, e a bloccar la Città.

LXI. Sì providi consigli, con valore eseguiti, non recavan rischio a Vespasiano presso Nerone, per l' oscuro suo sangue e nome; chè a Principe darea coscienza pavido era sospetta virtù con nobiltà, e ricchezza: nè fu altro il delitto ond' ebbe morte Corbulone, i Fratelli Scribonj Rufo e Procolo. Di questi fe' Pazzio Africano la rovina; che li spacciava al Principe formidabili per ricchezze, concordia, Cariche sostenute, autorità colle truppe Germaniche. Sicchè, chiamati in Acaia, come per onore; al porvi piede, lor vietato l' accesso a Corte, negletti, oscuri, non udiano che confuse voci di delitti. nè sperando in difesa; preferendo all' obbrobrio la morte, col segarsi le vene, finirono. Corbulone, di gloria colmo, Nerone stesso trasse in rete; non tenendosi, lui vivo, sicuro del Trono. con pari frode, ma non sostenendone la presenza, al venire a Cencres, gli fe' intimar la partita. Corbulone, „ Ben „ mi sta", disse: e si ferì a morte; cruccioso che gaglioffo Principe l' uccellasse, e che venne inerme.

Nerone torna a Roma per ragguaglio di turbolenze, fatta pria libera l' Acaia.

LXII. Tante crudeltà il ferono odioso, non sicuro. E già vacillando in fede Roma; non sapendo Elio ove mettter le mani, Nerone avvisa, a venir tosto; n' ha bisogno il governo. Ma non però dall' insano disio di gloria distolto, risponde (eccone le parole, pruova di sua incredibile stoltezza): „ Benchè tuo consiglio, „ e voto, sia che tosto io torni; per„ suadermi, e bramar anzi devi, che „ torni di me degno". Elio, crescendo indugio il periglio, va egli a staffetta in Acaia, per confermar tutto a voce, ed informarlo de' bolli bolli, e congiure. Al frangente si riscosse; ma più può il presente giuoco Istmio, e rossor d' ingrato, se stabili non lasci di munificenza memorie. Con questo

(a) Stava nel più stretto dell' Istmo di Corinto verso Oriente.

monimenta. His anxius, stadium advolat: mox in Foro, haud per præconem, sed sua ipse voce, pro tribunali, universam Achaiam, Liberam pronuntiat: Iudicibusque (a) *Civitate romana, & grandi pecunia, donatis, indecoros inter plausus* (*haud quales olim T. Flaminio* (b) *auditos*) *navem conscendit, Italiam repetiturus.*

sto chiodo al cuore vola allo stadio, poi al Foro, e senza banditore, ma di sua voce, pro tribunali, tutta Acaia libera dichiara: e data cittadinanza, e gran somme a' Giudici, tra sguaiati applausi, non quai si fero già a T. Flaminio, s'imbarca alla volta d'Italia.

An. V. C. DCCCXXI. Æ. Chr. 68.

LXIII. *Tum Consules erant C. Silius* (c) *Italicus & M. Galerius* (d) *Trachalus; alter Poetica facultate, alter Forensi eloquentia notus: uterque favore Principis, Silius* (e) *delationibus, invisus. Nam in Vrbe non spes, non vota amplius occulta. Plurimi adversa tempestate turbidoque mari imminere Principi periculum palam lætabantur: exitium quoque precari ausi. In luctum vertere gaudia; cum Princeps, procella quidem iactatus, amissis naufragio pretiosissimis rebus, Neapolim incolumis pervenit. Vrbem, olim gloriæ incunabula, triumphorum nunc testem, revisere gestiit. Hanc albis equis, disiecta muri parte, ut mos hieronicarum* (f) *est, ingressus, Antium, Albanumque, pari pompa introiit.*

LXIII. Eran Consoli C. Silio Italico, e M. Galerio Tracalo; l'un per Poesia conto, l'altro per eloquenza di Foro: Silio, come spia: l'un e l'altro pel favor del Principe odiosi. Già non più in Roma occulte speme e voti: e molti publicamente tripudiavano, che per contrario di mare fusse in rischio Nerone: osi anco pregargli morte. La gioia fu lutto al giugner ei salvo da gran burrasca, e perdita di pregiosissimi capi, a Napoli; che con tripudio rivide, come prima scuola di gloria, or di trionfi testimone. e v'entrò su bianchi destrieri, smantellata parte del muro, come i Vincitori ne' giuochi sacri. con pari pompa in Anzio, e Albano.

An. di Ro. DCCCXXI. di Cristo 68.

Triumphans Vrbem ingreditur. Fœda scenici triumphi species.

LXIV. *Cum Romam perventum est, adornata maior triumphi moles: &, ut novum victoriarum genus, nova quoque excogitata decora. Nec Iovi, Imperii præsidi; sed Apollini, citharœdorum numini, supplicatum. Currus tamen Augusti, veteris magnificentiæ triumphalisque Orbis monimentum, ad hæc ludicra revectus. Vt primum cetera immenso sumptu fuere adparata; murorum Vrbis violata maiestate, tot abhinc sæculis formidolosis hostibus intacta, per dirutam partem subiit triumphalis pompa: præeuntibus, qui Coronas, victoriarum dona, præferrent. mox vecti longo ordine tituli, quibus in-*

LXIV. Giunto a Roma, ben altro maggior trionfo s'allestì; nuovi inventandosi onori pel nuovo genere di vittorie. Nè a Giove, tutelar dell'Impero; ad Apollo, nume de' cetaristi, si rese culto: e fu per tai baie fatto uso del carro d'Augusto, dell'antica magnificenza e del soggiogato Mondo, trofeo. Come fu tutto, a spese immense, in ordine; delle Romane mura violata la maestà, in tanti secoli da terribili nemici illese, per quel taglio varcò la trionfal pompa, previe le Corone, delle vittorie premj; seguiano a lungo i titoli, esprimenti, ove, con che canzoni, su

v'entrò in trionfo. Sozza foggia di scenico trionfo.

qual

(a) A' Giudici de' giuochi.

(b) Vinto Filippo il Macedone timise in libertà la Grecia.

(c) Leggi la lettera 7. del L. III. di Plin. della morte, e lodi di Silio: e l'Epigr. di Marziale, *Perpetui nunquam* Lib. VII. ep. 63.

(d) Questo Galerio è lodato da Quintiliano, *Instit.* Orat. X. 1. e da Tacito al Lib. I. delle Storie. 50.

(e) *Quam maculam*, dice l'accennata lettera di Plinio, *veteris industriæ, laudabili otio abluit.*

(f) *Nobilibus Athletis, qui Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea vicissent, Græcorum maiores ita magnos honoris constituerunt, ut ... cum revertuntur in suas civitates cum victoria, triumphantes quadrigis in mœnia & in Patrias invehantur.* Vitruv. IX. in præfat.

inscriptum, quo loco, qua cantionum, quove fabularum argumento, parte victoriæ. deinde inter citharœdorum turmas ibat Augusti currus, in quo Princeps stans veste purpurea, distincta stellis aureis chlamyde, capite corenam Olympiacam, dextra Pythiam gerebat; retro stante in eodem curru Diodoro citharœdo. Pone sequebatur, ovantium ritu, plausorum agmen, Augustanos se, militesque triumphi clamitantium. Conferta demum Civitas ipsique Senatores, contentis vocibus ingeminabant: „Io victor Olympice! io victor Pythice, Auguste! io Neroni Herculi! io Neroni Apollini! io omnium victor, Auguste! Sacra vox! Fortunasi, quis cælestem vocem audire datum"! Ita incedenti, passim cædebantur victimæ, spargebantur (a) odores, aves, lemnisci, bellaria, ingerebantur. Per Circum maximum, Velabrum, Forumque, ducta pompa; Princeps ad Palatium adscendit: & Apolline salutato, Circenses indixit; acriorque rediit ludorum furor: nec in Vrbe stetit, per Provincias quoque pervagatus.

Coniuratio retecta, & expiata.

LXV. *Remordebat tamen identidem memoria turbarum, quas Helius nuntiaverat. Quæsita ex superstitione remedia, quibus fidem fecit casus; statim retecta coniuratione, cum summum instaret discrimen. Nox enim unica* (b) *restabat Neroni. Qui facinus patrare in se receperat, forte theatrum petiit, & pro foribus vidit vinctum hominem, miserabiliter eiulantem, quod ad Neronem esset ducendus. Ille, misericordia incertum, an iactantia, nimiave silentii mole pressus; misero propinquat, & in aurem insusurrat: „Dura ad crastinam diem; cras mihi gratiam referes". Hic novitate spei arrectus, verbaque secum reputans; atrocia introspicit: paratque indicium, in quo salutis certa, plurima fortunæ spes. Vt coram Nerone adstitit, audita refert. Reus confestim in vincla raptus, tormentis subditur. Adversum verbera*

qual tema di favole, ebbesi vittoria: tra torme di cetaristi, iva d' Augusto il carro; in cui il Principe in piedi, in porpora e clamide a stelle d'oro, con in capo la Corona olimpica, nella destra la pizia, a tergo nel carro stesso Diodoro cetarista. Seguia de' festeggianti il coro, che da ovanti, a gran voci, Augustani spacciavansi, e soldati del trionfo. In fin Roma in calca, e i Senatori stessi altoripeteano: „Viva l' olimpico Vincitore! viva il Pitico vincitor Augusto! viva Nerone Ercole! Nerone „Apolline! vincitor di tutti, Augusto! voce divina! Felice cui la celeste voce udir è dato"! E tratto tratto gli svenavan vittime, odori spargeano, uccelli, nastri, confetture. Pel Cerchio massimo, pel Velabro, pel Foro salì Nerone al Palazzo; e adorato Apollo, intimò i Circensi, più acre il furor de' ludi tornando: nè in Roma sostò, per le Provincie anco si stese.

Congiura scoverta e punita.

LXV. Pure andavalo rodendo il tarlo de' romori da Elio dettigli. Vi cercò riparo in superstizione, accreditato dal caso, per tostana scoperta di congiura in estremo rischio; non restandoli ch' una notte. Chi far dovea il colpo ito a sorte al teatro, vide alla soglia uno in ferri piagner da disperato, per esser tratto a Nerone. Ei da pietà, o da iattanza, o che scoppiava a tenersi, appressato al gramo: „Sado a domani", gli dice all'orecchio; „me ne saprai grado". Colui colla speme ripreso spirito, riandando le parole, vi traspirò dell' atroce; e n'esibì accusa, certo di salvarsi, e sperando fortuna. A Nerone presentato, conta tutto. Preso tosto il reo, è messo a tortura. Contro sferze e fuoco, ostinato prima sul niego: vinto poi al lungo martoro, forvoglia svertato quel che per leggerezza accennò, sè, e i compli-

(a) Era costume in Roma ne' trionfi spargere sopra i vincitori corone, nastri, e altre simili galanterie, in tanta copia, che non vi passavano senza pericolo, o almeno molto incomodo.

(b) Questo fatto così circostanziato, l' abbiamo da Plutarco *Tom. II. de Garrulitate* pag. 505.

& ignes primum pervicax, factum negat; sed supplicii diuturnitate victus, agre prolato, quod leviter prodiderat, se, sociosque, eamdem in ruinam detrudit. Multo sanguine expiata coniuratione, superstitionis, cuius instinctu detecta credebatur, apud Principem crevit bonos... addidis haruspicum extispicia, ut maior accederet securitas.

Atrocia adversus Principem C. Iulii Vindicis consilia: suas in partes Sulpicium Galbam trahit.

LXVI. *Incolumitati cum ita fuisset consultum, intentior fuit libidinum cura. Iuvit eas abscondere Neapoli; quod ibi plus deliciarum, minus periculi. Vigebant maxime; quando gravior exorta est procella, quam nec superstitio, nec vis Principis, nec continuata tot annos Cæsarum reverentia, averteret. Initium habuit in Galliis. Provinciam pro Prætore obtinebat C. Iulius (a) Vindex, Aquitanus, stirpe Regia oriundus, animi consiliique ingens, tanto acrior; quod pluribus a vitiis integer. Illi non avaritia, non ambitio, non invidia; sed laudis cupido, Libertatis studium, propudiosi Principis odium; cuius flagitia pertæsus, publicum dedecus propulsandi impetum capit.*

LXVII. *Gallorum quidem certus, sed destitutus Legionum auxilio; Sulpicium Galbam, (b) citerioris Hispaniæ Rectorem, nobilitate, opibus, rebus in Germania & Africa gestis, apud Legiones auctoritate: aversa a Principe voluntate: ad maturanda ausa non inhabilem, sollicitat, scriptisque literis, orat: Vt humano Generi adsertorem ducemque se accommodet. ad partes iuvandas centum millia Gallorum parata: plures mox adfuturos; tantum ne adspernetur Principatus spem, non quæsitam, sed oblatam. Simul scriptum aliis exercituum Provinciarumve Rectoribus: ut cœptis faverent, saltem ne obsisterent. At hi, in præsentem Fortunam intenti, tanto sollicitius literas Neroni misere; quanto avidius, eo sublato, primas exitii partes & præmia sibi postea vindicavere. Galba autem, dissimulans quid ta-*

plici rovina. Molto sangue la congiura espiò; crescendo superstizione appo il Principe in credito, mercè di cui credeasi scoperta. Aggiunse a più sicurezza gli aruspicj.

Atroci disegni di C. Giulio Vindice contro il Principe: trae al suo partito Sulpicio Galba.

LXVI. Salda sì sua salvezza, vie più in libidine s'immerse. Piacque in Napoli asconderle, luogo di più delizia e men rischio. Sul meglio più fiera procella insorge, da non dileguarsi per superstizione, per sovrana forza, pel sì radicato rispetto a' Cesari. Ebbe capo in Gallia, cui reggea per il Pretore, C. Giulio Vindice, Aquitano, germe di Re, di gran cuore e senno, risoluto più, quanto di più vizj scevro; chè nè avaro, nè ambizioso, nè invido: ma sua passione era, disio di lode, amor di Libertà, odio al nefando Principe; le cui nequizie abborrendo, prese a petto di cancellar la publica infamia.

LXVII. Sicuro de' Galli, ma senza Legioni, Sulpizio Galba istiga, Rettor della Spagna citeriore, per nobiltà, ricchezza, grand' imprese in Germania, e Africa, autorità colle Legioni, aversione al Principe, testa da maturar grandi affari, illustre: e per lettera il prega: Piacciali darsi ristoratore e duca all' uman Genere. a fiancheggiarlo esser centomila Galli in arme, e più di poi; sol che del Principato la speme non rigetti, offerta, non chiesta. Fu insieme scritto agli altri Capi di Provincie, e d'eserciti, d' aderire; almeno di non opporsi. Ma questi alla presente Fortuna volti, a Nerone ne scrissono, solleciti più, quanto più avidi poi, fuì spento, la prima mano e i primi premj, ne pretesero. Galba però quell' avviso dissimulando,

(a) Questo Giulio Vindice col farsi ad atte pallido, e non lontano da morte, burlò Nerone, come ha Plinio XX. 14. *Cuminum pallorem bibentibus parit. Ita certe ferunt.... Iulium Vindicem assertorem illum a Nerone libertatis, captatione testamenti sic lenocinatum.*

(b) La Tarragonese, che contiene le due Castiglie, i Regni di Murcia, d' Aragona, Valenza, Catalogna, Navarra, Biscaia. Asturias, Gallizia.

tale sibi fuisse scriptum, restitit; sed caute magis, quam moderate.

LXVIII. *Vt sensit Vindex Galbam velle impelli; ipse in Gallorum conventu defectionem cœptat, questus: Nulla manere Imperii iura: omnia sceleri patere: per omne nefas hominibus inludi: Provincias latrociniis, domos cædibus, vastari. Hæc imperare Neronem, qui per Cæsareæ stirpis excidium ad publicam ruinam se accinxerit; ne Matrem quidem reveritus. Atrox facinus! ni morte fuisset digna, quæ talem pestem edidisset. Illum tanto inclementius nunc ferocire; quod unus e Cæsarum Domo superstes, nec æmulum, nec ultorem timeat. Sed neminem diu vixisse omnibus infensum. Iam Orientem turbari: Britannos, lacertos movisse: Legiones adfectum exuere: maiestatem ipsam, maximum Principum munimentum, Neroni odiosam esse. Se, semet, vidisse portentum illud, flagitiis commaculatum, in stuprorum & theatrorum propudia resolutum, citharœdi gloria insanum simul & indignum. Cur ergo Cæsaris, Principis, Augusti titulis, quos divus Augustus virtutibus, divus Claudius beneficiis, sunt consecuti, infamem Abenobarbum* (a) *condecorarent? Vocarent illum, Thyesten* (b) *Œdipum, Alcmæonem, Oresten; quoniam parricidialibus & incestis nominibus gloriaretur. Ecquid in huius veneratione perseverarent, qui nulla Imperii, sola libidinum vi subnixus, Generi humano bellum indiceret? Maiores eorum, prædæ cupidine olim Romam expugnasse. id quidem in hac temporum barbarie fuisse egregium. At nunc, ubi vigent humanitatis bonorisque studia; penes ipsos esse melioris & immortalis nominis gloriam. Orbi succurrerent: se, Romamque, in Libertatem vindicarent. eo ventum esse, quo ceteræ Gentes, malis victæ, istud decus certatim forent adfectaturæ. Incepti laudem sibi præripi ne sinerent.*

LXIX.

do, più cauto, che moderato, ste duro.

LXVIII. Intese Vindice voler lui la spinta, e adunati i Galli levò bandiera di ribellione, dolendosi: fosser cassi i dritti dell' Impero: subordinato tutto a scelerati, e a bindoli: con ladronecci le Provincie scassinarsi, con istragi le case; tutto d' ordine di Nerone, che dall' eccidio della Cesarea stirpe erasi alla publica rovina accinto, nè pur alla Madre perdonando. orribil fatto! se degna non fosse di morte chi tal peste produsse. Lui tanto più brutalmente inferocire quanto, solo rampollo de' Cesari nè emulo, nè vendicator temea. „ Ma niuno vis- „ se a lungo a tutti esoso " aggiun- se. „ l' Oriente è in moto: si son de- „ sti i Britanni: le Legioni non han „ più amore: la stessa maestà, primo „ nerbo de' Principi, è odiosa in Ne- „ rone. Videro pur quest' occhi quel „ mostro di vizj brutto, nelle fogne „ di stupri, e teatri, voltolarsi, folle „ in uno e indegno del vanto di ce- „ tarista. A che però de' nomi di Ce- „ sare, Principe, Augusto, da divo „ Augusto a prezzo di virtù, di be- „ nefizj da Claudio, ottenuti, onora- „ re un infame Enobarbo? Dicasi an- „ zi Tieste, Edipo, Alcmeone, Ore- „ ste; poichè parricidiali e incestuosi „ nomi adotta. A che nel rispetto „ d' uom persistere, che non colla „ forza dello Scettro; ma colla sola „ delle libidini, guerra bandisce all' u- „ man Genere? Nostri Maggiori per „ amor di bottino Roma un dì espu- „ gnarono. egregia impresa in que' „ barbari tempi. Ma ora che studj „ regnano d' umanità, e d' onore; „ hanno essi onde più glorioso farsi „ e immortal nome. Al Mondo soc- „ corriamo, noi stessi e Roma ren- „ diamo a Libertà. si è a tale, che „ l' altre Nazioni da' disastri vinte, „ a gara per aspirar sono a tant' o- „ nore. Deh! non ce la faccian di „ mano, a compir l' opra ".

LXIX.

(a) Era Figlio di Gneo Domizio Enobarbo: V. più sotto nell' annotaz. 2. al n. LXXII.

(b) Allude alle tragedie, Oreste ec. i cui personaggi rappresentava in iscena Nerone.

LXIX. *Magno fremitu, & plausu, excepta oratio. Mox suas in civitates quisque alacres discessere, strenuam promptamque operam polliciti. Vindex autem novas ad Galbam literas misit, quibus, nuntiata Gallorum voluntate, eius animos, spesque, inflaret. Hæsitabat adhuc Galba: terrebantque Amicorum eius plurimi; quod, quomodo res Vindicis verterent, quæ esset Vrbis inclinatio, opperiendum censerent. At fiduciam addidit T. Vinius, horum præcipuus, & rerum novarum, prædæ spe magis, quam in Galbam studio, cupidus. Dixit: Supervacuam consultationem: furiosorum esse, utrum in Neronis fide perstarent, quærere. Tum ad Galbam conversus: Videret ipse, tum publicus hostis sit Nero, malletne Vindicem Fortunæ adiutorem habere, an Vindici bellum indicere; qui eum potius optaret Principem, quam Neronem tyrannum.*

LXX. *His vitlus videri gestiit Galba; senili ambitione & veteribus auguriis (a), quorum grata durat memoria, a summa spe non alienus. Illi etiam cura dudum inerat popularibus studiis animos captare: nec per octo annos (tot enim Hispaniam regebat) Procuratorum violentiæ se unquam accommodaverat: solitus quoque iis, qui eorum iniuriis erant obnoxii, publice condolere: probrosa vero adversus Principem carmina passim circumferri recitarive, impune ferebat. Talibus imminuta Principis auctoritate, suam intenderat. Itaque, animos suas in partes inclinari posse ratus; Carthagine nova Provinciæ conventum edixit; quo manumissioni vacaret. Hæc obtentui. Interea Amici; ut cresceret celebritas, favor sensim glisceret: Agi de summa Imperii, secretis rumoribus spargere. Dicto die, ut primum Galba tribunal conscendit, immenso clamore Imperator salutatur.*

LXXI. *At ille, ubi silentium fecit, Neronem, qui scelera sceleribus contexeret, nec nisi per flagitia & funera dominaretur, insectatus; subito ad nobilissimorum quorumque, hoc principatu*

XCIII. *Formidolosiorem Nymphidium præpropera cupido perditum iit. Cum secundas in Imperio obtinere vanis artibus tentasset, Vinio, Lacone, Icelo præpollentibus: & Othone per Vinii favorem ad Fortunam sensim irrepente; Imperium invadere occupat, Mithridatis Pontici opibus subnixus. Illi in Prætoriano milite spes: &, ne imparatus ad id dignitatis accederet, orationem a Cingonio Varrone, venali ingenio, in tantum fastigium scriptam, edidicerat. Nox propinqua talibus ausis destinabatur. Restitit Antonii Honorati, Tribuni, fides. Præmonitis enim prætorianis, tot vices dedecere; præcipitem fuisse a Nerone, licet scelerum reo, defectionem: a Galba, novo & laudato Principe, probrosam fore: turpe insuper, si Liviæ adfinem (a) Nymphidiæ Filio postponerent. Cum Nymphidius castra adisset, seu ut sua in fide firmaret animos, seu ut ortos forte motus sedaret; ipso in ingressu confossus occubuit.*

XCIII. Ninfidio che più dava a temere perl dalla soverchia foga. In van tentato d' esser il secondo nell' Impero, prevalendo Vinio, Lacone, Icelo, e per favor di Vinio salendo a un tratto in fortuna Otone; alle forze appoggiato di Mitridate da Ponto, invader tenta l' Impero. Sperava ne' Pretoriani: e, per non gire a tal dignità sprovveduto, imparò un' orazione, da Cingonio Varrone, venal penna, al sublime uopo stesa. La prossima notte destinavasi al colpo. Ma fe' petto d' Antonio Onorato Tribuno la fede; prevenendo i Pretoriani: che stava male cangiar tanto; se precipitoso fu ribellarsi a Nerone pur sì reo, sarà un vitupero mancar a Galba, nuovo e degno Principe: turpe anzi preferire all' affine di Livia un Figlio di Ninfidia. Or Ninfidio ito a quartieri, o per rassodar ver sè gli animi, o a sedar i forse nati tumulti; all' entrarvi fu ucciso.

XCIV. *Galba, hac cæde nuntiata, quasi Imperii pacisque certus; togam sumpsit. sed mutato habitu haud mutata mens. inerant semper ira, diffiden-*

XCIV. A tal contezza Galba, come di calma, e della Corona sicuro, vestì toga: ma cangiò pelo, non (b) vezzo; adiroso sempre, diffidente, me-

(a) Plutarco così afferma *in Galba* pag. 1058., e alla pag. 1054. Svetonio all' incontro dice *Galba... nullo gradu contingens Cæsarem domum*. in Galba II. ma Svetonio può intendersi solo de' gradi di consanguinità, non d' affinità.

(b) prov. toscano noto: *Il lupo cangia il pelo, non già il vezzo*, o sia vizio.

dentia, iniuriarum memoria, ceteraque pavidi animi, in privato homine inhonesta, funesta Principi; cuius initia vera, fictave, lætitia gratiaque debent clarescere. Immo plus invidiæ movit cædes Petronii Turpiliani, Consularis & Triumphalis Viri, imperata; quod Neronis dux fuisset: & a Tigellino patrata. Atrox quoque visum, præter Mithridatem & Cingonium, Consulem designatum, Principis edicto, Amicos Sociosve Nymphidii, inauditos & indefensos, morte multari. Mollîisset tamen intempestivam severitatem sutandi Imperii voluntas, aut necessitas; ni fuisset idem adversus omnes atque immeritos rigor. Sed cum Legati, a Senatu missi, Narbonem Martium adventassent, ut Principi gratularentur, & quam primum Romam veniret, orarent; parca fuit civilitas, nihil comitatis. Pari illiberalitate exceptus Verginius; debellato Imperii hoste, spreto Principatu, summum honoris promeritus. At felix, qui ob nimiam virtutem, parum gratus suspicaci Principi, id in his temporum adversis est adsecutus; ut malorum Reipublicæ spectator tantum, non actor, gloriæ suæ superstes, ad ea usque duraverit tempora, quibus revixit. Romana felicitas.

XCV. *Cruento autem Principis itinere fœdior adhuc adventus: Vrbsque horruit Classiarios, qui obviam occurrerant, sibique militiam a Nerone datam servari, orabant, non modo reiici, sed, qui aquilam, signaque, pertinacius flagitaverant; immisso confestim equite, equorum vi obteri, aut trucidari: superstites, in Vrbis oculis, decumari, custodiave attineri, licet in fidem acceptos. Amoti etiam prætorianorum plerique, ob Nymphidii molimina suspecti. Germanorum cohors, quæ multis fidei experimentis se prioribus Cæsaribus in corporis custodia approbaverat, tum dissoluta, ac sine ullo commodo in Patriam remissa; quasi Dolabellæ, iuxta cuius hortos tendebat, pronior.*

XCVI. *Talibus non facta securitas; conflata tantum odia, quæ in dies crescebant. dum apud Senem, in pœnas promptum, tardum ad præmia, nullius*

memore de' torti, cogli altri caratteri del timore, indecenti a privato, a Principe funesti; i cui principii spiccar deggiono per vera o falsa letizia, e grazia. Piu sdegno mosse il destinar a morte da Tigellino data, Petronio Turpiliano, Consolare e Trionfale, perchè General di Nerone. Crudele anco parve l' uccidersi oltre Mitridate, e Cingonio Console designato, di sovrano editto senza ascolto o difesa, amici, e socj di Ninfidio. L' importuno rigore scusava mira o necessità di publica sicurezza; se non era contro tutti, anco innocenti. Giunti poi i Legati del Senato a Narbona Marzia a congratularsi col Principe, e pregarlo sia presto a Roma; poca civiltà, viso arcigno, nè meglio accolto Virginio, degno de' primi onori, pel debellato nemico dell' Impero, e Trono rifiutato. Felice! che per troppa virtù poco all' ombroso Principe gradito, potè a tempi sì rei spettator solo, non attore, ne' guai della Republica, alla sua gloria sopravvivere, sin a que' giorni che la Romana felicità rinverdì.

XCV. Sanguinosi furono di Galba i passi, piu micidial la giunta. Fu a Roma un orrore, che i soldati di mare stigli incontro con priego, di servar loro la milizia da Nerone data; non sol si rigettassero: ma quei ch' a più stanza chiesta aveano aquila, e bandiere; dando lor addosso la cavalleria, fossero stiacciati, o trucidati: il resto, veggente Roma, decimati, o in prigione, se ben ricevuti sotto fede. I più de' Pretoriani fur anco scartati, per trame di Ninfidio sospetti. La coorte Germana, a lunga pruova sotto i Cesari fedele nella guardia del corpo; fu sciolta, e senza premio rinviata a casa, come più prona a Dolabella, presso a' cui orti avea quartiere.

XCVI. Non gli partorì tutto ciò sicurezza; sol odio, che ognor più crescea, mentre col Vecchio a punir lesto, tardo a' premj, non v' era gra-

zia:

lus esset gratiæ locus: concessaque a prioribus Principibus beneficia eriperentur. Inritati adhuc animi, quod, super Principis vitia, maiora ex hominibus, quibus se abutendum permiserat, orirentur pericula. Titus Vinius, quem supra memoravi, ut favore præcipuus, sic cupiditate immensa grassabatur. Cornelio Laconi, ex Adsessore, Præfecto prætorii, arrogantia, socordiaque, intolerabilis. Icelus libertus, annulis donatus Equestrique nomine, potentissimorum olim libertorum opes æmulabatur. Hos inter, lucri spe & ob senium Principis, in ruinam præceps concordia: nec cura, nisi unde citius maiorque Fortuna pararetur.

XCVII. *Galba, his obnoxius, non suopte ingenio, sed pro eorum cupidine, regebatur. per eos ergo licuit, ut Helium, Polycletum, Petinum, Patrobium* (a), *Neronis libidinum ministros, plecteret. Tigellinum vero, nequiorem & invisum magis, at magna pecuniarum vi favoreni T. Vinii emercatum, morti subduxit: Populumque Romanum, qui eum ad pœnas assidue repetebat, edicto increpuit, quod hominem tabe ferme enectum persequerentur; flagitabat, ne Principatum suum cruentarent, odiosumque facerent. Tigellinus, quasi Deûm munere servatus, pro salute sua litare: magnoque sumptu parata cœna, Vinii Filiæ, alia iam elargitus, decies* (b) *sestertium propinare. Pronum credere, quam id fuerit Populo ingratum: quæ inde adversus Galbam invidia. Accedebant, tetrica senectus: tristis avaritia: præpostere tentata Imperii leges, moresque, emendandi consilia: & vana Libertatis restitutæ ostentatio. Præterea gliscebant per exercitus querelæ; quod donativum sibi promissum frustra reposcerent. Efferavit quoque animos magnifica, sed non talis Imperatoris, nec huius temporis, vox: Legi a se militem, non emi.*

zia: e ritoglieansi i benefizj dagli Antecessori largiti. Crescea la stizza, ch' oltre tai vizj, maggiori recavan rischi, quei cui s'era Galba abbandonato. Tito Vinio, cui accennai, primo nel favore, insaziabile in cupidigia, facea guasto: Cornelio Lacone, d' Assessore, Prefetto del pretorio, era un solenne arrogante, e poltrone: Icelo liberto, in anelli e titolo Equestre, emulo de' già più possenti ricchi liberti: tutti essi, d' oro avidi presso vecchio Principe ben d'accordo a por tutto a soqquadro, nè badare che a presto, e molto ingrandirsi.

XCVII. A loro Galba soggetto, non colla sua testa, ma per lor mano governava: e per loro, Elio, Policleto, Petino, Patrobio, della Neroniana libidine ministri, puni: Tigellino salvando più malvagio e odiato, ma in virtù di gran somme preso a spalleggiar da T. Vinio. e con editto il Popolo garrì, ch' ognor a morte chiedealo, perchè un tisico marcio perseguitasse; chiedendo, che di sangue non macchiasse, e rendesse suo principato odioso. Tigellino, come salvo mercè di Dio, fe' per la sua salute sacrifizio, e cena di gran prezzo imbandita; un milion di sesterzj, oltre altri regali, di Vinio alla Figlia propinò. Pensa quanto ciò il Popolo stomacasse: in qual odio ne venisse Galba! Arrogi quel ceffo da vecchio boia: sua trista avarizia: la mal tentata idea di corregger leggi e costume: la vana ostentazione di rimessa Libertà. Bisbigliava poi l' esercito, trovate vane del promesso regalo l'inchieste. Inasprì anco l'enfatico motto, ma non da lui, nè d' allora: „ Scelgo il soldato, nol „ compro ". Sì delle discordie s'affastellavano le cagioni, al seguente an-

no

(a) Dione mette tra questi anco la celebre faeitrice di veleni Locusta, di cui s'è al Cap. 8a. accennato. V. Dion. LXIV. pag. 729.

(b) 250000. lire ven. V. l'annotaz. Lib. VII. n. II.

emi. Sic conflescebant discordiarum causæ, quæ sequentem annum funestavere; amplum historiæ argumentum.

no funeste; ampio di Storia soggetto (*a*).

(*a*) Agli Annali fa Tacito succedere immediatamente i cinque Libri di Storie: queste sono, distinte e longhe narrazioni de' fatti particolari da Galba insino a' primi anni dell' Impero di Vespasiano: gli Annali vanno per ordine dalla fondazione di Roma insino a' dì di Tacito. Le Storia furono da lui scritte prima, come ho fatto osservare nel Lib. XIII. degli Annali cap. 45.

Questi cinque Libri di Storia andavano prima di seguito cogli Annali. Il Puteolano al primo libro di esse dà questo titolo: *Cornelii Taciti Actorum diurnalium Historiæ Augustæ Liber* XVII., facendolo seguire immediatamente dopo il Libro XVI. degli Annali: così altri.

Sono iti a male dieci de' Libri di queste Storie, poichè troviamo che S. Geronimo accenna 30. volumi di vite de' Cesari da Augusto insino a Domiziano, scritti da Tacito; e da Tacito stesso è ciò provato, che nel Lib. I. degli Annali cap. XV. scrive, *in libris, in quibus res Domitiani composui*; e alla prefaz. di questa Storie *Lib.* 1. *Cap.* 1. dice d' esser obbligato de' suoi avanzamenti e della sua gloria a Vespasiano a Tito a Domiziano, ma *incorruptam fidem professis nec amore quisquam & sine odio dicendus est*: dunque da imparziale Scrittore ha steso la veridica Storia di quegli Imperadori. Soggiugne poi, *si vita suppeditet, Principatum Divi Nervæ & imperium Traiani uberiorem securioremque materiem, senectuti seposui*. Ciò forse ha mosso il tanto benemerito di Tacito, chiariss. Brotier, ad aggiugnare nella sua Appendice Cronologica il resto dell' impero di Vespasiano rimasto interrotto nel V. delle Storie, il Tito, il Domiziano, il Nerva, il Traiano; come è da vedere nel III. Tomo di quest' Opera.

IL FINE DEL SEDICESIMO LIBRO.

IL PRIMO LIBRO
DELLE STORIE
DI
C. CORNELIO TACITO.

BREVIARIVM LIBRI PRIMI.

I. Historiarum præfatio, rerumque summa. IV. Status Vrbis, mens exercituum. VI. Galbæ & eius Aulæ vitia. VIII. Hispania, Galliæ, utriusque Germaniæ, Orientis, Ægypti, ceterarumque Provinciarum habitus. XII. Legionum Germaniæ superioris defectio. Galba de adoptando Cæsare cogitat. XIII. Hac de re discordes T. Vinius & Cornelius Laco, Othonis spes. XIV. Piso adoptatur. XV. Galbæ oratio. XVII. Moderatio Pisonis. XVIII. Intempestiva Galbæ severitas. XIX. Legati ad defectores mittuntur. XX. Neronis prodigæ donationes rescissæ. XXI. Otho res novas molitur; animosus militum corruptor. XXIV. Laconis, præfecti prætorianorum, socordia. XXV. Suscipiunt duo manipulares, Proculus & Veturius, Imperium Populi romani transferendum, & transferunt. XXVII. Otho, consalutatus Imperator, castris infertur. XXIX. Interim senex Galba, sacris intentus, alieni Imperii fatigat Deos. Piso cohortem, quæ in Palatio stationem agebat, hortatus ad fidem. XXXI. Illa parat signa: reliquæ copiæ desciscunt. XXXII. Plebis adulatio & levitas. Cunctatur Galba, incertus manendum, an occurrendum discrimini. XXXIV. Vanus rumor, occisum in castris Othonem. XXXV. Inde in Galbam Populi, Equitum, Senatorum, immodica studia. XXXVI. At castra tenet Otho, flagrantesque militum animos oratione accendit. XXXVIII. Arma militi dividit. XXXIX. Piso, crebrescentis seditionis fremitu exterritus, egressum Galbam & foro appropinquantem adsequitur. Trepida plebis cunctum studia: proximorum diffugia. XL. Othoniani milites, disiecta plebe, proculcato Senatu, Forum irrumpunt. XLI. Galba iuxta Curtium lacum occiditur. XLII. Vinii cædes. XLIII. Sempronii Densi fides egregia: Piso trucidatur. XLV. Alius statim Senatus, alius Populus. Ruunt cun-

SOMMARIO DEL LIBRO I.

I. Prefazione, e Sommario. IV. Stato di Roma: idee della truppa. VI. Vizi di Galba, e della Corte. VIII. Stato di Spagna, Gallia, due Germanie, e dell' altre Provincie. XII. Ribelli le legioni della Germania alta: Pensa Galba d' adottarsi un Cesare. XIII. Discordi su ciò T. Vinio, e Cornelio Lacone: Speme d' Otone. XIV. Adottasi Pisone. XV. Galba aringa. XVII. Moderazion di Pisone. XVIII. Galba for di loco severo. XIX. Legati a' Ribelli. XX. Rescisse le prodighe donazioni di Nerone. XXI. Macchine d' Otone animoso corrompitor de' Soldati. XXIV. Balordaggine di Lacone capitan della Guardia. XXV. Due manipolari Procolo, e Veturio imprendono di trasferir l' Impero, e 'l trasferiscono. XXVII. Otone riconosciuto Imperadore, e portato al Campo. XXIX. Intanto Galba inteso a Religione gli Dei del non più suo Impero assorda. Pisone a fedeltà esorta la coorte del Palazzo. XXXI. Appresta ella le bandiere, altre disettano. XXXII. Il Popolo adulatore, e leggero. Galba balocca, nè sa, se starsi, o affrontar il periglio. XXXIV. Vana fama d' Otone spento nel campo. XXXV. Indi Popolo, Equestri, Senatori, fanatici per Galba. XXXVI. Otone in Campo parla a' già accesi Soldati. XXXVIII. Provvedeli d' armi. XXXIX. Atterrito Pisone dalla crescente sedizione segue Galba, che s' invia al Foro. Si rattiepidisce la plebe: fuggono i più vicini. XL. Gli Otoniani, rotta la Plebe, calpestaro il Senato; sboccano in Foro. XLI. Galba presso a fonte Curzio ucciso. XLII. Strage di Vinio. XLIII. Singolar fede di Sempronio Denso. Pisone in pezzi. XLV. Tosto cangiasi Senato, e Popolo: rotti a venerar Otone. XLVI. Il soldato arbitro di tutto: varie stragi. XLVII. Corpi di

Pi-

cunctis in Othonis venerationem. XLVI. Omnia militum arbitrio aguntur. Variæ cædes. XLVII. Corpora Pisonis, Vinii, Galbæ, sepulturæ concessa. Eorum ingenia & mores. L. Otho & Vitellius vitiis invisi: ambigua de Vespasiano fama. LI. Initia causæque motus Vitelliani. A Germanicis exercitibus Vitellius Imperator consalutatur. Eius iter in Italiam inerti luxu & prodigis epulis fœdum. Belli duces. Alienus Cæcina & Fabius Valens. LXIII. Galli, partim formidine, partim gaudio, Vitellii sacramentum accipiunt. LXVII. Helvetiorum strages. LXXI. Otho Imperii munia, quædam ex dignitate Reipublicæ, pleraque contra decus, obit. LXXII. Tigellini exitium. LXXIII. Crispinilla, magistra libidinum Neronis, periculo exempta. LXXIV. Mutuis epistolis Otho ac Vitellius concordiam tentant. Sed, distractis inter utrumque exercitibus ac Provinciis, bello opus. LXXVII. Largitionibus voluptatibusque animos Otho adgreditur. LXXIX. Inter civilis belli motus, Rhoxolani, Sarmatica gens, Mœsiam inrumpunt: primum victores, mox victi. LXXX. Ortam in Urbe seditionem Otho egre componit. LXXXIII. Othonis oratio. LXXXVI. Prodigia imminentium cladium prænuntia. LXXXVII. Belli consilia; Othonisque duces. LXXXVIII. Cornelius Dolabella in Coloniam Aquinatem sepositus. LXXXIX. Otho proficiscitur, quiete Urbis curisque Imperii Salvio Titiano Fratri permissis.

Pisone, Vinio, e Galba sepolti: lor indole, e vita. L. Otone, e Vitellio odiosi per vizj: di Vespasiano, chi ben, chi male. LI. Semi, e cagioni del Vitellian tumulto. Vitellio gridato Imperadore da' Germani eserciti. Suo venire in Italia per inerte lusso, e prodighi stravizzi, laido. Duci Alieno Cecina, e Fabio Valente. LXIII. Tra per tema, tra per gioia, giurano a Vitellio i Galli. LXVII. Strage degli Svizzeri. LXXI. Prende Otone il carico dell' Impero, in parte a decoro della Republica, nel più contro. LXXII. Tigellino in rovina. LXXIII. In sicuro Crispinilla, maestra delle libidini a Nerone. LXXIV. Con mutue lettere tentan concordia Vitellio, e Otone: ma uopo è di guerra, per contrarietà de' partiti. LXXVII. Con regali, e sollazzi fa breccia Otone. LXXIX. Tra' civili bollori, i Rossolani Sarmati invadon la Mesia; vincitori, poi vinti. LXXX. A stento cheta Otone un tumulto in Roma. LXXXIII. Sua aringa. LXXXVI. Prodigj, forieri di stragi imminenti. LXXXVII. Consigli di guerra. Duci d' Otone. LXXXVIII. Cornelio Dolabella sequestrato nella Colonia d' Aquino. LXXXIX. Parte Otone, al Fratello Salvio Tiziano affidata la publica quiete, e cura.

HÆC GESTA PAUCIS MENSIBUS.

AN. V. C. ÆR. CHR.

DCCCXXII. 69. *Coss.* { SER. SULPICIO GALBA AUG. II. / T. VINIO RUFINO.

CORSO DI POCHI MESI.

AN. di Roma DCCCXXII. di Cristo 69.

Consoli { SER. SULPIZIO GALBA AUG. la II. VOLTA. / T. VINIO RUFINO.

Historiarum præfatio, rerumque summa.

I. *INITIVM mihi Operis Ser. Galba iterum, T. Vinius Consules erunt. Nam post conditam Urbem DCC. & XX. prioris ævi annos multi Auctores retulerunt; dum res Populi Romani memorabantur pari eloquentia, ac libertate. Postquam bellatum apud Actium, atque omnem potestatem ad unum conferri pacis interfuit; magna illa ingenia cessere. Simul veritas pluribus modis infracta, primum inscitia Reipublicæ, ut alienæ: mox libidine assentandi, aut rursus odio adversus dominantes. Ita neutris cura posteritatis, inter infensos, vel obnoxios.*

I. IL Consolato secondo di Sergio Galba, e T. Vinio, darà cominciamento alla presente Opera, presa da me, vedendo DCCXX. anni dal principio di Roma narrati da molti, (come allora si potea) con pari eloquenza, e libertà. Ma poichè si combattè ad Azzio, e per lo bene della pace convenne ridurre in uno tutta la podestà; que' grandi Ingegni mancarono: ed è stata in varj modi storta la verità. prima, per lo non sapere i fatti pubblici, non più nostri: poscia per l' odiare, o adulare i Padroni, senza curarsi nè gli offesi, nè

Prefazione, e Sommario.

xios. Sed ambitiosam (a) *Scriptoris facilè* (*) *adverseris: obtrectatio, & livor pronis auribus accipiuntur; quippe adulationi fœdum crimen servitutis, malignitati falsa species Libertatis inest. Mihi Galba, Otho, Vitellius, nec beneficio, nec iniuria cogniti. Dignitatem nostram a Vespasiano inchoatam* (b), *a Tito auctam, a Domitiano longius provectam non abnuerim; sed incorruptam fidem professis, nec amore quisquam, & sine odio dicendus est. Quod si vita suppeditet, Principatum Divi Nervæ, & Imperium Traiani, uberiorem, securioremque, materiam senecluti seposui; rara temporum felicitate, ubi sentire quæ velis, & quæ sentias dicere licet.*

nè gli obbligati, delli avvenire: Ma lo Scrittore adulante è agevole riprovare: l'astioso, e maldicente volentier s'ode; perchè l'adulatore si dimostra brutto schiavo: il maligno par libero. Io non riconosco da Galba, Otone, e Vitellio, nè bene, nè male: Vespasiano cominciò, Tito accrebbe, Domiziano innalzò la mia riputazione, io nol niego; ma, facendo professione di candida verità, parlerò senz'amore, e senz'odio, di ciascheduno; serbandomi alla vecchiaia, se io v'arriverò, i Principati di Nerva, e di Traiano: materia più ampia, e sicura, per la rara felicità di questi tempi; che si può a suo modo intendere, e dire com'ella s'intende.

II. *Opus aggredior opimum casibus, atrox prœliis, discors seditionibus, ipsa etiam pace, sævum. quatuor* (c) *Principes ferro interempti: tria* (d) *bella civilia: plura externa, ac plerumque permixta: prosperæ, in Oriente: adversæ in Occidente res: turbatum Illyricum: Galliæ nutantes: perdomita Britannia, & statim amissa: coorta Sarmatarum, ac Svevorum Gentes: nobilitatus cladibus mutuis Dacus. mota etiam prope Parthorum arma falsi Neronis ludibrio. Iam vero Italia novis cladibus, vel post longam sæculorum seriem repetitis, afflicta: haustæ, aut obrutæ, Urbes fecundissimæ Campaniæ ora: Vis incendiis vastata: consumptis antiquissimis delubris: ipso Capitolio Civium manibus incenso. Pollutæ cærimoniæ: magna adulteria: plenum exiliis mare: infecti cædibus scopuli: atrocius in Urbe sævitum: nobilitas, opes, omissi, gestique, honores pro crimine, & ob virtutes certissimum exitium. Nec minus præmia delatorum invisa, quam scelera; cum alii Sacerdotia & Consulatus, ut spolia adepti, Procurationes alii, & interiorem potentiam,*

II. Io metto mano a un'Opera piena di varj casi: atroci battaglie: discordie di parti: crudeltà nella stessa pace. Quattro Imperadori morti di ferro: tre guerre civili: molte più straniere, e per lo più mescolate: prosperità in Levante: avversità in Ponente: travagli in Illirio: le Gallie vacillanti: la Britannia conquistata, e tosto perduta: Genti Sarmate, e Sveve sollevate: la Dacia, rinomata per date, e tocche sconfitte: e presso che mosse l'armi de' Parti, per la beffa del falso Nerone: Italia, per nuovi, o dopo lungo tempo ritornati, danni, afflitta: inghiottite, o rovinate Città della grassa Terra di Lavoro. Roma da fuoco guasta: templi antichissimi disfatti: e'l Campidoglio stesso arso per le mani de' Cittadini. Santità profanate: grandi adulterj: Isole ripiene di confinati: scogli di sangue tinti: atrocità crudelissime in Roma: nobiltà, ricchezza, rifiutati onori, o esercitati, eran peccati gravi: le virtù, rovina certissima: i premj delle spie, abbominevoli quanto i delitti: riportatone, chi Sacerdozj, e Consolati, quasi spoglie opime, chi ma-

(a) Scrittore, che ambiziosamente encomia il Principe.

(b) Cominciò la sua dignità colla Questura, come per verisimile sotto Vespasiano: andò avanti sotto Tito, coll'Edilità, o col Tribunato, sull'osservazione di Lipsio; fu portata ad alto grado sotto Domiziano col Sacerdozio, col grado de' Quindici, colla Pretura, come fu detto nel Lib. XI. II. degli Annali.

(c) Galba, Otone, Vitellio, Domiziano.

(d) Tra Otone e Vitellio, tra questo e Vespasiano, tra L. Ant. e Domiziano.

(*) *averteris.*

agerent, verterent cuncta odio & terrore. Corrupti in Dominos servi, in Patronos liberti: &, quibus deerat inimicus, per amicos oppressi. Non tamen adeo virtutum sterile sæculum; ut non & bona exempla prodiderit.

III. *Comitatæ profugos Liberos Matres: secutæ Maritos in exilia Coniuges: Propinqui audentes: constantes Generi: contumax etiam adversus tormenta servorum fides: supremæ clarorum Virorum necessitates: ipsa necessitas fortiter tolerata: & laudatis antiquorum moribus pares exitus. Præter multiplices rerum humanarum casus; cælo, terraque prodigia, & fulminum monitus, & futurorum præsagia, læta, tristia, ambigua, manifesta. nec enim ad quam atrocioribus Populi Romani cladibus, magisve iustis iudiciis approbatum est, non esse curæ (a) Deis securitatem nostram, esse ultionem.*

Status Vrbis, mens exercituum.

IV. *Ceterum antequam destinata componam; repetendum videtur: qualis status Vrbis: quæ mens exercituum: quis habitus Provinciarum: quid in toto Terrarum Orbe validum, quid ægrum fuerit; ut non modo casus eventusque rerum, qui plerumque fortuiti sunt, sed ratio etiam, caussæque, noscantur. Finis Neronis, ut lætus primo gaudentium impetu fuerat; ita varios motus animorum, non modo in Vrbe apud Patres, aut Populum, aut urbanum militem, sed omnes Legiones, Ducesque, conciverat, evulgato Imperii arcano: Posse Principem alibi quam Romæ fieri. Sed Patres, læti, usurpata statim Libertate, licentius ut erga Principem (b) novum & absentem: primores Equitum proximi gaudio Patrum: pars Populi integra, & magnis Domibus annexa, clientes, libertique, damnatorum, & exsulum, in spem erecti: plebs sordida, & circo ac theatris sueta, simul*

maneggi, e potenza intima, facendo, e traendo il tutto a sè, per odio, o terrore. schiavi, e liberti corrotti contro a' Padroni: a cui mancava nimici, oppressi da amici. Secolo non però tanto di virtù sterile, che qualche buono esempio non producesse.

III. Madri e Mogli accompagnanti. Figliuoli e Mariti scacciati: Parenti difenditori, Generi costanti: schiavi fedeli, e forti a' tormenti: Grandi ammazzatisi con generosa laude antica. Oltre alli molti casi umani; in cielo, e terra, folgora ammonitrici, segni, e prodigj, lieti, tristi, scuri, e chiari. Nè mai fu per sì atroci mali del Romano Popolo, conosciuto sì bene: Che gl' Iddii non curano la salute nostra, sì bene i gastighi.

Stato di Roma: idea della truppa.

IV. Ma prima che io entri nella proposta materia, è da mostrare: qual fosse lo stato della Città: come animati gli eserciti: come stessero le Provincie: che valido, che infermo per tutto; per sapere, non pure le cose, avvenute le più volte a caso, ma le ragioni, e cagioni. La fine di Nerone nel primo impeto lieta, cagionò poi varj risentimenti ne' Padri, nel Popolo, ne' soldati della Città, e in tutti gli eserciti, e Capitani; avendo chiarito questo punto: Che l' Imperadore poteva esser fatto fuori di Roma. A' Padri, e principali Cavalieri, avendo Principe nuovo, e lontano, presa tosto Libertà, pareva esalare. Il Popol migliore, e i seguaci de' Grandi, i liberti de' condannati, e scacciati, si levarono in speranza: la plebaglia, avvezza agli spettacoli, gli schiavi pessimi, e chi, consumato il suo, campava su i vituperj di Nerone,

ne,

(a) Non mi sembra proposizione da quella gran mente di Tacito, perchè non essere a cuore alla Divinità il bene degli uomini, come il castigo? E' dunque un Essere malefico. e quest' Essere è l' opposto d' un Dio, che nella sua nozione include essenzialmente Bontà pari alla Giustizia. Argomenterebbesi meglio, su' principj della Rivelazione, anzi pur della stessa Ragione: Che, ei vana e breve la scena essendo dell' umana vita; resti serbato alla Virtù, e alla Pazienza, un premio sempiterno. tanto più, che avendo sempre i Buoni qualche colpa o difetto; co' travagli dell' umana vita, vengono così a purgarsi, e rendersi degni del Cielo.

(b) Intende di Galba.

mul deterrimi servorum, aut qui, adesis bonis, per dedecus Neronis alebantur; mœsti, & rumorum avidi.

V. Miles (a) *urbanus longo Cæsarum sacramento imbutus, & ad destituendum Neronem arte magis, & impulsu, quam suo ingenio traductus; postquam neque dari donativum sub nomine Galbæ promissum, neque magnis meritis, ac præmiis eumdem in pace qui in bello locum, præventamque gratiam intelligit, apud Principem a Legionibus factum; pronus ad novas res, scelere insuper Nymphidii Sabini Præfecti Imperium sibi molientis, agitatur. Et Nymphidius quidem in ipso conatu oppressus, seu quamvis capite defectionis ablato, manebat plerisque militum conscientia: nec deerant sermones, senium atque avaritiam Galbæ increpantium. Laudata olim, & militari fama celebrata severitas eius, angebat coaspernantes veterem disciplinam, atque ita xiiii. annis a Nerone assuefactos, ut haud minus vitia Principum amarent, quam olim virtutes verebantur. Accesit Galbæ vox pro Republica honesta, ipsi anceps: Legi a semilitem, non emi: nec enim ad hanc formam cetera erant.*

Galba & eius Aulæ vitia.

VI. Invalidum Senem T. Vinius & Cornelius Laco, alter deterrimus mortalium, alter ignavissimus, odio flagitiorum oneratum, contemptu inertiæ destruebant. Tardum Galbæ iter & cruentum; interfectis Cingonio Varrone Consule designato, & Petronio Turpiliano Consulari: illo ut Nymphidii socius: hic ut Dux Neronis, inauditi atque indefensi, tamquam innocentes, perierant. Introitus in Vrbem, trucidatis toot millibus inermium militum, infaustus omine: atque ipsis etiam qui occiderant, formidolosus. Inducta Legione Hispana, remanente ea quam e classe Nero conscripserat; plena Vrbs exercitu insolito: multi ad hoc numeri e Germania, ac Britannia, & Illyrico, quos idem Nero electos, præmissosque, ad claustra Ca-

ne; erano addolorati, e avidi di garbugli.

V. I soldati della Città, per la lunga divozione a' Cesari: e per aver per arte altrui, non di buona voglia, piantato Nerone: e non veder correre il donativo promesso a nome di Galba: nè riconoscersi nella pace, come nella guerra, i meriti grandi, e che egli era obbligato prima alle Legioni che l' avien fatto Imperadore; erano pronti a novità, stimolati dalla malvagità di Ninfidio Sabino, lor Prefetto, che aspirava all' Imperio. E benchè fosse il capo della congiura oppresso sul bel principio; molti si sentivano in colpa: altri dicevano Galba troppo vecchio, e avaro: e quella sua già da' soldati celebrata severità gli addolorava, sfuggendo l'antica disciplina; già per xiiii. anni con esso Nerone sì male avvezzi, che così amavano i vizj de' Principi, come già rispettavano le virtù. Disse anche Galba una parola, buona per la Repubblica, non per lui: Che sceglieva, e non comperava i soldati; ma non corrispondeva nell' altre cose.

Vizj di Galba, e della Corte.

VI. T. Vinio, e Cornelio Lacone, l'uno il peggiore, l'altro il più dappoco uomo del Mondo, incaricando il debol Vecchio dell' odio delle ribalderie; lo rovinavano col dispregio delle viltà. Il viaggio di Galba a Roma fu tardo, e sanguinoso; avendo uccisi Cingonio Varrone eletto Consolo, come compagno di Ninfidio: e Petronio Turpiliano Consolare, come Capitan di Nerone, non uditi, nè difesi, quasi Innocenti. L'entrata sua in Roma fu male agurosa, per tante migliaia di soldati disarmati tagliati a pezzi, e spaventosa eziandio agli uccidenti. La Città fu piena di soldati non soliti; venutavi una Legione di Spagna: e rimasavi quella che Nerone trasse di mare: oltre alle genti Germane, Britanne, e Illirie, dal me-

de-

(a) Leggi questo fatto, riportato distintamente nel Supplemento al Lib. XVI. degli Annali 89. 93.

Caspiarum, & bellum quod in Albanos parabat, opprimendis Vindicis cœptis revocaverat. Ingens novis rebus materia, ut non in unum aliquem prono favore, ita audenti parata.

VII. *Forte congruerat, ut Clodii Macri, & Fonteii Capitonis cædes nuntiarentur. Macrum in Africa haud dubie turbantem Trebonius Garucianus Procurator, jussu Galbæ; Capitonem in Germania, cum similia cœptaret, Cornelius Aquinus, & Fabius Valens Legati Legionum, interfeceraut, antequam juberentur. Fuere qui crederent, Capitonem, ut avaritia & libidine fœdum ac maculosum, ita cogitatione rerum novarum abstinuisse; sed a Legatis bellum suadentibus postquam impelli nequiverint, crimen ac dolum compositum ultro: & Galbam, mobilitate ingenii, an ne altius scrutaretur, quoquo modo acta, quia mutari non poterant, comprobasse. Ceterum utraque cædes sinistre accepta, & inviso semel Principe, seu bene, seu male facta premuntur. Iam afferebant venalia cuncta præpotentes liberti. Servorum manus subitis avidæ, & tamquam apud Senem festinantes. Eademque novæ Aulæ mala, æque gravia, non æque excusata. Ipsa ætas Galbæ & irrisui, & fastidio erat, assuetis juventæ Neronis: & Imperatores forma, ac decore corporis (ut est mos vulgi) comparantibus.*

VII. E vennero a proposito avvisi: come furono ammazzati due, che tumultuavano, Clodio Macro in Affrica da Trebonio Garuciano Procuratore, per ordine di Galba, e Fonteo Capitone in Germania da Cornelio Aquino, e Fabio Valente, Legati di Legioni, senz' aspettar ordine. Credettesi che Capitone tentato da' Legati a novità, come d' avarizia, e libidine sozzo; non acconsentisse: ma gli apponessero tal fellonia, e Galba la (*) cotresse: o il fatto, poichè disfar non poteasi, senz' altro cercare, approvasse. L' una, e l' altra morte dispiacque; perchè il Principe già odiato, fa mal ciò ch' e' fa. Già i liberti potenti vendevano ogni cosa. Li schiavi avidi alle subite occasioni, menavan le mani vedendol vecchio. I difetti della nuova Corte erano i medesimi, ma meno scusati. Al popol, che fa concetto de' Principi dalla presenza, e bellezza, avvezzo a veder Nerone giovane, le grinze di Galba movevano riso, e fastidio.

Hispaniæ, Galliæ, utriusque Germaniæ, Orientis, Ægypti, ceterarumque Provinciarum habitus.

VIII. Et hic quidem Romæ, tamquam in tanta multitudine, habitus animorum fuit. E Provinciis, Hispaniæ præerat Cluvius Rufus, vir facundus, & pacis artibus, belli inexpertus. Galliæ super memoriam Vindicis, obligatæ recenti dono Romanæ Civitatis, & in posterum tributi levamento (a). Proximæ tamen Germanis exercitibus Galliarum Civitates, non eodem honore habitæ, quædam etiam finibus ademptis; pari dolore commo-

VIII. Così disposta era tanta moltitudine d' animi in Roma. Quanto alle Provincie, Cluvio Rufo governava la Spagna: bel dicitore: in affari di pace, non di guerra, esercitato. Le Gallie, oltre alla ricordanza di Vindice, ci erano obbligate per lo nuovo dono della Cittadinanza Romana, e tributo alleggerito; ma le loro Città vicine alli eserciti di Germania, rimase addietro, e alcune di confini ristrette; erano da invidia, e da

Sisto di Spagna, Gallia, due Germanie, e dell' altre Provincie.

da *in-*

(a) Discaricate del quarto de' tributi, come si dirà più sotto al cap. 51.

(*) Così sta anco nell' edizione Cominiana; ma non risponde al latino. Per lo meno dovrebbe scriversi, *là corresse*, dal verbo *corrego*, che importerebbe tanto o quanto quel *mobilitate ingenii*.

da aliena, ac suas iniurias, metiebantur. Germanici exercitus (quod periculosissimum in tantis viribus) solliciti, & irati, superbia recentis victoriæ (a), *& metu, tamquam alias partes fovissent, tarde a Nerone desciverant: nec statim pro Galba Verginius: an imperare voluisset, dubium: delatum ei a milite Imperium, conveniebat. Fonteium Capitonem occisum, etiam qui queri non poterant, tamen indignabantur. Dux deerat, abductio Verginio per simulationem amicitiæ; quem non remitti, atque etiam reum esse, tamquam suum crimen accipiebant.*

IX. *Superior exercitus Legatum Hordeonium Flaccum spernebat, senecta, ac debilitate pedum invalidum, sine constantia, sine auctoritate: ne quieto quidem milite, regimen; adeo furentes infirmitate retinentis ultro etiam accendebantur. Inferioris Germaniæ Legiones diutius sine Consulari fuere; donec missu Galbæ, Vitellius* (b) *aderat, Censoris Vitellii ac ter Consulis Filius. id satis videbatur. In Britannico exercitu nihil irarum. non sane aliæ Legiones per omnes civilium bellorum motus, innocentius egerunt; seu quia procul, & Oceano divisæ: seu, crebris expeditionibus doctæ hostem potius odisse. Quies & Illyrico: quamquam excitæ a Nerone Legiones, dum in Italia cunctantur, Verginium legationibus adissent. Sed longis spatiis discreti exercitus (quod saluberrimum est ad continendam militarem fidem) nec vitiis, nec viribus miscebantur.*

X. *Oriens adhuc immotus. Syriam, & quatuor Legiones, obtinebat Licinius Mucianus, vir secundis adversisque iuxta famosus. Insignes amicitias iuvenis ambitiose coluerat. mox, attritis opibus, lubrico statu, suspecta etiam Claudii iracundia; in secretum Asiæ repositus, tam prope ab exsule fuit, quam postea a Principe. Luxuria, industria, comitate, arrogantia, malis bonisque artibus, mixtus. Nimiæ voluptates,*

cum

ingiuria, egualmente percosse. Nelli eserciti Germani era superbia, e sospetto (cose pericolosissime in tante forze), per la fresca vittoria, e per aver favorito altri, lasciarono tardi Nerone: e Verginio a Galba non corse: forse per torsi l'Imperio, che i soldati gli offersero; il che fu certo. E della morte di Fonteio Capitone anche quei che non potevan dolersi, se ne sdegnavano. Stavansi senza Capitano; perchè Verginio, sotto spezie d'amicizia richiamato, e non rimandato, anzi essere accusato, attribuivano a lor difetto.

IX. L'esercito di sopra sprezzava Ordeonio Flacco suo Capitano: vecchio, gottoso, leggieri, senza autorità, non atto a maneggiar soldati pacifichi: non che quel furore, che per la debolezza del raffrenante più s'infocava. L'esercito della Germania Bassa stette un pezzo senza Consolare. Galba vi mandò Vitellio, di Vitellio Censore e stato tre volte Consolo Figliuolo; che parve bastasse. Quel di Britannia non s'alterò: nè mai furon Legioni per tutte le guerre civili tanto sinoere: o per esser lontane, e dall'Oceano divise: o avvezze per le spesse battaglie, a odiare anzi il nimico. Quel d'Illiria pur quietò, benchè quelle Legioni, ch'erano in Italia chiamate da Nerone, sollecitassero per ambascerie Verginio. Ma questi eserciti tra sè lontani (che meglio per tenergli in fede non è), non s'accozzavano insieme con loro mali animi, e forze.

X. L'Oriente non s'era ancor mosso: teneva la Soria con quattro Legioni Licinio Muciano, nelle cose prospere, e nelle avverse egualmente famoso. Procacciossi da giovane amicizie di Grandi. Dato fondo al suo avere, venne in istato pericoloso. Dubitando dell'ira di Claudio, stette soffitto in Asia; tanto vicino all'esilio, quanto poscia all'Imperio. Dispendio, industrie, piacevolezze, arro-

(a) Dopo superato Vindice, come si è narrato al Supplemento degli Annali nel Lib. XVI. 78.

(b) A. Vitellio che fu poco dopo imperadore.

cum vacaret; quotiens expedierat, magnæ virtutes. Palam laudares: secreta male audiebant. Sed apud subiectos, apud proximos, apud collegas, variis illecebris posens: & cui expeditius fuerit tradere Imperium, quam obtinere? Bellum Iudaicum Flavius Vespasianus (Ducem eum Nero delegerat) tribus legionibus administrabat. Nec Vespasiano adversus Galbam votum, aut animus; quippe T. Filium ad venerationem cultumque eius miserat, ut suo loco memorabimus. Occulta lege Fati, & ostentis, ac responsis, destinatum Vespasiano, Liberisque eius, Imperium, post Fortunam credidimus.

XI. *Ægyptum, copiasque, quibus coercerentur, iam inde a divo Augusto, Equites romani obtinent loco Regum, ita visum expedire, Provinciam aditu difficilem, annonæ fecundam, superstitioso, ac lascivia discordem & mobilem, insciam legum, ignaram Magistratuum, domi retinere (a)? Regebat tum Tiberius Alexander eiusdem Nationis, Africa, ac Legiones in ea, interfecto Clodio Macro, consentæ qualicumque Principe, post experimentum Domini minoris. Duæ Mauretaniæ, Rhætia, Noricum, Thracia, & quæ aliæ Procuratoribus cohibentur, ut cuique exercitui vicinæ, ita in favorem, aut odium contactu valentiorum agebantur. Inermes Provinciæ, atque ipsa in primis Italia, cuicumque servitio expositæ, in pretium belli cessuræ erant. Hic fuit rerum Romanarum status, cum Ser. Galba iterum, Titus Vinius Consules, inchoavere annum sibi ultimum, Reipublicæ prope supremum.*

roganza, buoni, e mali modi, usava. Nell'ozio piaceri eccessivi: ne' bisogni gran virtù. Le sue cose pubbliche loderesti; le segrete, il contrario. Vassalli, parenti, colleghi si guadagnò con varj artifizj: e più potea dar l'Imperio, che averlo. A' Giudei faceva guerra con tre Legioni Flavio Vespasiano, eletto da Nerone, a Galba non contrario di parte, nè d'animo, avendogli mandato Tito suo Figliuolo, a servirlo, e venerarlo, come dirò a suo luogo. Credemmo, veduta sua grandezza, che occulta legge del Fato, segni, e Oracoli, chiamassero all'Imperio Vespasiano, e i Figliuoli.

XI. L'Egitto con le forze, che lo imbrigliano, è stato retto, da Augusto in qua da Cavalieri romani, in vece di Re. così gli parve bene, che si stesse in casa sua quella Provincia di scala malagevole, grassa, superstiziosa, discorde, voltabile, senza legge, nè Magistrati. Allora lo reggeva Tiberio Alessandro, di quella Nazione. L'Affrica, e sue Legioni, ucciso Clodio Macro, provato minor signore, si contentava d'ogni Principe. Le due Mauritanie, Rezia, Norico, Tracia, e l'altre Provincie, rette da' Procuratori, amavano, e odiavano quel che i loro più vicini, e potenti eserciti; quasi per male appiccaticcio. Quelle senza eserciti, e principalmente Italia, erano pronte a servire, e darsi a chi vincesse, per premio della guerra. In tale stato erano le cose Romane nelle Calende di Gennaio, che Sergio Galba la seconda volta, e Tito Vinio entraron Consoli, anno ultimo a loro, e poco meno che alla Repubblica.

Legionum Germaniæ superioris defectio. Galba de adoptando Cæsare cogitat.

XII. *Paucis post Kalen. Ianuarias diebus, Pompeii Propinqui Procuratoris, e Belgica literæ afferuntur: superioris Germaniæ Legiones, rupta sacramenti reverentia, Imperatorem alium flagitare, & Senatui, ac Populo Romano arbitrium eligendi permisisse, quo seditio mollius acciperetur. Matura-*

XII. Pochi giorni appresso, venne avviso da Pompeo Propinquo Procuratore in Fiandra: che le Legioni in Germania di sopra, senza rispetto al giuramento, chiedevano altro Imperadore, a scelta (per parer meno ribelle) del Senato, e Popol Romano. Questo fece a Galba sollecitare il suo

Ribellî le legioni della Germania alta: Pensa Galba d'adottarsi un Cesare.

già

(a) Cioè che in tal modo fosse raccolta in se stessa, che non potesse distrarsi in altro, nè svolgersi.

ravit ea res consilium Galbæ, iam pridem de adoptione secum, & cum proximis, agitantis. Non sane crebrior tota Civitate sermo per illos menses fuerat; primum licentia ac libidine talia loquendi: dein fessa iam ætate Galbæ. Paucis iudicium, aut Reipublicæ amor: multi occulta spe; prout quis amicus, vel cliens, hunc vel illum ambitiosis rumoribus destinabant: etiam in T. Vinii odium, qui in dies quanto potentior, (*) eodem actu invisior erat. quippe hiantes in magna Fortuna amicorum cupiditates, ipsa Galbæ facilitas intendebat; cum apud infirmum & credulum minore metu, & maiore præmio peccaretur.

Già co' suoi consultato pensiero, d' adottarsi un successore. Nè d'altro in que' mesi per Roma si ragionò, per essere a tali cose le lingue sciolte, e Galba di troppa età. Pochi con senno, nè amore al Pubblico, molti per disegni propj, questo, o quell' amico, o dependente, bociavano, che succederebbe; e ancora per abbassare T. Vinio, che, quanto in potenza, tanto in odio cresceva. perchè la dappocaggine di Galba accendeva l' ingordigia de' favoriti, posti in sì gran Fortuna; essendo il mal fare appresso Principe debole, e leggieri, di poco rischio, e di gran guadagno.

Hac de re discordes T. Vinius & Cornelius Laco. Othonis spes.

XIII. *Potentia Principatus divisa in T. Vinium Consulem, & Cornelium Laconem Prætorii Præfectum. nec minor gratia Icelo (a) Galbæ liberto, quem annulis donatum, equestri nomine Martianum vocitabant. Hi discordes, & rebus minoribus sibi quisque tendentes; circa consilium eligendi Successoris, in duas factiones scindebantur. Vinius pro Othone, Laco atque Icelus, consensu non tam unum aliquem fovebant, quam alium. Neque erat Galbæ ignota Othonis, ac T. Vinii amicitia, ex rumoribus nihil silentio transmittentium; quia Vinio vidua Filia, cælebs Otho, Gener ac Socer destinabantur. Credo & Reipublicæ curam subisse, frustra a Nerone translatæ, si apud Othonem relinqueretur. namque Otho pueritiam incuriose, adolescentiam petulanter egerat, gratus Neroni æmulatione luxus; eoque iam Poppæam (b) Sabinam principale scortum, ut apud conscium libidinum, deposuerat, donec Octaviam Uxorem amoliretur. Mox suspectum in eadem Poppæa in Provinciam Lusitaniam, specie Legationis, seposuit. Otho, comiter administrata Provincia, primus in partes transgressus; nec segnis,*

Discordi su ciò T. Vinio, e Cornelio Lacone: Speme d' Otone.

XIII. T. Vinio Consolo, e Cornelio Lacone Prefetto del Pretorio, guidavano ogni cosa. nè meno favorito era Icelo liberto di Galba, che gli diè l' anello dell' oro, e chiamavanlo Marziano, nome cavalleresco. Questi non erano d' accordo; nell' altre cose tirava ciascuno de' tre a' suoi fini: in questa più importante dello elegger successore, eran divisi in due. Vinio voleva Otone: Lacone, e Icelo, convenivano nel non voler costui; non curando d' un più ch' un altro. Sapeva Galba dal Popolo, che nulla tace: che Vinio voleva rimaritar sua Figliuola vedova a Otone smogliato; quinci era l' amicizia. e credo che gl' increscesse della Republica, invano da Nerone liberata: se cadesse in Otone, stato fanciullo male allevato, giovane sfacciato, grato per la conformità delle libidini a Nerone; che perciò appresso lui, come a consapevole delle sue disonestà, dipositò Poppea Sabina sua meretrice, fin' a che cacciasse Ottavia sua moglie; poscia, per gelosia della medesima, lo mandò sotto spezie di governo in Portogallo. Governò dolcemente, e fu il primo a passare alla parte di Gal-

(a) Di questo Icelo vedi ne' Supplementi al Lib. XVI. degli Annali 88. 96.

(b) Racconta questa cosa Tacito diversamente nel Lib. XIII. degli Annali, 45. Perchè queste discordanza, leggilo nell' annotazione in quel passo.

(*) eo cunctis inv.

gnis, &, donec bellum fuit, inter præsentes splendidissimus; spem adoptionis statim conceptam, acrius in dies rapiebat; faventibus plerisque militum: prona in eum Aula Neronis, ut simílem.

Piso adoptatur.

XIV. *Sed Galba, post nuntios Germanicæ seditionis, quamquam nihil adhuc de Vitellio certum, anxius quonam exercituum vis erumperet, ne urbano quidem militi confisus; (quod remedium unicum rebatur) cemitia Imperii transigit. adhibitoque super Vinium, ac Laconem, Mario Celso Consule designato, ac Ducennio Gemino Præfecto Vrbis, pauca præfatus de sua senectute, Pisonem Licinianum accersiri iubet; seu propria dilectione, sive, ut quidam tradiderunt, Lacone instante, cui apud Rubellium Plautum exercita cum Pisone amicitia; sed callide ut ignotum fovebat: & prospera de Pisone fama consilio eius fidem addiderat. Piso M. Crasso & Scribonia genitus, nobilis utrimque: vultu, habituque, moris antiqui: & æstimatione recta severus; deterius interpretantibus tristior habebatur. Ea pars morum eius, quo suspectior sollicitis, adoptanti placebat.*

Adottasi Pisone.

XIV. L'avviso del sollevamento in Germania; benchè di Vitellio non ci fosse di certo ancor nulla, mise Galba in gran pensiero, ove quella forza s'avesse a gittare: e non confidandosi nella stessa milizia Romana, pensò di creare il successore; il che stimava unico rimedio. e chiamati, oltre a Vinio, e Lacone, Mario Celso eletto Consolo, e Ducenio Gemino Prefetto di Roma, e dette poche parole della sua vecchiezza; si fece venire Pisone Liciniano. piacessegli il Suggetto, o spintovi, come alcuni vogliono, da Lacone, fattosi di esso Pisone amico, trattando seco in casa Rubellio Plauto; ma s'infingeva ad arte di nol conoscere: e 'l buon nome di Pisone aggiugneva fede al consiglio. Nato era Pisone di Marco Crasso, e Scribonia, sangui nobilissimi: di volto, e gesti gravi e antichi: secondo i buoni estimatori severo; chi volea dir male, il dicea burbero. Per queste qualità il Popolo ne temeva; all'adottante piaceva.

Galba oratio.

XV. *Igitur Galba, apprehensa Pisonis manu, in hunc modum locutus fertur: „ Si te privatus, lege Curiata apud Pontifices, ut moris est, „ adoptarem; & mihi egregium erat „ tunc, Pompeii & M. Crassi subolem „ in Penates meos adsciscere: & tibi „ insigne, Sulpiciæ ac Lutatiæ decora, nobilitati tuæ adiecisse. Nunc „ me Deorum, hominumque, consensu „ ad Imperium vocatum, præclara indoles tua, & amor Patriæ impulit, „ ut Principatum, de quo Maiores nostri armis certabant, bello adeptus, „ quiescenti offeram; exemplo divi Augusti, qui Sororis Filium Marcellum, dein Generum Agrippam, mox „ Nepotes suos, postremo Tiberium „ Neronem Privignum, in proximo „ sibi fastigio collocavit. Sed Augustus in Domo successorem quæsivit; „ ego, in Republica. non quia Propinquos aut Socios belli non habeam; „ sed*

Galba arringa.

XV. Presolo adunque Galba per mano, dicono che gli parlò in questa sentenza: „ Se io privato ti adottassi per la legge Curiata dinanzi a' „ Pontefici, come s'usa; sarebbe e „ orrevole a me il mettere in Casa „ mia la progenie di Pompeo, e di „ M. Crasso: e glorioso a te l'aggiugnere alla tua nobiltade i Sulpizj, e „ i Lutazj splendori. Ora io per grazia degl' Iddii, e degli uomini fatto Imperadore, mosso da' belli indizii di tua bontade, e dall' amore „ alla Patria; quell' Imperio che i nostri passati combatteano con armi, „ da me conquistato per guerra, ti „ porgo in pace; imitando il divino „ Augusto, che fece secondo a sè Marcello Figliuolo della Sorella, poi Agrippa Genero, indi i Figliuoli della Figliuola, in ultimo Tiberio figliastro. Ma Augusto cercò di successore in Casa sua: io nella Repub-

„ *sed neque ipse Imperium ambitione*
„ *accepi: & iudicii mei documentum*
„ *sint non meæ tantum necessitudines,*
„ *quas tibi postposui, sed & tuæ.*
„ *Est tibi Frater pari nobilitate, na-*
„ *tu maior, dignus hac fortuna, nisi*
„ *tu potior esses. ea ætas tua, quæ*
„ *cupiditates adolescentiæ iam effuge-*
„ *rit: ea vita, in qua nihil præteri-*
„ *tum excusandum habeas. Fortunam*
„ *adhuc tantum adversam tulisti. se-*
„ *cundæ res acrioribus stimulis ani-*
„ *mos explorant; quia miseria tole-*
„ *rantur, felicitate corrumpimur. Fi-*
„ *dem, libertatem, amicitiam, præci-*
„ *pua humani animi bona, tu quidem*
„ *eadem constantia retinebis; sed a-*
„ *lii per obsequium imminuent. Ir-*
„ *rumpet adulatio, blanditiæ, pessi-*
„ *mum veri affectus venenum, sua*
„ *cuique utilitas. Etiam ego ac tu*
„ *simplicissime inter nos hodie loqui-*
„ *mur; ceteri, libentius cum Fortu-*
„ *na nostra, quam nobiscum. Nam*
„ *suadere Principi quòd oporteat,*
„ *multi laboris; assentatio erga Prin-*
„ *cipem quemcumque, sine affectu pe-*
„ *ragitur.*

XVI. „ *Si immensum Imperii cor-*
„ *pus stare, ac librari sine Rectore*
„ *posset; dignus eram a quo Respu-*
„ *blica inciperet. Nunc ea necessita-*
„ *tis iam pridem ventum est, ut nec*
„ *mea senectus conferre plus Populo*
„ *Romano possit, quam bonum suc-*
„ *cessorem: nec tua plus iuventa,*
„ *quam bonum Principem. Sub Ti-*
„ *berio, & Caio, & Claudio, unius*
„ *Familiæ quasi hæreditas fuimus:*
„ non eseguito “. Tosto fece aprir l' armería; furon l' armi senz' ordine, o modo di milizia, rapite, non date a' pretoriani, o legionarj le proprie, per riconoscersi. con essi mescolati gli aiuti per le medesime celate, e scudi. non Tribuno, o Centurione esortava; ciascun gridava, e spronava se stesso: il veder i buoni addolorati, più che altro accendeva i pessimi.

Pisone, crebrescentis seditionis fremitu exterritus, egressum Galbam & Foro appropinquantem adsequitur. Trepidæ plebis languent studia: proximorum diffugia.

XXXIX. *Iam exterritus Piso fremitu crebrescentis seditionis, & vocibus in Vrbem usque resonantibus; interim Galbam & Foro appropinquantem assecutus erat. Iam Marius Celsus haud læta retulerat; cum alii in Palatium redire, alii Capitolium petere: plerique rostra occupanda censerent: plures tantum sententiis aliorum contradicerent: utque evenit in consiliis infelicibus, optima viderentur, quorum tempus effugerat. Agitaste Laco, ignaro Galba, de occidendo T. Vinio dicitur; sive ut pœna eius animos militum mulceret: seu conscium Othonis credebat: ad postremum, vel odio. Hesitationem attulit tempus, ac locus; quia initio cædis orto, difficilis modus: & turbavere consilium trepidi nuntii, ac proximorum diffugia, languentibus omnium studiis, qui primo alacres fidem atque animum ostentaverant.*

Atterrito Pisone dalla crescente sedizione segue Galba, che s' invia al Foro. Si rattiepidisce la plebe: fuggono i più vicini.

XXXIX. Pisone dal furibondo crescer della sedizione, e dalle voci risonanti sino a Roma, spaventato; raggiunse Galba vicino al Foro. Tornò Mario Celso con male nuove. Chi consigliava a tornare in Palagio, chi salire al Campidoglio: altri pigliar la ringhiera: ad altri bastava contraddire: e, come ne' cattivi partiti avviene, quello pareva ottimo, che non era più a tempo. Dicesi che Lacone trattò senza saputa di Galba d' uccider T. Vinio; o per addolcire i soldati con la pena di lui: o per creder, che egli s' intendesse con Otone: o pur per odio. Ritennelo il tempo, e 'l luogo. mettendosi mano al sangue, mal si poteva fermare: e bisognò pensar ad altro; venendo sempre peggiori avvisi: fuggendosi molti: discostandosi tutti, che prima mostrarono tanta fede, e coraggio.

Othonisni milites, dilecta plebe, proculcato Senatu, Forum iotumpunt.

XL. *Agebatur huc illuc Galba, vario turbæ fluctuantis impulsu, completis undique basilicis* (c) *ac templis, lugubri prospectu; neque Populi aut plebis ulla vox: sed attoniti vultus, & conversæ ad omnia aures. Non tumul-*

Gli Otoniani, rotta la Plebe, calpestato il Senato, sboccano nel Foro.

XL. Galba era abburattato qua e là, secondo che la turba ondeggiava. palagi, e tempj pieni, con vista lagrimevole: stavano la plebe, e 'l Popolo attoniti, ammutoliti, in orecchia ogni strepito. non v' era tumulto, non

quie-

(a) Toga era la veste da Città, che mettevansi i soldati spogliando il loro uoiforme, per sembrare cittadini come gli altri. In quella veste era il corpo di guardia del Palazzo.

(b) Il segno della milizia per le sentinelle, volgarmente *il santo*.

(c) Basiliche, non nel significato di magnifici tempj, come oggidì corre; ma di vasti e magnifici edifizj da tenervi corte, e trattarvi publici affari.

multus, non quies: quale magni metus, & magnæ iræ silentium est. Otboni tamen armari plebem nuntiabatur. Ire præcipites, & occuparo pericula iubet. Igitur milites Romani, quasi Vologesen, aut Pacorum, avito Arsacidarum Solio depulsuri, ac non Imperatorem suum inermem, & senem, trucidare pergerent; disiecta plebe, proculcato Senatu, truces armis, rapidis equis Forum irrumpunt. Nec illos Capitolii adspectus, & imminentium templorum religio, & priores & futuri Principes terruere; quo minus facerent scelus, cuius ultor est quisquis successit.

quiete: silenzio, quale è nelle gran paure, e ire. Nondimeno essendo detto a Otone: che la plebe s'armava; fece correre a riparare al pericolo. Vanno i soldati Romani, quasi avessero a cacciar Vologese, o Pacoro, dell'antico Trono Arsacido, e non tagliar a pezzi il loro Imperadore disarmato e vecchio: la plebe sbaraglia: il Senato calpestano: con minacciose armi, feroci, a corsa di cavalli si spingono nel Foro: senza riguardar a Campidoglio, a religion di templi, a maestà di Principi passati, e futuri; commisero l'eccesso, che qualunque succede gastiga.

Galba iuxta Curtium lacum occiditur.

XLI. *Viso cominus armatorum agmine, vexillarius comitantis Galbam cohortis (Atilium Vergilionem fuisse tradunt) dereptam Galbæ imaginem solo afflixit. Eo signo manifesta in Othonem omnium militum studia, desertum fuga Populi Forum, districta adversus dubitantes tela. Iuxta Curtium lacum, trepidatione ferentium Galba proiectus e sella, ac provolutus est. Extremam eius vocem, ut cuique odium, aut admiratio fuit, varie prodidere. Alii suppliciter interrogasse: Quid mali meruisset? paucos dies exsolvendo donativo deprecatum. Plures, obtulisse ultro percussoribus iugulum: Agerent, ac forirent, si ita e Republica videretur. Non interfuit occidentium quid diceret. De percussore non satis constat. quidam Terentium Evocatum (a), alii Lecanium, crebrior fama tradidit Camurium xv. Legionis militem, impresso gladio, iugulum eius hausisse. Ceteri crura brachiaque (nam pectus tegebatur) fœde laniavere: pleraque vulnera, feritate & savitia trunco iam corpori adiecta.*

XLI. Vedute appressatesi l'armate schiere, l'alfiere della coorte, che accompagnava Galba (dicono che fu Atilio Vergilione) tirò giù l'effigie di esso, e la battè in terra. A quel segno tutti i soldati si scopersero per Otone: il Popolo fuggì di piazza: erano a chi la pensava, voltate le punte. Galba presso a fonte Curzio, tremando le gambe a' portatori della seggiola, gittato per terra, e voltolatolo; l'ultime sue parole, chi l'odiò disse che furono: „ Che ho io fat-„ to? il donativo verrà tra pochi dì: „ vi supplico di questo tempo". chi l'ammirò, e i più, vogliono che egli porgesse la gola alli ucciditori, dicendo: Che facessero, ferissero; se così pareva bene per la Repubblica. Non attesero quel dicesse. non è chiaro chi l'uccidesse: alcuni dicono Terenzio Evocato, altri Lecanio, i più, che Camurio, soldato della legione Quindicesima, lo scannò: gli altri gli minuzzarono braccia, e gambe (perchè il busto era armato) al quale, già tronco, tiraron bestiali colpi, e molti.

Galba presso a fonte Curzio ucciso.

Vinii cædes.

XLII. *Titum inde Vinium invasere; de quo & ipso ambigitur, consumpserit ne vocem eius instans metus, an pro-*

XLII. Assalsero T. Vinio; di cui ancora si dubita, se per la paura gli cascò il fiato, o pur gridò: Non es-

Strage di Vinio.

(a) E' nome d' uffizio: *Delegit & equestris ordinis iuvenes, qui manente anulorum aureorum usu Evocati appellarentur, excubiasque circa cubiculum suum vice militum agerent.* Sveton. in Galb. X. Tutt'altra cosa erano gli *Evocati*, de' quali si parla al II. degli Annali 64.

proclamaverit: Non esse ab Othone mandatum ut occideretur. Quod seu finxit formidine, seu conscientia coniurationis confessus est; huc potius eius vita, famaque, inclinat, ut conscius sceleris fuerit cuius causa erat. Ante ædem divi Iulii iacuit, primo ictu in poplitem, mox ab Iulio Caro legionario milite in utrumque latus transverberatus.

esser da Otone la sua morte stata commessa. Facesseglel dire la paura, o 'l confessasse, come sciente della congiura: la vita e fama sua voglion più tosto, che ei fusse consapevol di quella sceleratezza, di cui era cagione. Dinanzi al tempio del divino Giulio spirò. la prima ferita ebbe sotto il ginocchio: poi da Giulio Caro, soldato di Legione, ne' fianchi fu passato fuor fuora.

Sempronii Deosi fides egregia. Piso trucidatur.

XLIII. *Insignem illa die Virum, Sempronium Densum, ætas nostra vidit. Centurio is prætoriæ cohortis a Galba custodiæ Pisonis additus, stricto pugione occurrens armatis, & scelus exprobrans, ac modo manu, modo voce, vertendo in se percussores; quamquam vulnerato, Pisoni effugium dedit. Piso in ædem Vestæ pervasit, exceptusque misericordia publici servi, & contubernio eius additus; non religione (a), nec cerimoniis, sed latebra imminens exitium differebat. cum advenere, missu Othonis, nominatim in cædem eius ardentes, Sulpicius Florus e Britannicis cohortibus, nuper a Galba Civitate donatus, & Statius Murcus speculator; a quibus protractus Piso, in foribus templi trucidatur.*

XLIII. Vide l' età nostra quel giorno un memorevole Vomo: Sempronio Denso, di centurione di coorte pretoria, assegnato da Galba alla guardia di Pisone, sfoderato il pugnale, s' avventò alli armati, e, chiamandoli traditori, e in se rivoltandoli; e con le mani, e con la voce, si fece, che Pisone, benchè ferito, fuggì nel tempio di Vesta, e da uno di quei ministri per misericordia ricevuto, s' allungava la morte, non con la religione, ma con l' acquattarsi. Eccoti venir difilati a posta, mandati da Otone per lui ammazzare, Sulpizio Floro delle coorti Britanniche, fatto poco innanzi Cittadino da Galba, Stazio Murco alabardiere; da' quali Pisone fu tratto fuori, e fattone pezzi in su la porta del tempio.

Singolar fede di Sempronio Denso. Pisone in pezzi.

XLIV. *Nullam cædem Otho maiore lætitia excepisse, nullum caput tam insatiabilibus oculis perlustrasse dicitur; seu tum primum levata omni solicitudine mens, (*) vagare gaudio cœperat, seu recordatio maiestatis in Galba, amicitiæ in T. Vinio, quamvis immitem animum imagine tristi confuderat; Pisonis, ut inimici & æmuli, cæde lætari, ius fasque credebat. Præfixa comis capita gestabantur, inter signa cohortium iuxta aquilam Legionis; certatim ostentantibus cruentas manus qui occiderant, qui interfuerant, qui vere, qui falso, ut pulchrum & memorabile facinus iactabant. Plures quam cxx. libellos præmia exposcentium, ob aliquam notabilem illa die operam, Vi-*

XLIV. Di niuna morte dicono avere Otone fatto tale allegrezza: niuna testa sì minuto squadrata con occhi insaziabili; o cominciando allora, scarico d' ogni pensiero, a perdersi nell' allegrezza: o pur, restato confuso quell' animo, benchè crudele, per rimembranza della maestà di Galba, e amicizia di Tito Vinio, gli pareva dover della morte di Pisone suo nimico, e concorrente far allegrezza. Portavano in su le picche le teste tra le insegne delle coorti, allato all' aquila della Legione; mostrando per fatto egregio a gara le mani sanguinose que' che gli aveano uccisi, o vi s' eran trovati: vero, o non vero. Cento venti, o più, suppliche di chiedenti premio d' ope-

(a) Non coll' abbracciarsi all' Altare di Vesta, non coll' implorare la santità del luogo, e delle Vestali.

(*) *vacare*.

Vitellius postea invenit, omnesque conquiri & interfici iussit; non honore Galbæ, sed tradito Principibus more: muniminentum ad præsens, in posterum ultionem.

Alius statim Senatus, alius Populus. Ruunt cuncti in Othonis venerationem.

XLV. *Alium crederes Senatum, alium Populum. Ruere cuncti in castra: anteire proximos: certare cum præcurrentibus: increpare Galbam: laudare militum iudicium: exosculari Othonis manum: quantoque magis falsa erant quæ fiebant, tanto plura facere. Nec adspernabatur singulos Otho; avidum & minacem militum animum, voce vultuque temperans. Marium Celsum Consulem designatum, & Galbæ usque in extremas res amicum, fidumque, ad supplicium expostulabant, industriæ eius, innocentiæque, quasi malis artibus, infensi. Cædis, & prædarum, initium: & optime cuique perniciem quæri apparebat; sed Othoni nondum auctoritas inerat ad prohibendum scelus, iubere iam poterat. Ita simulatione iræ, vinciri iussum, & maiores pœnas daturum affirmans, præsenti exitio subtraxit.*

Omnia militum arbitrio aguntur. Varia cædes.

XLVI. *Omnia deinde arbitrio militum acta. Prætorii Præfectos sibi ipsi legere: Plotium Firmum e manipularibus quondam, tum vigilibus præpositum, & incolumi adhuc Galba partes Othonis secutum. adiungitur Licinius Proculus, intima familiaritate Othonis, suspectus consilia eius fovisse. Vrbi Flavium (a) Sabinum præfecere, iudicium Neronis secuti, sub quo eamdem curam obtinuerat, plerisque Vespasianum Fratrem in eo respicientibus. Flagitatum: ut vacationes præsari centurionibus solitæ, remitterentur; namque gregarius miles, ut tributum annuum pendebat. (*) pars manipulis, pars per commeatus, aut in ipsis castris vaga, dum mercedem centurioni exsolveret, neque modum oneris quisquam, neque genus quæstus pensi habebat; per latrocinia & raptus, aut servilibus ministeriis, militare otium re-*

opere fatte quel giorno trovò poi Vitellio: e tutti li fe' pigliare, e morire; non per onor di Galba, ma all' usanza de' Principi, per assicurarsi di quelli, e insegnare agli altri.

Tosto cangiasi Senato, e Popolo: tutti a venerar Otone.

XLV. Non pareva il Senato quel desso, nè il Popolo, ognuno al Campo: s' azzuffavano per passarsi innanzi: maladivano Galba: benedivano il giudicio de' soldati: baciavano la mano a Otone: e quanto più finte l' apparenze erano, più ne facevano. Egli dava pasto a ognuno: temperava con voce, e volto, i soldati avidi, e minaccianti; eglino nimicavano, quasi male arti, l' industria, e bontà di Mario Celso, disegnato Consolo, e a Galba fino all' ultimo fedele amico, e chiedevanlo al supplizio. Vedevasi, che si cercava occasione di cominciare a far sangue, e bottini, e tor via i migliori. Ma Otone non poteva per ancora proibire il mal fare, ma ben comandarlo. Mostrandoglisi adunque pien d' ira comandò che 'l legassero, dicendo: Che bene il gastigherebbe: e così dal pericolo lo sottrasse.

Il soldato arbitro di tutto: varie stragi.

XLVI. Ogn' altra cosa poi andò a voglia de' soldati. S'elessero i Prefetti del Pretorio a lor modo, cioè Plozio Firmo, già soldatello, allora capo di scolte, e quando Galba era in piè, tenne da Otone: e Licinio Procolo, d' Otone famigliarissimo, e sospetto d' avelo favorito. Della Città fecero Prefetto Flavio Sabino, col giudicio di Nerone, che già gli diede tal grado: e molti riguardavano in lui Vespasiano suo Fratello. Fu chiesto, che a' centurioni si levasse la rigaglia, già diventata tributo, di farsi pagare da' soldatelli privati i risquitti dalle fatiche, e da' lavorj; perchè i poveri per le tende, per le vie del Campo si davano a rubare, assassinare, ad ogni gran fatica, ad ogni viltà; per poter comperare il soldatesco riposo. il facoltoso era più crudamente angariato, per farlo uscire a comperar-

lo;

(a) Fratello di Vespasiano.

(*) *Quarta pars manipuli sparsa per.*

redimebant. tum locupletissimus quisque miles, labore ac sævitia fatigari, donec vacationem emeret. Ubi sumptibus exhaustus, secordia insuper elanguerat; inops pro locuplete, & inars pro strenuo, in manipulum redibat: ac rursus alius atque alius, eadem egestate ac licentia corrupti, ad seditionem, & discordias, & ad extremum, bella civilia ruebant. Sed Otho, ne vulgi largitione, centurionum animos averteret, ex Fisco suo, vacationes annuas exsoluturum, promisit; rem haud dubie utilem, & a bonis postea Principibus, perpetuitate disciplinæ, firmatam. Laco Præfectus, tamquam in Insulam seponeretur, ab Evocato, quem ad cædem eius Otho præmiserat, confossus. In Martianum Icelum, ut in libertum, palam animadversum.

lo; onde misero e fiacco, di ricco e fiero, se ne tornava al padiglione: e così l'un dopo l'altro per povertà, e licenza arrabbiati, precipitavano in discordie, sedizioni, e guerre civili. Otone, per non si torre i centurioni, largheggiando co' soldati, promise: che il Fisco farebbe ogn' anno que' pagamenti; cosa utile, e da Principi buoni, sempre poi osservata per regola di milizia. In nome confinò in Isola Lacone lo Generale, e mandò innanzi Evocato ad ammazzarlo. Icelo fu giustiziato in pubblico per liberto.

Corpora Pisonis, Vinii, Galbæ, sepultura concessa. Eorum Ingenia & mores.

XLVII. *Exactо per scelera die, novissimum malorum fuit lætitia. Vocat Senatum Prætor urbanus: certant adulationibus ceteri Magistratus: accurrunt Patres: decernitur Othoni Tribunicia potestas, & nomen Augusti, & omnes Principum honores; adnitentibus cunctis abolere convicia ac probra, quæ promiscue iacta hæsisse animo eius nemo sensit. Omisisset offensas, an distulisset; brevitate Imperii, in incerto fuit. Otho, cruento adhuc Foro, per strages iacentium, in Capitolium atque inde in Palatium, vectus, concedi corpora sepulturæ, cremarique, permisit. Pisonem Verania Vxor ac Frater Scribonianus, T. Vinium Crispina Filia composuere; quæsitis, redemptisque, capitibus, quæ venalia interfectores servaverant.*

XLVII. Alle scelleratezze di quel giorno già finito mancava questa del fare allegrezza. Il Pretor di Roma chiama il Senato; il quale con gli altri magistrati fanno a chi più adula. I Padri corrono, decretano a Otone la podestà Tribunesca, il nome d' Augusto, e tutti gli onori de' Principi; sforzandosi tutti di non parer quei dessi, che dianzi tanti oltraggi li dissero, e così laidi: e niuno vide che gli rimanesser nell' animo. Se li perdonò, o ripose; fu incerto, per lo corto Imperio. Esso (ancor fumicando di sangue la piazza), portato su per le morte corpora in Campidoglio, indi in Palagio, permise che elle fussero arse, e sepolte. Pisone fu sepolto da Verania sua moglie, e da Scriboniano suo Fratello: il cadavero di T. Vinio, da Crispina sue Figliuola: cercate, e ricomperate le teste, di cui li uccidítori fecero incetta.

Corpi di Pisone, Vinio, e Galba sepolti: lor indole, e vita.

XLVIII. *Piso unum & tricesimum ætatis annum explebat, fama meliore, quam fortuna. Fratres eius Magnum Claudius, Crassum Nero interfecerant. Ipse diu exsul, quatriduo Cæsar properata adoptione, ad hoc tantum maiori Fratri prælatus est, ut prior occideretur. T. Vinius xlvii. annos variis moribus egit. Pater illi e Prætoria Familia, maternus Avus e proscriptis. Prima militia infamis, Legatum Calvisium Sabinum habuerat: cuius Vxor, ma-*

XLVIII. Pisone visse anni trentuno, buono più che felice. Gli furono ammazzati i Fratelli, Magno da Claudio, Crasso da Nerone: fu bandito lungo tempo: adottato in caccia e 'n furia: fu Cesare quattro dì: avanzò il Fratel maggiore di questo, d'essere ammazzato prima. T. Vinio visse anni quaranzette: con costumi diversi. Fu suo Padre di Famiglia Pretoria; l' Avol materno, de' ribelli. Militò prima con infamia sotto Calvisio Sabino

Le-

mala cupidine visendi situm castrorum, per noctem militari habitu ingressa, cum vigilias & cetera militiæ munia eadem lascivia tentasset, in ipsis Principiis stuprum ausa; & criminis huius reus T. Vinius arguebatur. Igitur iussu C. (a) *Cæsaris oneratus catenis: mox mutatione temporum dimissus, cursu honorum inoffenso, Legioni post Præturam præpositus, probatusque. Servili deinceps probro respersus est, tamquam scyphum aureum in convivio Claudii furatus: & Claudius postera die soli omnium Vinio fictilibus ministrari iussit. Sed Vinius, Proconsulatu, Galliam Narbonensem severe integreque rexit. Mox Galbæ amicitia in abruptum tractus, audax, callidus, promptus, &, prout animum intendisset, pravus aut industrius, eadem vi. Testamentum T. Vinii magnitudine opum irritum: Pisonis supremam voluntatem paupertas firmavit.*

XLIX. *Galbæ corpus diu neglectum, & licentia tenebrarum plurimis ludibriis vexatum; dispensator Argius, e* (*) *prioribus servis, humili sepultura in privatis eius hortis contexit. Caput per lixas, calonesque, suffixum, lacerasumque, ante Patrobii tumulum (libertus is Neronis punitus a Galba fuerat) postera demum die repertum, & cremato iam corpori admixtum est. Hunc exitum habuit Ser. Galba tribus & septuaginta annis, quinque Principes prospera fortuna emensus, & alieno Imperio felicior, quam suo. Vetus in familia nobilitas, magnæ opes: ipsi medium ingenium, magis extra vitia, quam cum virtutibus: famæ nec incuriosus, nec venditator: pecuniæ alienæ non appetens, suæ parcus, publicæ avarus: Amicorum, libertorumque, ubi in bonos incidisset, sine reprehensione patiens: si mali forent, usque ad culpam ignarus. Sed claritas natalium, & metus temporum obtentui; ut, quod segnitia erat, sa-*

Legato: la Moglie vogliosa di vedere come stesse il Campo, entratavi di notte travestita da soldato, e viste le sentinelle, e gli altri ufici; ardì ancora nelle stesse Principia romper vergogna: e Vinio ne fu reo: e fatto incatenare da C. Cesare; lasciato poi per li tempi mutati, corse per gli onori senza intoppo: fatto Pretore: dopo Tribuno d'una Legione, si portò bene. Vituperossi poi col rubar, mangiando con Claudio, un bicchier d'oro; onde Claudio l'altro giorno fece lui solo servire in stoviglie di terra. Proconsolo nella Gallia Narbonese resse con severa bontà, tirandolo l'amicizia di Galba a rompere il collo; divenne audace, pronto, astuto, e a sua posta buono e cattivo sommamente. Il testamento di Vinio non fu eseguito, per le troppe ricchezze: quel di Pisone sì fu, per la povertà.

XLIX. Il corpo di Galba lasciato il dì in abbandono, poi per licenza della notte variamente schernito; Argio, schiavo suo favorito, e dispensiere, ricoperse con poca terra nel suo orto privato, la testa da' saccomanni infilzata, e guasta: finalmente dinanzi al sepolcro di Patrobio liberto di Nerone, punito già da Galba, fu lo dì seguente trovata, e con l'altro suo corpo già arso riposta. Tal fine fece Galba di settanta tre anni: grande sotto cinque Principi: felice nell'Imperio altrui, più che nel suo: di Famiglia nobile, antica: gran ricchezza: ingegno mezzano: più senza vizj, che con virtù: amator di gloria, non di boria: di quel d'altri non cupido: del suo parco: del pubblico avaro: agli Amici, e liberti buoni, senza biasimo condonava: a' contrarii, ancor con sua colpa, chiudeva gli occhi. Lo splendore del suo Sangue, e la paura di que' tempi, fecer tenere la sua freddezza, prudenza. Nell'età

(a) Per ordine di Caligola messo in ferri, ucciso poi Caligola, e cangiati tempi, e Padrone sotto Claudio fu liberato ec.

(*) *primoribus*.

sapientia vocaretur. Dum vigebat ætas, militari laude apud Germanias floruit: Proconsul Africam moderate: iam senior citeriorem Hispaniam pari iustitia continuit. Maior privato visus, dum privatus fuit: & omnium consensu capax Imperii, nisi imperasset.

Otho & Vitellius vitiis invisi; ambigua de Vespasiano fama.

L. *Trepidam Vrbem, ac simul atrocitatem recentis sceleris, simul veteres Othonis mores paventem; novus insuper de Vitellio nuntius exterruit, ante cædem Galbæ suppressus: ut tantum superioris Germaniæ exercitum descivisse crederetur. Tum duos omnium mortalium impudicitia, ignavia, luxuria deterrimos, velut ad perdendum Imperium fataliter electos, non Senatus modo & Eques, quis aliqua pars & cura Reipublicæ; sed vulgus quoque palam mœrere. Nec iam recentia sævæ pacis exempla; sed repetita bellorum civilium memoria: captam totiens suis exercitibus Vrbem: vastitatem Italiæ: direptiones Provinciarum: Pharsaliam* (a), *Philippos, & Perusiam ac Mutinam, nota publicarum cladium nomina, loquebantur, prope eversum Orbem, etiam cum de Principatu inter bonos certaretur, sed mansisse C. Iulio; mansisse, Cæsare Augusto victore, Imperium: mansuram fuisse sub Pompeio, Brutoque, Rempublicam. nunc pro Othone, an pro Vitellio, in templa ituros? utrasque impias preces, utraque detestanda vota, inter duos, quorum bello solum id scires, deteriorem fore qui vicisset. Erant qui Vespasianum, & arma Orientis, augurarentur: &, ut potior utroque Vespasianus, ita bellum aliud, atque alias clades, horrebant. Et ambigua* (b) *de Vespasiano fama: solusque omnium ante se Principum, in melius mutatus est.*

LI.

età vigorosa militò in Germania con gloria: resse l'Affrica Viceconsolo con modestia: più attempato la Spagna di qua, con pari giustizia. Parve mentre fu uomo privato, più che privato: e a tutti all'Imperio atto, se ei non l'avesse avuto.

Otone e Vitellio odiosi per vizii: di Vespasiano chi ben chi male.

L. Roma, spaventata d'Otone, per lo presente fatto atroce, e sbigottita per li suoi passati costumi; atterrì al nuovo avviso di Vitellio, eletto Imperadore in Germania, frodato innanzi alla morte di Galba, col far credere non v'esser altro, che abbottinato l'esercito di sopra. Caddero le braccia non pure a' Senatori, e Cavalieri, che hanno qualche parte e cura della Repubblica, ma a tutto il popolazzo; che due i più disonesti, dappochi, e scialacquanti dell'Vniverso, si fussero scelti per Fato a disperdere questo Imperio. Nè solo ricordavano gli esempj freschi della sanguinosa pace; ma le antiche guerre civili: la tante volte presa Roma da' Cittadini: l'Italia deserta: le Provincie saccheggiate: Farsaglia, Filippi, Perugia, Modana; dolenti nomi di nostre sconfitte. „ essere ito quasi sozzopra il Mondo, „ quando del Principato contesero anche i buoni; ma per le vittorie di „ Giulio e d'Augusto, l'Imperio „ stette in piede: e sotto Pompeo e „ Bruto sarìe stata in piè la Repubblica. ora correremo noi a' tempj „ ad empiamente pregare, che vinca „ la guerra Otone, o Vitellio; sapendo sol questo, che quel de' due che „ vincerà, sarà il più scelerato"? Ebbevi chi pensò a Vespasiano, armato in Oriente, più atto di tutti; ma una guerra in terzo, e nuova mortalità, spaventava: e anche non era Vespasiano in buon concetto. Fu il primo, che fatto Principe, migliorò.

LI.

(a) Accenna la battaglia civile in Farsaglia tra Cesare e Pompeo, l'anno di Roma DCCVI. Quella di Modena sanguinosissima tra M. Antonio, e i Consoli Irzio, e Pansa l'anno DCCXI. Quella di Filippi in Tessaglia tra Bruto, e Cassio; e Ottavio, e M. Antonio, l'anno DCCXII. e di Perugia, in cui Ottavio nel DCCXIV. costrinse a rendersi L. Antonio fratello del Triumvirato, chiuso in quella città.

(b) Era stato adulatore di Caligola: poi fe' dire di sè per la sua Cenide, come a lungo se ne parla nella vita di Vespasiano ne' Supplementi, all'Appendice cronologica. 6.

Initia causæque motus Vitelliani. A germanicis exercitibus Vitellius Imperator consalutatur. Eius iter in Italiam inertia luxu & prodigis epulis fœdum. Bellidoces, Alienus Cæcina & Fabius Valens.

LI. *Nunc initia caussasque motus Vitelliani expediam. Caso cum omnibus copiis Iulio Vindice, ferox præda gloriaque exercitus, ut cui sine labore ac periculo, ditissimi belli victoria evenisset; expeditionem, & aciem, præmia, quam stipendia, malebat: diuque infructuosam & asperam militiam toleraverat, ingenio loci, cœlique, & severitate disciplinæ, quam in pace inexorabilem discordiæ civium resolvunt; paratis utrimque corruptoribus, & perfidia impunita. Viri, arma, equi, ad usum, & ad decus, supererant. sed ante bellum, centurias tantum suas, turmasque noverant, exercitus finibus Provinciarum discernebantur. Tum adversus Vindicem contractæ Legiones, segne & Gallias expertæ; quærere rursus arma, novasque discordias: nec socios, ut olim, sed hostes & victos vocabant. Nec deerat pars Galliarum, quæ Rhenum accolit, easdem partes secuta, ac tum acerrima instigatrix adversus Galbianos; hoc enim nomen, fastidito Vindice, indiderant. Igitur Sequanis Æduisque, ac deinde, prout opulentia Civitatibus erat, infensi, expugnationes Vrbium, populationes agrorum, raptus Penatium hauserunt animo; super avaritiam & arrogantiam, præcipua validiorum vitia, contumacia Gallorum irritati: qui remissam sibi a Galba quartam tributorum partem, & publice donatos, in ignominiam exercitus, iactabant. Accessit callide vulgatum, temere creditum: decumari Legiones, & promptissimum quemque centurionum dimitti. Vndique atroces nuntii: sinistra ex Vrbe fama: infensa Lugdunensis Colonia, &, pertinaci pro Nerone fide (a), fecunda rumoribus, sed plurima ad fingendum credendumque materies in ipsis castris; odio, metu, &, ubi vires suas respexerant, securitate.*

LII. *Sub ipsas superioris anni Kalen. Decemb. Aulus Vitellius inferiorem*

Semi, e cagioni del Vitellian tumulto. Vitellio gridato imperadore da' germani eserciti. Suo venire in Italia per l'ozio lasso, e prodigi stravizzi lido Duci Alieno Cucina, e Fabio Valente.

LI. Ora dirò della mossa di Vitellio i principj, e le cagioni. Vcciso Giulio Vindice con tutta sua gente; l'esercito, per sì ricca, e agevol vittoria senza sangue, inferocito, voleva imprese, e non ozio: premj, e non paghe; avendo tollerato milizia lunga, magra, e aspra, per lo cielo, e sito, e severa, per li ordini, che nella pace non si perdonano: nelle civili discordie vanno a monte; essendo chi corrompe, chi tradisce, senza pena da ogni banda. Gente, arme, e cavalli gli avanzava per uso, e per mostra. ma innanzi a quella guerra ciascheduno esercito conosceva sue centurie, sue bande: distinguevangli le Provincie ov' eran posti alle frontiere; allora contro a Vindice si confusero. e avendo fatto sperienza di se, e de' Galli; cercavano nuove armi, e risse: e non li chiamavano più compagni, ma nimici, e vinti: e la parte de' Galli, abitante in sul Reno stata della stessa fazione, era contro a' Galbiani (che così appellavano per dispregio la parte di Vindice), crudelissima aizzatrice. Fecero adunque i nostri assegnamento sopra i Sequani, e gli Edui: di sforzar le loro migliori Città, votar le case, guastar i contadi, per avarizia, e arroganza; difetti di chi più ne può: accaniti ancora da' Galli, che si vantavano: Che Galba a onta dell' esercito gli aveva sgravati del quarto del tributo, e fatto loro pubblico donativo: e da una voce astutamente mandata, e scioccamente creduta: Che le Legioni s'avevano a decimare, e licenziare i centurioni migliori. Atroci nuove comparivano da ogni banda: da Roma sinistre. era la Colonia Lionese avversa, e nella fede a Nerone ostinata, e camera di novelle; ma erano nelli stessi alloggiamenti le materie da farle credere, e comporre; cioè odio, paura: e, vedendosi gagliardissimi, sicurezza.

LII. Il passato anno all' entrar di Dicembre, A. Vitellio nella Germania

di

(a) Per le beneficenze ch' aveva goduto di Nerone. Raccogli quel che se n' è narrato nel lib. XVI. degli Annali, 13.

rem Germaniam ingressus, hiberna legionum cum cura adierat: redditi plerisque ordines, remissa ignominia, allevatæ notæ; plura ambitione, quædam iudicio: in quibus sordem & avaritiam Fonteii Capitonis, adimendis assignandisve militiæ ordinibus, integre mutaverat. nec Consularis Legati mensura, sed in maius omnia accipiebantur. Et Vitellius, apud severos humilis: ita comitatem bonitatemque faventes vocabant; quod sine modo, sine iudicio donaret sua, largiretur aliena. simul aviditate imperandi, ipsa vitia pro virtutibus interpretabantur. Multi in utroque exercitu sicut modesti, quietique, ita mali, & strenui. Sed profusa cupidine, & insigni temeritate, Legati Legionum, Alienus Cæcina, & Fabius Valens: e quibus Valens infensus Galbæ, tamquam detectam a se Verginii cunctationem, oppressa Capitoni consilia, ingrate tulisset; instigare Vitellium, ardorem militum ostentans: Ipsum celebri ubique fama: nullam in Flacco Hordeonio moram: affore Britanniam, secutura Germanorum auxilia: male fidas Provincias: præcipuum seni Imperium, & brevi transiturum: panderet modo sinum, & venienti Fortunæ occurreret. Merito dubitasse Verginium, Equestri Familia, ignoto Patre: imparem, si recepisset Imperium, tutum, si recusasset. Vitellio tres Patris Consulatus, Censuram, collegium Cæsaris, & imponere iampridem Imperatoris dignationem, & auferre privati securitatem. Quatiebatur his segne ingenium, ut concupisceret magis, quam ut speraret.

LIII. *At in superiore Germania, Cæcina, decora iuventa, corpore ingens, animi immodicus, cito sermone, erecto incessu, studia militum inlexerat. Hunc, iuvenem Galba, Quæstorem in Bætica, impigre in partes suas transgressum, Legioni præposuit. Mox compertum publicam pecuniam avertisse, ut peculatorem flagitari iussit. Cæcina ægre passus, miscere cuncta, & privata vulnera, Reipublicæ malis operire, statuit. Nec deerant in exercitu semina discordiæ; quod & bello adver-*

di sotto, visitò gli alloggiamenti nostri con molta diligenza: a molti rendè i lor gradi, scancellò la vergogna: ad altri l' alleviò: le più cose per guadagnar favore, alcune per ragione; come nel mutare in tutto i carichi di milizia, che per brutture, e danari aveva Fonteio Capitone dati, o tolti. nè eran prese le sue azioni come di Legato consolare, ma più. Era da' Savj stimato vile; da chi lo favoriva, detto cortese, e buono; per dare senza misura, senza giudicio il suo, largir l' altrui: e per cupidigia di comandare, agli stessi vizj davano nome di virtù. Erano nell' uno, e nell' altro esercito de' modesti, e quieti: de' malvagi, e valenti. Avidi, e temerarii sopra modo erano i Legari Alieno Cecina, e Fabio Valente. costui, nimico a Galba, statogli ingrato dell' avere scoperto il baloccar di Verginio, e rotto i disegni a Capitone; stigava Vitellio all' Imperio, mostrandogli l' ardore de' soldari, la sua gran fama: Ordeonio Flacco vi correrebbe: Britannia bramarlo: seguiterieala i Germani aiuti; esser mal fedeli i vassalli: tener l' Imperio un vecchio accattato per pochi dì. aprisse il grembo, andasse incontro alla vegnente Fortuna. Cagion di dubitare aver ben avuto Verginio, nato Cavaliere, di Padre non conosciuto, non atto a regger l' Imperio, più sicuro a ricusarlo. Vitellio coronano di già tre Consolati di suo Padre, la Censura, la compagnia di Cesare: e torgli il potere più vivere privato, e sicuro. Da tali ragioni dibattuto quel freddo animo; ne rimase con più voglia, che speranza.

LIII. Cecina l'altro Legato in Germania di sopra, bel Giovane, grande di corpo, dismisurato d' animo, parlar presto, andare intero; innamorò i soldati. Galba a questo Giovane, Questore nella Betica, tosto dichiaratosi dalla sua, diede carica d' una Legione. Trovatosi poi, che egli aveva rubaro il Pubblico; il fe' citare. Cecina, per eclissar la vergogna sua ne' danni pubblici, deliberò ingarbugliare ogni cosa. e non mancavano semi di discordie in quell' esercito, andato tut-

sus Vindicem universus adfuerat: nec, nisi occiso Nerone, translatus in Galbam: atque in eo ipso sacramento vexillis inferioris Germaniæ præventus erat. Et Treveri, ac Lingones, quasque alias Civitates atrocibus edictis, aut damno finium Galba perculerat, hibernis Legionum propius miscentur. Vnde seditiosa colloquia: & inter paganos (a) *corruptior miles: & in Verginium favor cuicumque alii profuturus.*

LIV. *Miserat Civitas Lingonium, vetere instituto, dona Legionibus, dextras* (b) *hospitii insigne. Legati eorum in squalorem mœstitiamque compositi, per Principia, per contubernia, modo suas iniurias, modo Civitatum vicinarum præmia: &, ubi pronis militum auribus accipiebantur, ipsius exercitus pericula & contumelias conquerentes; accendebant animos. Nec procul seditione aberant; cum Hordeonius Flaccus abire Legatos, utque occultior digressus esset, nocte castris excedere iubet. Inde atrox rumor, affirmantibus plerisque, interfectos: ac, ni sibi consulerent, fore ut acerrimi militum & præsentia conquesti, per tenebras & inscitiam ceterorum, occiderentur. Obstringuntur inter se tacito fœdere Legiones. Adsciscitur auxiliorum miles, primo suspectus, tamquam circumdatis cohortibus alisque, impetus in legiones pararetur; mox eadem acrius volens, faciliore inter malos consensu ad bellum, quam in pace ad concordiam.*

LV. *Inferioris tamen Germaniæ Legiones solemni Kalen. Ianuariarum sacramento pro Galba adactæ, multa cunctatione, & raris primorum ordinum vocibus: ceteri silentio, proximi cuiusque audaciam exspectantes; insita mortalibus natura propere sequi, quæ piget inchoare. Sed ipsis Legionibus inerat diversitas animorum: Primani Quintanique turbidi; adeo ut quidam saxa in Galbæ imagines iniecerint: Quintadecima ac Sextadecima legiones, ui-*

to contro a Vindice: non tornato a Galba, se non morto Nerone: non datogli il giuramento, se non dopo a quel della Germania di sotto. i Treviri, e Lingoni, e gli altri Comuni, sbalorditi da Galba per atroci bandi, o stremati confini, con le guarnigioni vicine discredendosi, facevano scandolosi discorsi: corrompevansi tra que' paesani i soldati, e voltavasi in Verginio il favor che doveva giovare ad ogn' altro.

LIV. I Lingoni mandarono alle Legioni l' usato dono delle due destre, antico segnale d' amicizia. Gli Ambasciadori mesti, e squallidi per le Principia, e per le tende, lamentandosi, ora delle ingiurie loro, ora de' premii a' vicini; e, vedendosi uditi volentieri, de' pericoli e scorni di quell' esercito stesso; accendevano gli animi. E stando per sollevarsi; Ordeonio Flacco comandò alli Ambasciadori: che andasser via, e di notte, per più celare lor partita. Nacque romore atroce: che e' fussero stati uccisi: e che, se non pensavano a' casi loro, lo stesso avverrebbe a' più coraggiosi, e a chi dispiacevano i presenti mali. Dannosi fede segreta le Legioni: aggiungonsi li aiuti, stati da principio sospetti di volerle circondare, e tradire, poi dello stesso volere; accordandosi più i malvagi a far guerra, che a stare uniti in pace.

LV. Con tutto ciò le Legioni di Germania di sotto, il primo di Gennaio diedono giuramento solenne a Galba, le prime file molto adagio, e con parole stentate, gli altri alla mutola: ciascuno aspettando che chi gli era allato rompesse la pazienza; per la natura de' Mortali di tosto eseguire quello che niuno vuol cominciare. Ma le stesse Legioni erano diverse d'animi, la Prima, e la Quinta sì rabbiose, che alcuni tiraron sassi all' immagine di Gal-

(a) Pagani diceansi quei che non militavano.

(b) Trovansi spesso nelle medaglie due mani strette tra loro, con quest'epigrafe, *Fides exercituum. Concordia exercituum. Consensus exercituum.*

nihil ultra fremitum & minas ausæ; initium erumpendi circumspectabant. At in superiori exercitu, Quarta ac Duodevicesima legiones, iisdem hibernis tendentes, ipso Kal. Ianuariarum die dirumpunt imagines Galbæ: Quarta legio promptius, Duodevicesima cunctanter; mox consensu, ac, ne reverentiam Imperii exuere viderentur, in S. P. Q. R. oblitteratas iam nomina, sacramenta advocabant; nullo Legatorum, Tribunorumve, pro Galba nitente: quibusdam, ut in tumultu, notabilius turbantibus. non tamen quisquam in modum concionis, aut suggestu locutus; neque enim erat adhuc cui imputaretur.

LVI. *Spectator flagitii Hordeonius Flaccus Consularis Legatus aderat, non compescere ruentes, non retinere dubios, non cohortari bonos ausus; sed segnis, pavidus, & socordia innocens. Quatuor Centuriones Duodevicesimæ legionis, Nonius Receptus, Donatius Valens, Romilius Marcellus, Calpurnius Repentinus, cum protegerent Galbæ imagines, impetu militum abrepti, vinctique. Nec cuiquam ultra fides, aut memoria prioris sacramenti; sed, quod in seditionibus accidit, unde plures erant, omnes fuere. Nocte quæ Kalen. Ianuarias secuta est, in Coloniam Agrippinensem Aquilifer Quartæ legionis epulanti Vitellio nuntiat: Quartam & Duodevicesimam legiones, proiectis Galbæ imaginibus, in Senatus & Populi Romani verba iurasse. Id sacramentum inane visum; occupari nutantem Fortunam, & offerri Principem placuit. Missi a Vitellio ad Legiones Legatosque, qui: descivisse a Galba superiorem exercitum nuntiarent; proinde, aut bellandum adversus desciscentes: aut, si concordia & pax placeat, faciendum Imperatorem: & minore discrimine sumi Principem, quam quæri.*

LVII. *Proxima legionis Primæ hiberna erant, & promptissimus e Legatis Fabius Valens. Is die postero Coloniam Agrippinensem cum equitibus Legionis, auxiliariorumque, ingressus; Imperatorem Vitellium consalutavit. Secutæ ingenti certamine eiusdem Provinciæ Legiones: & superior exercitus, spe-*

Galba. La Quindicesima, e la Sedicesima non ardirono che fremere, e minacciare; guardandosi intorno, e cercando principio di sollevazione. Ma nell'esercito di sopra, la Quarta, e la Diciottesima insieme alloggiate, il medesimo dì primo di Gennaio spezzano le immagini di Galba: la Quarta a furia, l'altra adagio: poi d'accordo, e, per non parere ribelle all'Imperio, giurarono l'ubbidienza a' nomi già spenti del Senato, e Popol Romano; niuno Legato, nè Tribuno per Galba contrastante. e alcuni facevano per quel tumulto maggiore schiamazzo: senza però aringare; non essendo ancora risoluti dove gittarsi.

LVI. Stavasi a mangiunte a contemplarli Ordeonio Flacco Legato Consolare, senza opporsi alli infuriati, ritenere i dubj, innanimire i buoni; ma pigro, spaurito, innocente, per dappocaggine. Quattro Centurioni della Diciottesima, Nonio Recetto, Donazio Valente, Romilio Marcello, Galpurnio Repentino, volendo difender le immagini di Galba; furono con soldatesco empito rapiti, e legati. Nè vi ebbe più fede, nè memoria del primo giuramento; ma tutti, come si fa ne' tumulti, n'andaron co' più. La notte seguente alle Calende di Gennaio, l'Alfiere della legion Quarta porta nuova in Colonia Agrippina a Vitellio, che mangiava: Che le legioni Quarta, e Diciottesima, abbattute le immagini di Galba, hanno giurato ubbidienza al Senato, e Popol Romano. Parvegli tal giuramento vano: e doversi la Fortuna vacillante incontrare, e offerirsi Imperadore. Mandò a dire alle Legioni, e Legati, come l'esercito di sopra s'era ribellato da Galba: e conveniva, volendo pace, combatterlo, o far un altro Imperadore: e potevasi con meno pericolo eleggere, che cercarne.

LVII. Era la legion Prima la più presso alloggiata, e Fabio Valente lo più destro Legato. Costui il giorno seguente con la cavalleria di quella Legione, e delli aiuti, entrò in Colonia, e salutaron Vitellio Imperadore. L'altre Legioni di sotto seguitaron a gara. L'esercito di sopra, lasciati li nomi

speciosis Senatus Populique romani nominibus relictis, III. Non. Ianuarias. Vitellio accessit. Scires illum priore biduo non penes Rempublicam fuisse. Ardorem exercituum. Agrippinenses, Treveri, Lingonea æquabant; auxilia, equos, arma, pecunias offerentes: ut quisque corpore, opibus, ingenio validus. Nec principes modo Coloniarum, aut castrorum, quibus præsentia ex affluenti, & parta victoria magnæ spes; sed manipuli quoque, & gregarius miles, viatica (a) sua, & balteos, phalerasque, insignia armorum, argento decora, loco pecuniæ tradebant: instinctu, & impetu, & avaritia.

pomposi del Senato, e Popol Romano, a' tre di Gennaio s'accostò a Vitellio. di qui si può vedere, che capitale n'avrebbe due dì innanzi potuto far la Repubblica. Pareggiavano l'ardore delli eserciti i Coloniesi, Treviri, Lingoni; offerendo fanti, cavalli, armi, e danari: quanto potrebbe ciascuno con la vita, con le facultà, e con l'ingegno. Nè pure i primi delle Colonie, e delli eserciti, pieni ora di ricchezze, e di grandi speranze nella vittoria; ma ogni soldatello ancora, in vece di danari, presentavano a Vitellio lor viveri, cinture, arredi, armi ricche argentate; per volontà, per impeto, per avarizia.

LVIII. *Igitur, laudata militum alacritate, Vitellius, ministeria Principatus per libertos agi solita, in Equites romanos disponit: vacationes Centurionibus ex Fisco numerat: sævitiam militum plerosque ad pœnam exposcentium sæpius approbat: partim simulatione vinculorum frustratur. Pompeius Propinquus Procurator Belgicæ statim interfectus. Iulium Burdonem Germanicæ classis Præfectum astu subtraxit, exarserat in eum iracundia exercitus, tanquam crimen, ac mox insidias Fonteio Capitoni struxisset: grata erat memoria Capitonis, & apud sævientes occidere palam, ignoscere non nisi fallendo licebat. Ita in custodia habitus: & post victoriam demum, stratis iam militum odiis, dimissus est. Interim, ut piaculum obiicitur centurio Crispinus, qui se sanguine Capitonis cruentaverat; eoque, & postulantibus manifestior, & punienti vilior fuit.*

LVIII. Egli lodata la prontezza de' soldati, distribuì a' Cavalieri gli uffici soliti darsi a' liberti (*b*): pagò del Fisco a' Centurioni i risquitti de' soldati: concedè loro molti domandati a' supplizj: e parte ne sottrasse sotto spezie d'incarcerarli. Pompeo Propinquo Procuratore della Belgica fu subitamente morto: Giulio Burdone Prefetto dell'armata Germana, con arte levato all'esercito, invelenito della querela, e poscia insidie poste a Fonteio Capitone, di cara memoria. e potevasi con quelli infuriati ammazzare liberamente; ma non perdonare, se non per inganno. Così Giulio tenuto in carcere, fu dopo la vittoria finalmente, straccata loro ira, lasciato: e dato come vittima Crispino centurione, imbrattatosi del sangue di Capitone; però chiesto con maggior ressa, e dato con minor cura.

LIX. *Iulius deinde Civilis periculo exemptus, præpotens inter Batavos, ne supplicio eius ferox Gens alienaretur. & erant in Civitate Lingonum VIII. Batavorum cohortes, Quartædecimæ legionis auxilia, tum discordia temporum a legione digressæ; prout inclinassent, grande momentum, sociæ aut*

LIX. E' levato dal pericolo Giulio Civile, potentissimo tra i Batavi, per non si provocare col supplizio di lui quella feroce Nazione, di cui erano ne' Lingoni otto coorti, aiuti della legione Quattordicesima, e da lei per le discordie di que' tempi partitisi; forze di gran momento ad averle contro,

(*a*) *Viatica* è il danaro per le spese del viaggio. *Balteos* è quel cinto di cuoio con piastre qua e là, da cui pendeva a traverso del collo la spada. *Phaleræ* son qui arnesi da guernir cavalli.

(*b*) Spezialmente sotto Claudio, e Nerone.

aut adversæ. Nonium, Donatium, Romilium, Calpurnium, centuriones, de quibus supra retulimus, occidi iussit; damnatos fidei crimine, gravissime inter desciscentes. Accessere partibus Valerius Asiaticus, Belgicæ Provinciæ Legatus, quem mox Vitellius Generum adscivit: & Iunius Blæsus Lugdunensis Galliæ Rector, cum Italica legione, & ala Taurina, Lugduni tendentibus. Nec in Rhæticis copiis mora, quo minus statim adiungerentur. Ne in Britannia quidem dubitatum.

LX. *Præerat Trebellius Maximus, per avaritiam, ac sordes, contemptus, exercitui invisusque. Accendebat odium eius Roscius Cælius Legatus Vicesimæ legionis, olim discors, sed occasione civilium armorum atrocius proruperant. Trebellius seditionem & confusum ordinem disciplinæ Cælio: spoliatas & inopes Legiones Cælius Trebellio obiectabat; cum interim fœdis Legatorum certaminibus, modestia exercitus corrupta: eoque discordiæ ventum, ut auxiliarium quoque militum conviciis proturbatus, & aggregantibus se Cælio cohortibus, alisque, desertus Trebellius, ad Vitellium perfugerit. Quies Provinciæ, quamquam remoto Consulari, mansit. Rexere Legati Legionum, pares iure, Cælius audendo potentior.*

LXI. *Adiuncto Britannico exercitu, ingens viribus opibusque Vitellius, duos Duces, duo itinera, bello destinavit. Fabius Valens allicere, vel si abnuerent, vastare Gallias, & Cotianis Alpibus Italiam irrumpere: Cæcina propiore transitu, Peninis (a) iugis degredi iussus. Valenti inferioris exercitus electi cum aquila Quintæ legionis, & cohortibus, alisque, ad xl. millia armatorum data. xxx. millia Ca-*

tro, o in favore. Fece morire li detti quattro centurioni, Nonio, Donazio, Romilio, e Calpurnio, dannati per fede osservata a Galba; peccato gravissimo nelle ribellioni. Vennero da questa parte Valerio Asiatico Legato della Belgica, il quale poi Vitellio si fe' Genero: e Giunio Bleso Governatore della Gallia Lionese, con la Legione detta Italica, e banda Taurina, attendatevi. Non tardarono a congiugnersi le forze che erano nella Rezia. Non dubitò l' esercito d' Inghilterra,

LX. governato da Trebellio Massimo, avuto per avarizia, e sordidezza in dispregio, e odio. accrescevalo Roscio Celio Legato della legion Ventesima, già poco d' accordo, poi per occasioni dell' armi civili, nimicissimi. Trebellio tassava Celio di sedizioso, e guastatore de' buoni ordini; e Celio lui, dell' avere spogliate le povere legioni. e mentre bruttamente i Capi contendono, l' esercito insolentì: e a tal discordia venne, che insino a' fanti, e' cavalli d' aiuto s' uniron con Celio, scacciato, e svillaneggiato Trebellio. Rimase la Provincia, benchè senza Capo, quieta: retta da' Legati delle Legioni, pari d' autorità; ma Celio, per ardire, più potente.

LXI. Per l' acquisto dell' esercito d' Inghilterra, fattosi Vitellio grande e possente; destinò al far la guerra due cammini, e due Capitani: Fabio Valente, il quale le Gallie facesse amiche: o, ricusando, guastasse: e per l' Alpi Coziane scendesse in Italia: e Cecina più vicino passasse per li monti Penini. Diede a Valente con l' aquila della legion Quinta quarantamila tra fanti e cavalli dell' esercito di

sot-

(a) I monti Penini di cui qui si parla, o sia l' alpi Penine, vengono dalla voce celtica *Pen* che significa *terra, vetta*. Ivi adoravasi il Dio Penino, come leggesi nell' iscrizione che dal Grevio prese il Gudio pag. LVI. num. 6.

LVCIVS . LVCILIVS
DEO . PENINO
OPTIMO
MAXIMO
DONVM . DEDIT.

Nè scrisse bene Plinio III. 17. *alpes Pœninæ, quod his Pœnos transisse memorant*. Annibale co' suoi non passò da questa via, ma di là al monte, che ora appellasi di *Ginevra*.

Cæcina e superiore Germania ducebat, quorum robur legio una, Prima & vigesima fuit. addita utrique Germanorum auxilia, e quibus Visellius suas quoque copias supplevit, tota mole belli secuturus.

LXII. *Mira inter exercitum Imperatoremque diversitas. instare miles, arma poscere: Dum Galliæ trepident, dum Hispaniæ cunctentur: non obstare hiemem, neque ignavæ pacis moras; invadendam Italiam, occupandam Urbem. nihil in discordiis civilibus festinatione tutius, ubi facto magis, quam consulto, opus esset. Torpebat Vitellius, & Fortunam Principatus inerti luxu, ac prodigis epulis, præsumebat, medio diei temulentus, & sagina gravis; cum tamen ardor & vis militum ultro Ducis munia implebat, ut si adesset Imperator: & strenuis, vel ignavis, spem, metumque, adderet. Instructi, intentique, signum profectionis exposcunt: nomine Germanici Vitellio statim addito: Cæsarem se appellari, etiam victor prohibuit. Lætum augurium Fabio Valenti, exercituique, quem in bellum agebat, ipso profectionis die, aquila leni meatu, prout agmen incederet, velut dux viæ prævolavit: longumque per spatium, is gaudentium militum clamor, ea quies interritæ alitis fuit; ut haud dubium magnæ, & prosperæ, rei omen acciperetur.*

Galli, partim formidine, partim gaudio, Vitellii sacramentum accipiunt.

LXIII. *Et Treveros, quidem, ut Socios, securi adiere. Divoduri (Mediomatricorum id oppidum est) quamquam omni comitate exceptos, subitus pavor exterruit, raptis repente armis, ad cædem innoxiæ Civitatis; non ob prædam, aut spoliandi cupidinem; sed furore & rabie, & caussis incertis, eoque difficilioribus remediis; donec precibus Ducis mitigati, ab excidio Civitatis temperavere. cæsa tamen ad quatuor millia hominum. isque terror Gallias invasit, ut venienti mox agmini universæ Civitates, cum Magistratibus & precibus occurrerent; stratis per vias pueris feminisque: quæque alia placamenta hostilis iræ, non quidem in bello, sed pro pace, tendebantur.*

LXIV. *Nuntium de cæde Galbæ, & Imperio Othonis, Fabius Valens in Civi-*

sotto: a Cecina trentamila del di sopra: de' quali la legion Ventunesima fu il nerbo: e a ciascuno, aiuti Germani; de' quali rifornì Vitellio ancora la sua gente, per venire appresso con tutto il pondo della guerra.

LXII. Maravigliosa fu la diversità tra l'esercito, e l'Imperadore. Sollecitano i soldati, chieggono che si venga all'armi: Ora che le Gallie tremano: le Spagne non si risolvono: non impedisce il verno: non vi è trattamento di pace; assaltisi Italia, piglisi Roma. le discordie civili voler prestezza: fatti, e non consigli. Vitellio, per contro, dormiva: la grandezza del Principato preveniva con infingarde morbidezze, e prodighe cene: ubbriaco a mezzo dì, pesante, e grasso; e nondimeno l'ardore, e la forza de' soldati faceva l'uficio del Capitano, come vi fusse presente Imperadore, a fare animo, o paura, a' valorosi, o poltroni. Ordinati, e tutti pronti chieggono il segno del marciare, aggiugnendo a Vitellio il nome di Germanico. Il titolo di Cesare non volle, nè anche vincitore. Lo dì, che Fabio Valente mosse col suo esercito; un' aquila gli volò innanzi, adagio, secondo quel passo, per lungo spazio; quasi gli mostrasse il cammino, e quieta, e sicura, con sì allegre grida de' soldati; che fu aguro certo di gran successo, e di prospero.

Tra per tema, tra per gioia giurano a Vitellio i Galli.

LXIII. Entrarono tutti sicuri ne' Treveri, come Collegati: e benchè cortesemente ricevuti in Divoduro, terra de' Mediomatrici; presi da subita paura, si voltano con l'armi contro a quella terra innocente, non per volerla saccheggiare, ma per rabbioso furore, senza sapersi perchè; perciò meno rimediabile. pure il Capitano tanto pregò, che non la distrussero; avendovi morto da quattromila persone. e missono in Gallia tanto spavento, che tutte le Città, quando s'accostavano, gl'incontravano in pricissione, co' Magistrati: e le donne, e' fanciulli prostrati raccomandandosi con tutti gli altri placamenti di nimica ira, per aver pace da chi non facea guerra.

LXIV. Fabio Valente ne' Leuci ebbe la nuova: Come Galba era ucciso: e Oto-

vitate Leucorum accepit, nec militum animus in gaudium, aut formidinem permotus, bellum volvebat. Gallis cunctatio exempta: & in Othonem ac Vitellium odium par: ex Vitellio & metus. Proxima Lingonum Civitas erat, fida partibus, benigne excepti, modestia certavere. Sed brevis lætitia fuit; cohortium intemperie: quas a legione Quartadecima, ut supra memoravimus, digressas exercitui suo Fabius Valens adiunxerat. Iurgia primum; mox rixa inter Batavos & legionarios. Dum his aut illis studia militum adgregantur, prope in prælium exarsere; ni Valens animadversione paucorum, oblitos iam Batavos imperii admonuisset. Frustra adversus Æduos quæsita belli caussa. Iussi pecuniam atque arma deferre; gratuitos insuper commeatus præbuere. Quod Ædui formidine, Lugdunenses gaudio fecere. Sed legio Italica & ala Taurina abductæ. Cohortem Duodevicesimam Lugduni, solitis sibi hibernis, relinqui placuit. Manlius Valens, Legatus Italicæ legionis, quamquam bene de partibus meritus; nullo apud Vitellium honore fuit. Secretis eum criminationibus infamaverat Fabius ignarum: & quo incautior deciperetur, palam laudatum.

LXV. *Veterem inter Lugdunenses, Viennensesque, discordiam, proximum bellum accenderat: multæ invicem clades, crebrius infestiusque quam ut tantum propter Neronem, Galbamque, pugnaretur. Et Galba reditus Lugdunensium, occasione iræ, in Fiscum verterat. Multus contra in Viennenses honor; unde æmulatio, & invidia, & uno omne discretis connexum odium. Igitur Lugdunenses exstimulare singulos militum, & in eversionem Viennensium impellere; obsessam ab illis Coloniam* (a) *suam, ad-*

tone Imperadore. i soldati senz' averne allegrezza, o paura, pensavano a ogni modo alla guerra. A' Galli fu tolto allora ogni dubbio. Otone, e Vitellio parimente odiavano: ma Vitellio temevano. Venuti ne' Lingoni, più vicini, e fedeli a lor parte; vi furono bene adagiati: ed essi altrettanto modesti. Ma poco durò l' allegrezza, per la fastidiosaggine di quelli aiuti Batavi, partitisi dalla legione Quattordicesima, e ricevuti da Valente nel suo esercito, come detto è. i quali vennero co' legionarj prima a parole, indi alle contese: e, favorendo chi questi chi quelli, s'azzuffavano tutti; se Valente col gastigo di pochi non ricordava a' Batavi l' ubbidienza. Cercossi occasione per attaccarla con gli Edui, se non porgevano tante armi, e danari: ma essi vi aggiunsero vettovaglie in dono. Questo, che gli Edui per paura, fecero i Lionesi per allegrezza. Ma furo sgravati della legione Italica, e de' cavalli Taurini; lasciatovi la solita guardia della coorte Diciottesima. Manlio Valente, che comandava la detta Italica, assai per Vitellio fece: e non fu aggradito; avendonegli Fabio detto ogni male in segreto: e, per più ingannarlo, ogni bene in pubblico.

LXV. Aveva la passata guerra l' antiche izze tra Lionesi, e Viennesi, raccese, per più danni fattisi: e maggiori, che non avrieno per Nerone, e Galba semplicemente. Galba incollorito co' Lionesi, confiscò loro tutte l' entrate: i Viennesi per lo contrario molto onorò. onde fu gara, e invidia: e intr' ambi dal Fiume staccati, attaccato odio. Aizzavano e' Lionesi ogni soldato a distruggere i Viennesi, assediatori della Colonia loro, aiutatori de' disegni di Vindice, ragunatori di nuova gente per difender Galba. Mostra-

va-

(a) Claudio imperadore nativo di Lione la fece sua colonia, chiamandola C. C. C. AVG. LVG. Coloniam Claudiam Copiam Augustam Lugdunensem, come da più monumenti costa, riportati dal chiar. de Colonia *Histoire Littéraire de la ville de Lyon*. Tom. I. pag. 128. Claudio stesso la chiamò *ornatissimam valentissimamque Viennensium coloniam* in una sua arringa, riportata dal Chiar. Brotier nelle sue note ed emendazioni al Lib. XI. degli Annali 24. della superba edizione della sua opera di Tacito in 4. tomi in 4. di Parigi più volte citata ne' Supplementi, e nelle postille.

iutos Vindicis conatus, conscriptas nuper Legiones in præsidium Galbæ, referendo. Et, ubi caussas odiorum prætenderant, magnitudinem prædæ ostendebant. Nec iam secreta exhortatio, sed publicæ preces: Irent ultores, exscinderent sedem Gallici belli; cuncta illic externa & hostilia: se coloniam Romanam & partem exercitus, & prosperarum adversarumque rerum socios. Si Fortuna contra daret, iratis ne relinquerentur.

LXVI. *His, & pluribus, in eumdem modum, perpulerant, ut nec Legati quidem ac Duces partium restingui posse iracundiam exercitus arbitrarentur; cum haud ignari discriminis sui Viennenses, velamenta* (a) *& infulas præferentes, ubi agmen incesserat, arma, genua, vestigia prebensando, flexere militum animos. addidis Valens trecenos singulis militibus sestertios. Tum vetustas* (b) *dignitasque Coloniæ valuit: & verba Fabii salutem incolumitatemque Viennensium commendantis, æquis auribus accepta. Publice tamen armis mulctati, privatis & promiscuis copiis iuvere militem. sed fama constans fuit, ipsum Valentem magna pecunia emptum. Is diu sordidus, repente dives, mutationem Fortunæ male tegebat; accensis egestate longa cupidinibus, immoderatus, & inopi iuventa, senex prodigus. Lento deinde agmine per fines Allobrogum, & Vocontiorum ductus exercitus; ipsa itinerum spatia, & stativorum mutationes venditante Duce, fœdis pactionibus adversus possessores agrorum, & Magistratus civitatum, adeo minaciter; ut Luco (municipium id Vocontiorum est) faces admoveris, donec pecunia mitigaretur. quotiens pecuniæ materia deesset, stupris & adulteriis exorabatur. Sic ad Alpes perventum.*

Helvetiorum strages.

LXVII. *Plus prædæ, ac sanguinis, Cæcina hausit. Irritaverant turbidum ingenium Helvetii, Gallica gens, olim armis, virisque, mox memoria nominis cla-*

vano dopo le cagioni dell' odio; la preda grande. Nè in segreto gli confortavano; ma gli pregavano in pubblico: Andassono a gastigarli: sperperassero quel nido di guerra Gallica, fatto di stranieri tutti, nimici tutti. Sè esser colonia Romana, parte dell'esercito, compagni al bene, e al male. Non si lasciassono, in caso di rea Fortuna, in bocca e' cani.

LXVI. Con queste, e simili parole, misero l'esercito in tanta rabbia; che i Legati, e capi di parte, credettero non poterla spegnere. Il qual pericolo vedendo i Viennesi, con loro veli, e sagre bende, ove i soldati passavano, gli addolcirono; abbracciando loro armi, e ginocchia, e piedi: e Valente donando fiorini sette e mezzo d'oro per uno. Allora l'antichità, e degnità di quella Colonia, e le parole di Fabio, raccomandante la salvezza de' Viennesi; valsero loro. Nondimeno al pubblico furon tolte l'armi: e con private facoltà d'ogni sorta, rinfrescarono i soldati. ma e'si disse per cosa certa: che Valente fu comperato gran danaio. Di sempre mendico, subito arricchito, non coperse la mutata fortuna; le voglie accese per lungo patimento da giovane meschino, vecchio prodigo non temperò. L'esercito marciò per li Allobrogi, e Voconti, a passo lento; mercatando il Generale bruttamente co' Magistrati delle Città, e co' padroni de' campi, a un tanto per lo cammino scansato, per l'alloggiare rispiarmato; con tali minacce, che a Luco, buona terra de' Voconti, accostò le fascine per arderla, se non veniva la moneta. e, quando non ve n'era, lo quietavano con dargli da sfogar sua libidine. Così giunsero all'Alpi.

LXVII. Più preda, e sangue, fe' Cecina; avendo provocato quell' animo travagliante gli Elvezii, Gente Gallica, già per armi, e uomini, poi per

Strage degli Svizzeri.

le

(a) Si è detto poc' anzi al cap. 65. *placamenta hostilis iræ*: in simili sensi Livio XXIV. 30. *ramos olea ac velamenta alia supplicum porrigentes orare ut reciperent se ac, receptos que tuerentur.*

(b) Vedi poco sopra al cap. antecedente.

clara, de cæde Galbæ ignari, & Vitellii Imperium abnuentes. Initium bello fuit avaritia, ac festinatio, Vnetvicesimæ legionis; rapuerant pecuniam missam in stipendium castelli, quod olim Helvetii suis militibus ac stipendiis tuebantur. Ægre id passi Helvetii, interceptis epistolis, quæ nomine Germanici exercitus ad Pannonicas Legiones ferebantur; Centurionem & quosdam militum in custodia retinebant. Cæcina, belli avidus, proximam quamque culpam antequam pœniteret, ultum ibat. Mota propere castra: vastati agri: direptus, longa pace in modum municipii exstructus locus, amæno salubrium aquarum usu frequens. Missi ad Rhætica auxilia nuntii, ut versos in legionem Helvetios a tergo aggrederentur.

LXVIII. *Illi ante discrimen feroces; in periculo pavidi, quamquam primo tumultu Claudium Severum ducem legerant; non arma noscere, non ordines sequi, non in unum consulere: Exitiosum adversus veteranos prælium; intuta obsidio, dilapsis vetustate mœnibus. hinc Cæcina cum valido exercitu; inde Rhæticæ alæ cohortesque, & ipsorum Rhætorum iuventus, sueta armis, & more militiæ exercita: undique populatio & cædes. ipsi in medio vagi abiectis armis, magna pars saucii aut palantes, in montem Vocetium perfugere. Ac statim immissa cohorte, Thracum depulsi: &, consectantibus Germanis Rhætisque, per silvas, atque in ipsis latebris trucidati: multa hominum millia cæsa, multa sub corona venumdata. cumque, direptis omnibus, Aventicum Gentis caput iusto agmine peteretur; missi qui dederent Civitatem: & deditio accepta. In Iulium Alpinum e principibus, ut concitorem belli, Cæcina animadvertit; ceteros veniæ vel sævitiæ Vitellii reliquit.*

LXIX. *Haud facile dictu est, Legati Helvetiorum minus placabilem Imperatorem, an militem, invenerint. Civitatis excidium poscunt: tela ac manus in ora Legatorum intentant. ne Vitellius quidem minis ac verbis temperabat; cum Claudius Cossus, unus ex Legatis, notæ facundiæ, sed dicendi arsem apta trepidatione occultans, atque*

le Storie chiara; i quali non sapevan che fusse morto Galba: e non volevano ubbidire a Vitellio. Principio al combatter diede l' avarizia, e la fretta della legion Ventunesima, che rubò certe paghe, che gli Elvezj mandavano alle guardie d' una loro fortezza. Di che sdegoati, ritennero un Centurione con alcuni soldati; intercette le lettere del Germanico esercito alle Legioni di Panoonia. Cecina bramoso di guerra, non dava lor tempo di pentirsi, per gastigarli. Subito mosse il Campo: diede il guasto al contado: saccheggiò quel luogo, per lunga pace fatto come una Città, ameno e frequentato per salutiferi bagni. Mandò a dire alli aiuti Retini: Che dessero alle spalle agli Elvezii rivoltati contro alla Legione.

LXVIII. Essi innanzi al pericolo feroci, in su 'l fatto codardi, se ben fecero nel principio lor capo Claudio Severo; non conoscevano armi, nè ordini, nè eran d' accordo. Combattendo con pratichissimi, andavano al macello; pericoloso era l' assedio dentro a mura vecchie, e scassinate. di qua era Cecina con forte esercito: di là i Reti, fanti, e cavalli, armigera e ben' istruita gioventù: sacco, e sangue per tutto. oode essi così rinchiusi, confusi, e parte feriti, fuggirono, gittate giù l' armi, al moote Vocezio. Caccionneli una coorte di Traci mandatavi: Germani, e Reti teoner loro dietro: e per le selve, e tane ne tagliarono a pezzi molte migliaia, e molte vendero alla tromba: e ogni cosa spogliato, tirando alla volta d' Aventico loro Metropoli; furon mandate, e accettate le chiavi. Cecina uccise Giulio Alpino, come sommovitore della guerra; gli altri rimise alla discrezione di Vitellio.

LXIX. Non sarebbe agevole a dire se gli Ambasciadori Elvezj trovassero più invelenito l' Imperadore, o i soldati; che chiedendo lo sterminio di quella Città, con le mani, e con l' armi vanno io su 'l viso alli Ambasciadori: e Vitellio raffibbiava parole, e minacce. ma Claudio Cosso, uno di essi, famoso dicitore, con accorta natu-

eo validior; militis animum mitigavit. ut est mos vulgo, mutabili subitis, & tam prono in misericordiam, quam immodicum sævitia fuerit; effusis lacrymis, & meliora constantius postulando, impunitatem, salutemque, Civitati impetravere.

LXX. *Cæcina paucos in Helvetiis moratus dies, dum sententiæ Vitellii certior fieret, simul transitum Alpium parans lætum ex Italia nuntium accipit: alam Syllanam circa Padum (a) agentem, sacramento Vitellii accessisse. Proconsulem Vitellium Syllani in Africa habuerant: mox a Nerone, ut in Ægyptum præmitterentur, exciti, & ob bellum Vindicis remorati, ac tum in Italia manentes; instinctu Decurionum, qui Othonis ignari, Vitellio obstricti, robur adventantium Legionum, & famam Germanici exercitus, attollebant, transiere in partes: &, ut donum aliquod novo Principi, firmissima transpadanæ Regionis municipia Mediolanum, ac Novariam, & Eporediam, ac Vercellas adiunxere. Id Cæcinæ per ipsos compertum. Et quia præsidio alæ unius lætissima pars Italiæ defendi nequibat; præmissis Gallorum, Lusitanorum, Britannorumque cohortibus, & Germanorum vexillis, (*) in Alpe graia ipse paululum cunctatus, num Rhæticis iugis in Noricum flecteret, adversus Petronium (b) Vrbis procuratorem, qui concitis auxiliis, & interruptis fluminum pontibus, fidus Othoni putabatur. Sed metu, ne amitteret præmissas iam cohortes alasque: simul reputans plus gloriæ retenta Italia, & ubicumque certatum foret, Noricos in cetera victoriæ præmia cessuros; Penino subsignanum militem itinere, & grave legionum agmen, hibernis adhuc Alpibus traduxit.*

LXX. Cecina trattenendosi negli Elvezj pochi giorni, per saper l'animo di Vitellio, e ordinarsi al passar l'Alpi; ebbe d'Italia buone nuove: i cavalli Sillani in su 'l Po aver dato il giuramento a Vitellio, che li comandò Viceconsolo in Affrica. Nerone avendoli fatti venire per mandare in Egitto, li ritenne per la guerra di Vindice. e allora, essendo in Italia da' loro Capitani persuasi che a Vitellio obbligati, non conoscevano Otone, e alzavano a cielo la fama del forte esercito di Germania, che s'appressava; presero quella parte: e tiraronvi, come per un presente al nuovo Principe, Milano, Novara, Ivrea, e Verzelli, forti Città de' paesi di là dal Po: queste n'avvisarono Cecina. E non potendo una banda di cavalli sola guardare tanto spazio d'Italia, avviò gli aiuti Galli, Portoghesi, Inghilesi, e Germani: e con la banda de' cavalli Petrini ristette alquanto a pensare: se voleva per la montagna di Rezia voltare in Norico contro a Petronio che v'era Procuratore, che con chiamare aiuti, e romper ponti a' fiumi, si mostrava fedele a Otone. ma, temendo non perdere le forze avviate, e parendogli più gloria l'avere Italia, e che Norico, dovunque si combattesse, sarebbe con ogni cosa di chi vincesse; passò la gente leggiera, e le Legioni di grave armadura per le nevi ancor alte l'Alpe Penina.

Otho imperii munia, quædam ex dignitate Reipublicæ, pleraque e contra deftus, obit.

LXXI. *Otho interim, contra spem omnium, non deliciis, neque desidia torpescere. dilatæ voluptates, dissimulata luxuria, & cuncta ad decorem Imperii composita; eoque plus formidi-*

LXXI. Otone intanto fuor d'ogni aspettazione non dormiva; messo da banda delizie, agi, e piaceri, faceva ogni cosa degna d'Imperio. tanto più facevan paura le sue virtù falPrende Otone il carico dell'Impero in parte a decoro della Repubblica, nel più contro.

se,

(a) Il Po, di cui dice Plinio III. 16. *triginta flumina in mare Adriaticum defert.*

(b) Altri leggono, *ibi procuratorem*, e questa è la lezione seguita da Tacito.

(*) *cum ala Petrina*: Secondo questa lezione, si cassi nel testo *in Alpe graia*.

dinis asserebant falsæ virtutes, & vitia reditura. Marium Celsum Consulem designatum, per speciem vinculorum sævitiæ militum subtractum, acciri in Capitolium iubet. clementiæ titulus, e viro claro & partibus inviso, petebatur. Celsus constanter servatæ erga Galbam fidei crimen confessus, exemplum ultro imputavit. Nec Otho, quasi ignosceret, sed ne hostis metum reconciliationis adhiberet, statim intra intimos amicos habuit: & mox bello inter Duces delegit. mansitque Celso, velut fataliter, etiam pro Othone fides, integra, & infelix. Læta Primoribus Civitatis; celebrata in vulgus Celsi salus: ne militibus quidem ingrata fuit; eamdem virtutem admirantibus, cui irascebantur (a).

se, e i vizj che tornerieno. Per darsi nome di clemente perdonando a un Grande, contrario a sua parte; si fe' venire in Campidoglio Mario Celso eletto Consolo, levato già alla furia de' soldati, sotto ombra di carcerarlo. Celso arditamente confessò il delitto, d' aver servito Galba con somma fede; affermando, che il medesimo avrebbe fatto per lui. Otone, come se non avesse bisogno di perdono, tosto lo ricevè tra gl' intimi, e 'l fe' uno de capi della guerra, per tor via ogni sospetto di finta riconciliazione; e Celso anche a Otone mantenne, quasi per suo Fato, fede intera, e sventurata. Piacque a' Grandi la salute di Celso: il Popolo la celebrò: a' soldati, che quella virtù odiavano, e ammiravano, non fu discara.

Tigellini exitium.

LXXII. *Par inde exsultatio, disparibus caussis consecuta, impetrato Tigellini exitio. Sophonius Tigellinus, obscuris parentibus, fœda pueritia, impudica senecta, Præfecturam vigilum & Prætorii & alia præmia virtutum, quia velocius erat vitiis adeptus; crudelitatem mox, deinde avaritiam, & viritia scelera exercuit; corrupto ad omne facinus Nerone, quædam ignaro ausus, ac postremo eiusdem desertor ac proditor. unde non alium pertinacius ad pœnam flagitavere; diverso affectu, quibus odium Neronis inerat, & quibus desiderium. Apud Galbam T. Vinii potentia defensus, prætexensis servatam ab eo Filiam: & haud dubie servaverat non clementia (quippe tot interfectis) sed effugio in futurum. quia pessimus quisque diffidentia præsentium mutationem pavens, adversus publicum odium privatam gratiam præparat; unde nulla innocentiæ cura, sed vitæ impunitatis. Eo infensior Populus, addita ad vetus Tigellini odium recenti T. Vinii invidia, concurrere e tota Vrbe in Palatium ac Fora, & ubi plurima vulgi licentia, in Circum, ac theatra, effusi, seditiosis vocibus obstrepere; donec Ti-*

Tigellino la rovina.

LXXII. Pari allegrezza per contrarie cagioni fu fatta, dall' impetrata rovina di Sofonio Tigellino, vilmente nato, disonesto fanciullo, vituperoso vecchio; il quale avendo acquistato la Prefettura delle guardie di notte, e del Pretorio, e altri onori dovuti a virtù, per mezzo de' vizj, che è la più corta; esercitò da prima le crudeltà, poi l' avarizie, e solenni scelleratezze; indotto Nerone ad ogni ribalderia: e molte ne fe' che non seppe: al fine lo piantò e tradì. onde niuno fu chiesto al supplizio con tanta rabbia, e dalli odiatori di Nerone, e dalli amatori. Appresso Galba lo difese la potenza di Vinio, a cui salvò la Figliuola, non per pietà, avendone tanti uccisi; ma per avere dove ricorrere; come fa ogni malvagio, che, vedendosi venire addosso la piena dell' odio pubblico, si procaccia favor privato, per fuggir pena, non colpa. Ma il Popolo, per lo nuovo odio di Vinio rincappellato sovra il vecchio di Tigellino, tanto più ostinatamente il chiedea; correndo tutta Roma al Palagio, alle piazze, al Cerchio, a' teatri, ove ha più licenza. Là onde Tigellino a' bagni di Sessa avuto il comandamento di morire;

(a) Ne' sensi stessi scrive T. Livio di Camillo, V. 26. *magna militum ira: sed tempestate imperii victi tandem virtutem & oderant & mirabantur.*

Tigellinus, accepto apud Sinuessanas aquas supremæ necessitatis nuntio; inter stupra concubinarum, & oscula, & deformes moras, sectis novacula faucibus, infamem vitam fœdavit etiam exitu sero & inhonesto.

rire; tra le sue concubine, tra baci, e brutte dimore, segatasi con rasoio la gola; l'infame vita macchiò anche con tardo fine, e con disonesto.

Crispinilla, magistra libidinum Neronis, periculo exempta.

LXXIII. *Per idem tempus expostulata ad supplicium Galvia* (a) *Crispinilla; variis frustrationibus, & adversa dissimulantis Principis fama, periculo exempta est. magistra libidinum Neronis: transgressa in Africam ad instigandum in arma Clodium Macrum: famem Populi Romani haud obscure molita; totius postea Civitatis gratiam obtinuit Consulari matrimonio innixa, & apud Galbam, Othonem, Vitellium illæsa: mox potens pecunia, & orbitate, quæ bonis malisque temporibus iuxta valent.*

In sicuro Crispinilla maestra delle libidini a Nerone.

LXXIII. Nel medesimo tempo Galvia Crispinilla, chiesta al supplizio; se n'uscì per varie gretole; con biasimo del Principe, che chiuse gli occhi. Fu maestra delle libidini di Nerone: passò in Affrica per istigare Clodio Macro a ribellione: cercò alla scoperta d'affamar Roma: di poi maritatasi a un Consolare, racquistò la grazia della Città. sotto Galba, Otone, e Vitellio fu sicura: rimase poi danarosa, e senza reda; cose che hanno forza a' tempi buoni, e a' rei.

Mutuis epistolis Otho ac Vitellius concordiam tentant. Sed, dietractis inter utrumque exercitibus ac provinciis, bello opus.

LXXIV. *Crebræ interim, & muliebribus blandimentis infectæ, ab Othone ad Vitellium epistolæ, offerebant pecuniam, & gratiam, & quemcumque quietis locum prodigæ vitæ legisset. paria Vitellius ostendebat, primo mollius: stulta utrimque & indecora simulatione; mox, quasi rixantes, stupra, & flagitia, invicem obiectavere: neuter falso. Otho, revocatis quos Galba miserat Legatis, rursus ad utrumque Germanicum exercitum, & ad legionem Italicam, easque quæ Lugduni agebant copias, specie Senatus misit. Legati apud Vitellium remansere, promptius quam ut retenti viderentur. Prætoriani, quos per simulationem officii Legatis Otho adiunxerat, remissi, antequam Legionibus miscerentur. Addit epistolas Fabius Valens nomine Germanici exercitus, ad prætorias & urbanas cohortes, de viribus partium magnificas, & concordiam offerentes. Increpabant ultro, quod tanto ante traditum Vitellio Imperium ad Othonem vertissent. Ita promissis simul, ac minis tentabantur: ut bello impares, in pace nihil amissuri. neque ideo Prætorianorum fides mutata.*

LXXIV. Otone in questo tempo mandava spesso lettere a Vitellio lusinghevoli, offerendogli danari, favori, e vita larga, e quieta, ovunque ei volesse. il medesimo a lui faceva Vitellio: dolcemente da prima, e con brutta, e sciocca finzione dell'uno, e dell'altro; poi vennero a mordersi, e rinfacciarsi lor malvagità, e brutture, troppo vere. Otone richiamò gli Ambasciadori, che mandò Galba ne' due eserciti di Germania: e sotto nome del Senato ne mandò altri a' medesimi, e alla legione Italica, e alle forze tenute in Lione; che rimasero con Vitellio sì volentieri, che non parvero ritenuti. I Pretoriani, mandati da Otone ad accompagnarli, quasi per onoranza, furono rimandati prima che praticassero co' legionarii: e Fabio Valente scrisse in nome del Germano esercito a' soldati pretoriani, e romani; magnificando le forze di quella parte: offerendo pace: biasimandoli del voltare a Otone l'Imperio, già dato tanto innanzi a Vitellio. Così con minacce, e promesse li tentò: Che facendo guerra, sarieno inferiori: e nel far pace, niente perderieno. Non cangiaron fede perciò i Pretoriani.

Con mutue lettere tentan concordia Vitellio, e Otone: ma uopo è di guerra per contrarietà de' partiti.

LXXV. LXXV.

(a) Maestra, e stromento delle libidini di Nerone. Vedi ne' supplementi al Lib. XVI. degli Annali, 52.

LXXV. *Sed insidiatores ab Othone in Germaniam, a Vitellio in Vrbem missi, utrisque frustra fuit. Vitellianis impune, per tantam hominum multitudinem, mutua ignorantia fallentibus; Othoniani, novitate vultus, omnibus invicem gnaris, prodebantur. Vitellius literas ad Titianum Fratrem Othonis composuit, exitium ipsi Filioque eius minitans; ni incolumes sibi Mater ac Liberi* (a) *servarentur. & stetit Domus utraque; sub Othone, incertum an metu: Vitellius victor, clementiæ gloriam tulit.*

LXXV. Mandaronsi ammazzatori, Otone in Germania, e Vitellio a Roma, indarno. Questi tra tanta moltitudine non furono osservati; gli Otoniani, visi nuovi tra tutti conoscentisi, furon presi. Vitellio scrisse a Tiziano Fratel d' Otone: Che se non faceva riguardare sua Madre, e Figliuoli; farebbe ammazzar lui e 'l Figliuolo. L' una, e l' altra Casa fu salvata; da Otone forse per paura: da Vitellio vincitore, con sua gloria.

LXXVI. *Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius: iurasse in eum Dalmatiæ, ac Pannoniæ, & Mœsiæ Legiones. Idem ex Hispania allatum: laudatusque per edictum Cluvius Rufus; & statim cognitum est, conversam ad Vitellium Hispaniam. Nec Aquitania quidem, quamquam a Iulio Cordo in verba Othonis obstricta, diu mansit. Nusquam fides aut amor, metu ac necessitate huc illuc mutabantur. Eadem formido Provinciam Narbonensem ad Vitellium vertit; facili transitu ad proximos & validiores. Longinquæ Provinciæ, & quidquid armorum mari dirimitur, penes Othonem manebant; non partium studio: sed erat grande momentum in nomine Vrbis, ac præcxtu Senatus. & occupaverat animos prior auditus. Iudaicum exercitum Vespasianus, Syriæ Legiones Mucianus sacramento Othonis adegere. Simul Ægyptus, omnesque versæ in Orientem Provinciæ, nomine eius tenebantur. Idem Africæ obsequium, initio a Carthagine orto. Neque exspectata Vipsanii Aproniani Proconsulis auctoritate, Crescens Neronis libertus (nam & hi malis temporibus partem se Reipublicæ faciunt) epulum plebi, ob lætitiam recentis Imperii, obtulerat; & Populus pleraque sine modo festinavit. Carthaginem cetera Civitates secutæ. Sic distractis exercitibus ac Provinciis, Vitellio quidem ad capessendam Principatus fortunam bello opus erat.*

LXXVI. La prima speranza d' Otone fu l' avviso d' Illiria: Che le Legioni di Dalmazia, Pannonia, e Mesia, gli avevan dato il giuramento: il medesimo venne di Spagna. Cluvio Rufo ne fu lodato, per bando: e tosto s' intese rivolta a Vitellio. Poco tenne fede l' Aquitania; fatta giurare a Otone da Giulio Cordo. Nè fede, nè amore era in luogo alcuno. voltavagli qua e là nicistà, e paura. Questa rivoltò la Provenza a Vitellio; passandosi al più forte, e vicino, agevolmente. Le Provincie lontane, e tutte l' armi oltre mare, erano per Otone; non per amor suo: ma, perchè quel nome di Roma, e quell' ombra di Senato, facevano un gran che. e già s' erano alle prime nuove acconci gli animi. A Otone fece giurare Vespasiano l' esercito di Giudea, Muciano quello di Soria. A suo nome si tenevano l' Egitto, e tutte le Provincie volte a Oriente, e l' Affrica, cominciatasi da Cartagine. ove, senza aspettar ordine di Vipsanio Aproniano Viceconsolo, Crescente liberto di Nerone (che ne' mali tempi s' ingeri anch' egli nelle cose pubbliche) per l' allegrezza di questo nuovo Imperadore, pasteggio la plebe, che a furia fece l' altre dimostrazioni. Seguitarono Cartagine l' altre Città. Stando in questa guisa divisi gli eserciti, e vassalli; a Vitellio per pigliar il possesso dell' Imperio conveniva far guerra.

(a) Di questi figli di Vitellio leggi Svetonio *in Vitell.* VI.

Largitionibus voluptatibusque animos Otho adgreditur.

LXXII. *Otho, ut in multa pace, munia Imperii obibat; quædam ex dignitate Reipublicæ: pleraque, contra decus, ex præsenti usu, properando. Consul cum Titiano Fratre in Kalendas Martias ipse, proximos menses Verginio destinat; ut aliquod exercitui Germanico delinimentum. Jungitur Verginio Poppæus Vopiscus, prætextu veteris amicitiæ; plerique Viennensium honori datum interpretabantur. Ceteri Consulatus ex destinatione Neronis, aut Galbæ, mansere. Cælio ac Flavio Sabinis, in Iulias: Ario Antonino* (a) *& Mario Celso, in Septembres; quorum honori ne Vitellius quidem victor intercessit. Sed Otho, Pontificatus Auguratusque honoratis iam Senibus cumulum dignitatis addidit: & recens ab exsilio reversos nobiles Adolescentulos, avitis ac paternis Sacerdotiis in solatium recoluit. Redditus Cadio Rufo, Pedio Blæso, Sevino Promptino, Senatorius locus; qui repetundarum criminibus sub Claudio ac Nerone, ceciderant. Placuit ignoscentibus, verso nomine, quod avaritia fuerat, videri maiestatem; cuius tum odio, etiam bonæ leges peribant.*

LXXVIII. *Eadem largitione, Civitatum quoque ac Provinciarum animos aggressus; Hispaliensibus & Emeritensibus Familiarum adiectiones: Lingonibus universis Civitatem romanam: Provinciæ baticæ Maurorum Civitates dono dedit: nova intra Cappadociæ, nova Africæ; ostentui magis quam mansura. Inter quæ, necessitate præsentium verum, & instantibus curis, excusata, ne tum quidem immemor amorum; statuas Poppææ per Senatus consultum reposuit. Creditus est etiam de celebranda Neronis memoria agitavisse; spe vulgum* (b) *alliciendi. Et fuere qui imagines Neronis* (*) *proponerent: atque etiam Othoni, quibusdam diebus populus, & miles, iam-*

LXXVII. Otone lo governava come in gran pace; parte con deguità: parte abborracciando senza decoro, secondo che il tempo chiedea. Stette Consolo con Tiziano suo Fratello, Gennaio, e Febbraio: li due seguenti mesi concedette a Virginio. (per un poco addolcire il Germano esercito), e a Poppeo Vopisco, come a suo Amico vecchio; molti dicevano per onorare i Viennesi. e confermò Celio e Flavio Sabini, destinati da Nerone per Maggio, e Giugno: e Ario Antonino e Mario Celso, da Galba, per Luglio, e Agosto; nè Vitellio vincitore tolse loro tal dignità. Molti Vecchi già d'onor carichi. Otone colmò di Ponteficati, Agurati: e molti nobili Giovani tornati d' esiglio riconfortò, rendendo loro i Sacerdozj antichi di lor Famiglie. Fu renduto il grado di Senatori a Cadio Rufo, a Pedio Bleso, a Sevio Pontino; perduto sotto Claudio, e Nerone, per pubbliche storsioni. Piacque a chi perdonò, che, quel che fu avarizia, cambiato nome, apparisse offesa maestà; per lo cui odio allora, le leggi anche buone perivano.

Con regali, e sollazzi fa breccia Otone.

LXXVIII. Prese con simile larghezza gli animi delle Città, e Provincie. Ispali ed Emerita, Colonie, rifornì di Famiglie. Tutti i Lingoni, fece Cittadini romani: donò le Città de' Mauri alla Provincia betica: leggi nuove alla Cappadocia, e all' Affrica; più per mostra, che di durata; cose allora necessarie, e scusate. Nè in quel gran pensieri gli uscì del capo il ruzzo degli amori: e fece rimettere per decreto del Senato le statue a Poppea. E credesi che, per guadagnarsi il Popolo, trattasse di celebrar la memoria di Nerone. E fu chi gli rimise le statue, e gridarono alcuni giorni il popolo, e i soldati, VIVA NERONE OTONE; qua-

(a) Dell'ottimo Antonino Pio imperadore *avus maternus Arrius Antoninus bis consul bonis sanctus*, dice Giulio Capitolino *in Antonin.* I.

(b) Il popolo che non pensava, se non di feste e giuochi, ne avea da Nerone quanto ne voleva, e però il nome e la memoria di Nerone gli era accetta. V. Suet. *in Ner.* LVII.

(*) *reponerent*.

tamquam nobilitatem ac decus adstruevent: NERONI OTHONI, acclamavit. ipse in suspenso tenuit, vetandi metu, vel agnoscendi pudore.

Inter civilis belli motus, Rhoxolani, Sarmatica gens, Mœsiam invadunt: primum victores, mox victi.

LXXIX. *Conversis ad civile bellum animis, externa sine cura habebantur. eo audentius Rhoxolani, Sarmatica Gens, priore hieme, cæsis duabus cohortibus, magna spe ad Mœsiam irruperant, novem millia equitum; ex ferocia & successu, prædæ magis quam pugnæ intenta. Igitur vagos, & incuriosos, Tertia legio, adiunctis auxiliis, repente invasit. apud Romanos omnia prælio apta. Sarmatæ dispersi, aut cupidine prædæ graves onere sarcinarum, & lubrico itinerum adempta equorum pernicitate, velut vincti cædebantur. namque mirum dictu, ut sit omnis Sarmatarum virtus, velut extra ipsos. Nihil ad pedestrem pugnam tam ignavum; ubi per turmas advenere, vix ulla acies obstiterit. sed tum humido die, & soluto gelu, neque conti, neque gladii, quos prælongos utraque manu regunt, usui, lapsantibus equis, & cataphractarum pondere (id Principibus & nobilissimo cuique, tegmen, ferreis laminis, aut præduro corio consertum, ut adversus ictus impenetrabile, ita impetu hostium provolutis inhabile ad resurgendum), simul altitudine, & mollitia nivis, hauriebantur. Romanus miles facili lorica, & missili pilo, aut lanceis, adsultans, ubi res posceret, levi gladio inermem Sarmatam (neque enim defendi scuto mos est) comminus fodiebat. donec pauci, qui prælio superfuerant, paludibus abderentur; ibi sævitia, hic miseria vulnerum absumpti. Postquam id Romæ compertum, M. Aponius Mœsiam obtinens, triumphali statua, Fulvius Aurelius, & Iulianus Titius, ac Numisius Lupus, Legati Legionum, Consularibus ornamentis donantur; læto Othone, & gloriam in se trahente, tamquam & ipse felix bello, & suis Ducibus, suisque exercitibus, Rempublicam auxisset.*

Tra' civili bollori i Rossolani Sarmati invadon la Mesia, vincitori, poi vinti.

quasi raddoppiandoli novello splendore. peritossi a proibirlo, e vergognossi d'accettarlo.

LXXIX. A questa guerra civile si voltarono tutti gli animi: e le cose di fuori si trascuravano; onde nove mila cavalli Rossolani, Gente Sarmata, lo verno avanti ardirono, uccise due coorti, assaltar la Mesia con grandi speranze: e per la ferocità, e successo più intesi a rubare, che a combattere; onde la legion Terza co' suoi aiuti, e con tutti gli ordini per combattere, gl'investì subitamente. Sparsi, e senza pensiero, e non potendo i cavalli carichi di fardelli per quelle vie sdrucciolanti correre, erano come pecore macellati; essendo gran cosa, che tutto il podere de' Sarmati sia, come dir, fuor di loro. A piede niente vagliono; a cavallo una torma non la terrebbe un esercito. ma quel dì, essendo molliccio, e didiacciato, le loro pertiche, e spadoni a due mani fur disutili; tracollando i cavalli per lo peso degli uomini d'arme (questi eran Principi, o Signori coperti di piastre di ferro, o duro cuoio da tutta botta, ma gettati per terra da urto di nimici, non si potevan rizzare): o nella neve alta e tenera affogando; là dove il soldato Romano in corazza arrendevole, con dardi o lance, o alle mani con la spada leggieri, avventandosi forava lo ignudo Sarmata, che non usa scudo. Pochi avanzati alla battaglia si nascosero per le paludi: e vi perirono per lo freddo, e per le ferite. Quando queste cose si seppero in Roma; M. Aponio che reggeva la Mesia, ebbe la statua trionfale: Fulvio Aurelio, Giuliano Tizio, e Nimisio Lupo, Legati di Legioni, le insegne consolari; rallegrandosi Otone, e gloriandosi, d'avere con sua felice guerra, e suoi Capitani, ed eserciti, accresciuto lo Stato;

Ortam in Vrbe seditionem Otho aegre componit.

LXXX. *Parvo interim initio, unde nihil timebatur, orta seditio, prope Vrbi excidio fuit. septimamdecimam cohortem, e Colonia Hostiensi, in Vrbem acciri Otho iusserat. armandæ eius*

A stenta cheta Otone un tumulto in Roma.

LXXX. quando, da picciola cagione, onde meno s'aspettava, nacque sollevamento, che ebbe a rovinar la Città. Otone ordinò che la coorte Diciassettesima, tenuta in Ostia, venisse

ius cura Vario Crispino Tribuno e Prætorianis data. Is, quo magis vacuus, quietis castris iussa exsequeretur; vehicula cohortis, incipiente nocte, onerari aperto armamentario iubet. Tempus, in suspicionem: causa, in trimen: affectatio quietis, in tumultum evaluit: & visa inter tumultuantes arma, cupidinem sui movere. Fremit miles, & Tribunos, centurionesque, proditionis arguit; tamquam Familiæ (a) *Senatorum, ad perniciem Othonis, armarentur: pars ignari & vino graves: pessimus quisque in occasionem prædarum: vulgus, ut mos est, cuiusque motus novi cupidum: & obsequia meliorum nox abstulerat. Resistentem seditioni Tribunum, & severissimos centurionum obtruncant: rapta arma, nudati gladii, insidentes equis; Vrbem, ac Palatium, petunt.*

LXXXI. *Erat Othoni celebre convivium primoribus Feminis, Virisque, qui trepidi, fortuitus ne militum furor, an dolus Imperatoris, manere ac deprehendi, an fugere & dispergi, periculosius foret; modo constantiam simulare, modo formidine detegi, simul Othonis vultum intueri. Vsque eo venit inclinatis ad suspicionem mentibus, cum timeret Otho, timebatur. sed haud secus discrimine Senatus, quam suo, territus; & Præfectos Prætorii ad mitigandas militum iras statim miserat: & abire propere omnes e convivio iussit. Tum vero passim Magistratus proiectis insignibus, vitata comitum & servorum frequentia, Senes Feminæque per tenebras, diversa Vrbis itinera, vari domos, plurimi amicorum tecta, & ut cuique humillimus cliens, incertas latebras petivere.*

LXXXII. *Militum impetus ne foribus quidem Palatii coercitus quo minus convivium irrumperent, ostendi sibi Othonem expostulantes; vulnerato Iulio Martiale Tribuno, & Vitellio Saturnino Præfecto Legionis, dum ruentibus obsistunt. undique arma & minæ, modo in centuriones, Tribunosque, modo*

nisse in Roma. Vario Crispino Tribuno Pretoriano, che ebbe la cura d'armarla, per meno confusione, dormente il Campo; all'una ora di notte aperse l'armeria, e cominciò a caricare. L'ora fu a sospetto: la cagione presa per colpa: e la procurata quiete levò rumore; e, vedute l'armi, venne voglia a quelli ubbriachi d'adoperarle. Sbuffano i soldati: chiamano traditori i centurioni; come se armassero le Famiglie de' Senatori contro a Otone: alcuni senza saper altro scaldati dal vino, i peggiori per occasion di rubare: il volgo vago al solito d'innovare: e non lasciava il buio ubbidire i migliori. ammazzano un Tribuno, che alla sedizion s'opponeva, e i più severi centurioni: danno di piglio all'armi: montano a cavallo, con le spade ignude: entrano in Roma, in Palagio,

LXXXI. ove Otone facea nobil convito a principali Donne, e Uomini, i quali andaron tutti sozzopra; non sapendo, se ciò era proprio furor di soldati, o tradimento d'Otone: se peggio lasciarsi pigliare, o fuggire; or faceano il costante, or gli scopria la paura, e guardavanlo in viso. Esso, come fanno gli insospettiti, spaurito, impauriva: e temendo del pericolo de' Senatori, più che del suo; mandò capi Pretoriani a raddolcire i soldati: e licenziò incontanente il convito. Vedresti i Graduati, gittate le insegne via, schifata ogni comitiva di schiavi, e d'Amici, vecchi, e donne, di notte correre per le strade: pochi alle lor case; ma appiattarsi in quelle di lor Amici, e partigioni i più minuali.

LXXXII. I soldati sforzano la porta del Palagio: corrono all'apparecchio: domandano, dove è Otone: fediscono Giulio Marziale Tribuno, e Vitellio Saturnino Capo di Legioni, paratisi avanti alla furia. tutto è arme, e minacce a' centurioni, a' Tribuni, a tutto 'l Senato. pazzi per so-

(a) Formate nella maggior parte di schiavi.

do in Senatum universum, lymphatis cæco pavore animis. & quia neminem unum destinare iræ poterant, licentiam in omnes poscentibus; donec Otho, contra decus Imperii, thoro insistens, precibus & lacrymis ægre cobibuit; redieruntque in castra inviti, neque innocentes. Postera die, velut capta Urbe, clausæ domus: rarus per vias Populus: mœsta plebs: dejecti in terram militum vultus: ac plus tristitiæ, quam pœnitentiæ. Manipulatim allocuti sunt Licinius Proculus, & Plotius Firmus, Præfecti: ex suo quisque ingenio, mitius aut horridius. Finis sermonis in eo: ut quina millia nummûm singulis militibus numerarentur. Tum Otho ingredi castra ausus, atque illum Tribuni, centurionesque, circumsistunt: abjectis militiæ insignibus (a), *otium & salutem flagitantes. Sensit invidiam miles: & compositus in obsequium, auctores seditionis ad supplicium ultro postulabat.*

Othonis oratio.

LXXXIII. *Otho, quamquam turbidis rebus, & diversis militum animis, cum optimus quisque remedium præsentis licentiæ poscaret, vulgus & plures, seditionibus & ambitioso Imperio lati, per turbas & raptus facilius ad civile bellum impellerentur: simul reputans non posse Principatum scelere quæsitum, subita modestia, & prisca gravitate retineri; sed discrimine Urbis, & periculo Senatus anxius, postremo ita disseruit:* „ *Neque ut affectus vestros in amorem mei accenderem, Commilitones, neque ut animum ad virtutem cohortarer (utraque enim egregie supersunt); sed veni postulaturus a vobis temperamentum vestræ fortitudinis, & erga me modum caritatis. Tumultus proximi initium, non cupiditate, vel odio (quæ multos exercitus in discordiam egere): ac ne detrectatione quidem, aut formidine periculorum, nimia pietas vestra acrius quam consideratius excitavit; nam sæpe honestas rerum causas, in judicium*

„ *ad-*

sospetto, e ciechi, non potendo aver collera con alcun particolare; la voleano sfogar con tutti. Otone, contro alla dignità dell'Imperio, si rizzò in su 'l letto, e con preghi, e lagrime, li raffreno affatica: e tornaronsi malvolentieri al Campo, e non senza aver fatto del male. Lo dì vegnente, come fusse la Città presa, erano serrate le case, le vie vote, la plebe mesta, i soldati guardavano in terra, pensierosi più, che pentiti. Parlarono a ogni squadra Licinio Procolo, e Plozio Firmo Prefetti: ciascuno secondo sua natura, o brusco, o dolce. La conchiusion fu: Che si contasse fiorini centoventicinque per testa. All'ora Otone s'ardì d'entrare in Campo. centurioni, e Tribuni, gli fanno cerchio: e gittate loro armi in terra, chieggiono riposo, e salute. I soldati conobbero lo scandalo: e disposti a ubbidire, chiedevano essi gli autori della sollevazione al supplizio.

Sua arringa.

LXXXIII. Otone, benchè in tanto travaglio, e diversità d'animo de' soldati, chiedenti i migliori il gastigo di questa insolenza: e il volgo, e i più (come chi gode delle sedizioni, e gareggiamenti dell'Imperio) stimolati per garbugli, e rapine a guerra civile; stimando ancora non potersi un Principato di mal'acquisto, con subita modestia, e antica gravità ritenere: e dubitando d'un sacco in Roma, e del pericolo del Senato, finalmente così parlò: „ Non vengo io, Compagni „ miei, per accendere in voi affetto „ verso di me, nè coraggio a virtù, „ che troppo vi abbondano; ma per „ pregarvi, che nell'uno, e nell'altro „ vi moderiate. Moveste il passato „ tumulto, non per cupidigia, o per „ odio (che hanno messo molti eser- „ citi in discordia), nè per fuggire, „ o temer pericoli; ma per bontà so- „ verchia, meno considerata che pron- „ ta; seguendo spesso a ottime cagio- „ ni, se non adopri il giudicio, pes- „ simi effetti. Noi andiamo alla guer-

„ ra.

(a) La spada detta in latino *paragonium* che portavano sospesa al fianco era la divisa de' Tribuni; de' Centurioni un baston di vite. Di questo bastone v. T.III. al Trai. c.XC. annot.a.

„ *adhibeas, perniciosi exitus consequuntur. Imus ad bellum. num omnes* „ *nuntios palam audiri, omnia consilia* „ *cunctis præsentibus tractari, ratio* „ *rerum, aut occasionum velocitas pa-* „ *titur? Tam nescire quædam milites,* „ *quam scire, oportet. Ita se Ducum* „ *auctoritas, sic rigor disciplinæ ha-* „ *bet; ut multa etiam centuriones Tri-* „ *bunosque tantum iuberi expediat. Si,* „ *ubi iubeantur, quærere singulis li-* „ *ceat; pereunte obsequio, etiam Impe-* „ *rium intercidis. An & illic nocte in-* „ *tempesta rapientur arma? Vnus al-* „ *terve perditus ac temulentus (neque* „ *enim plures consternatione proxima* „ *insanisse crediderim) centurionis ac* „ *Tribuni sanguine manus imbues? Im-* „ *peratoris sui tentorium irrumpet?*

LXXXIV. „ *Vos quidem istuc pro* „ *me. Sed in discursu ac tenebris, &* „ *rerum omnium confusione, patefieri* „ *occasio etiam adversus me potest. Si* „ *Vitellio & satellitibus eius eligendi* „ *facultas detur; quem nobis animum,* „ *quas mentes imprecentur? quid aliud* „ *quam seditionem & discordiam, opta-* „ *bunt? ne miles centurioni, ne cen-* „ *turio Tribuno obsequatur: hinc con-* „ *fusi pedites equitesque in exitium* „ *ruamus. Parendo potius, Commilito-* „ *nes, quam imperia Ducum sciscitan-* „ *do, res militares continentur? & for-* „ *tissimus in ipso discrimine exercitus* „ *est, qui ante discrimen quietissimus.* „ *Vobis arma & animus sit; mihi con-* „ *silium, & virtutis vestræ regimen,* „ *relinquite. Paucorum culpa fuit;* „ *duorum pœna erit. ceteri abolete* „ *memoriam fœdissimæ noctis. Nec il-* „ *las adversus Senatum voces ullus* „ *unquam exercitus audiat. Caput Im-* „ *perii, & decora omnium Provincia-* „ *rum, ad pœnam vocare, non hercle* „ *illi, quos cum maxime Vitellius in* „ *nos ciet, Germani audeant. Vlli ne* „ *Italiæ alumni, & romana vere Iu-* „ *ventus, ad sanguinem & cædem de-* „ *posceret Ordinem, cuius splendore* „ *& gloria, sordes & obscuritatem Vi-* „ *tellianarum partium perstringimus?* „ *Nationes aliquas occupavit Vitellius:* „ *imaginem quandam exercitus habet;* „ *Senatus nobiscum est. Sic fit, ut* „ *hinc Respublica, inde hostes Rei-*

pu-

„ ra. vuol' egli il dovere, o le oc-
„ casioni che fuggono, che tutti gli
„ avvisi si leggano, tutti i consigli si
„ trattino in presenza di tutti? E'co-
„ sì bene, i soldati non sapere alcu-
„ ne cose, come saperle. L'autorità
„ de' Capi, il rigor degli ordini, vuo-
„ le molte cose commettersi a' Tri-
„ buni, e centurioni in segreto. Se
„ ogni fante ha da sapere il perchè;
„ si perderà l'ubbidienza, e l'Impe-
„ rio dietrole. Darassi per questo
„ all'arme di mezza notte? imbrat-
„ terassi le mani uno, o due sgrazia-
„ ti, e briachi, nel sangue del suo
„ centurione, e Tribuno? (chè più
„ non credo inalberassero nel passato
„ spavento). Sforzerà il padiglione
„ del suo Imperadore?

LXXXIV. „ Oh, voi il faceste per
„ me. Sì; ma quel soqquadro, e bu-
„ io, e confusion d'ogni cosa, pote-
„ va voltarsi contra di me. Che pos-
„ son Vitellio, e le sue lance chie-
„ dere a lingua più che mali animi,
„ e menti, e sedizioni, e discordie
„ tra noi? che il soldato non ubbi-
„ disca al centurione, nè questi al
„ Tribuno: e tutti confusi, cavalli,
„ e fanti, precipitiamo. Vbbidienza,
„ Compagni miei, fa buon soldati,
„ non curiosità: e quello esercito nel-
„ la prova è fortissimo, che innanzi
„ alla prova sta quietissimo. Abbiate
„ voi armi, e cuore; lasciate a me
„ il consiglio, e 'l maneggio della vo-
„ stra virtù. Pochi peccarono; due
„ ne punirò, dimenticatevi tutti voi
„ altri quella bruttissima notte. Niu-
„ no esercito senta già mai quelle vo-
„ ci contro al Senato. chiedere al
„ gastigo il capo dell'Imperio, lo
„ splendor di tutti i vassalli? non l'ar-
„ direbbero que' Germani che Vitel-
„ lio più che altri ci spigne contro.
„ e chiederanno i veri Italiani, e la
„ Gioventù romana il sangue, e la mor-
„ te di quei veneraudi, con la cui luce,
„ e gloria noi abbagliamo l'oscurità,
„ e l'infamia della parte Vitelliana?
„ Vitellio ha qualche Nazione dalla sua:
„ ha di esercito qualche immagine; e
„ noi abbiamo il Senato dal nostro;
„ che vuol dire, che qui sta la Re-
„ pubblica, e colà i suoi nimici. Cre-

„ dete

„ *publicæ constiterint. Quid? vos pul-*
„ *cherrimam hanc Vrbem, domibus &*
„ *tectis, & congestu lapidum, stare*
„ *ereditis? Muta ista, & inanima,*
„ *intereidere, ac reparari, promiscue*
„ *possunt; æternitas rerum, & pax*
„ *Gentium, & mea cum vestra salus,*
„ *incolumitate Senatus firmatur. Hunc,*
„ *auspicato, a Parente & Conditore*
„ *Vrbis nostræ institutum, & a Re-*
„ *gibus usque ad Principes continuum*
„ *& immortalem, sicut a Maioribus*
„ *accepimus, sic Posteris tradamus.*
„ *nam ut ex vobis Senatores, ita ex*
„ *Senatoribus Principes nascuntur".*

„ dete voi che questa bellissima Città
„ consista nelle case, e tetta, e pie-
„ tre ammassate? queste non hanno
„ sentimento, nè anima: si guastano,
„ e racconciano; l'eternità dell'Im-
„ perio, la pace del Mondo, la salu-
„ te mia, e vostra, pende da quella
„ del Senato. Ei fu criato a buona
„ Stella del Padre, e Fondator della
„ nostra Città: da' Re a' Principi sem-
„ pre continuò. rendiamolo anche
„ noi, come ci fu consegnato, immor-
„ tale; perchè di voi si fanno i Sena-
„ tori, e de' Senatori i Principi.

LXXXV. *Ea oratio ad perstringendos, mulcendosque, militum animos, & severitatis modus (neque enim in plures quam in duos animadverti iusserat) grate accepta: compositique ad præsens qui coerceri non poterant. Non tamen quies Vrbi redierat; strepitus telorum, & facies belli erat: militibus, ut nihil in commune turbantibus, ita sparsis per domos, occulto (a) habitu, & maligna cura in omnes quos nobilitas, aut opes, aut aliqua insignis claritudo, rumoribus obiecerat. Vitellianos quoque milites venisse in Vrbem ad studia partium noscenda, plerique credebant. Vnde plena omnia suspicionum: & vix secreta domuum sine formidine; sed plurimum trepidationis in publico: ut quemque nuntium Fama attulisset, animum vultumque conversi: ne diffidere dubiis, ac parum gaudere prosperis viderentur. Cœtu vero in Curiam Senatu, arduus rerum omnium modus; ne contumax silentium, ne suspecta libertas. & privato Othoni nuper, atque eadem dicenti, nota adulatio. Igitur versare sententias, & huc atque illuc torquere, hostem, & parricidam, Vitellium vocantes. Providentissimus quisque, vulgaribus conviciis: quidam, vera probra iacere, in clamore tamen, & ubi plurimæ voces, aut tumultu verborum sibi ipsi obstrepentes.*

LXXXV. Punse, e addolcì questo accomodato parlare i soldati: e piacque la poca rigidezza del punirne due soli; e posaronsi per allora quei che non poteano esser frenati. Non era già riposo in Roma; ma strepito d'armi, e faccia di guerra; perchè i soldati, benchè in pubblico niente movessero, con tutto ciò sparsi per le case, travestiti codiavano tutti coloro che nobiltà, ricchezza, o altro splendore, esponeva a' pericoli: e credevasi esservi gente di Vitellio a spiare gli animi de' partigiani. onde ogni cosa era sospetta, insino alle segrete camere; ma fuora ad ogni nuova buona, o ria, si cambiava animo, e volto, per non mostrare, o dottanza, o poca allegrezza. A mali partiti erano in Senato i Padri; convenendo tacere, e parlare con le seste: e l'adulare era troppo noto a Otone, stato pur or cortigiano. Variavansi adunque ne' pareri: e di qua, e di là gli storcevano; chiamando Vitellio nimico, e parricida. Chi più cervello aveva, ne diceva mali comuni: chi meno, i veri; ma tra le grida però, e quando le voci di molti, o essi Padri con l'affoltarsi, nascondevano le parole.

(a) In abito non militare, ma volgare, all'uso delle spie. *Sic etiam a militibus Romæ temerarii capiuntur. Adsidet tibi miles habitu plebeio, atque ubi cœpit maledicere Cæsari, tu veluti pignore fidei eius accepto quod ille convicium suspicatus est dicis & ipse quæ sentis, deinde vinctus in carcerem abduceris.* Arriano *in epict.* IV. 13.

Prodigia imminentium cladium præsumta.

LXXXVI. *Prodigia insuper terrebant, diversis auctoribus vulgata; in vestibulo Capitolii omissas habenas bigæ cui Victoria insteterat: erupisse cella* (a) *Iunonis maiorem humana speciem: statuam divi Iulii in Insula Tiberini amnis, sereno & immoto die, ab Occidente in Orientem conversam: prolocutum in Etruria bovem: insolitos animalium partus: & plura alia, rudibus sæculis, etiam in pace observata, quæ nunc tantum in metu audiuntur. Sed præcipuus, & cum præsenti exitio, etiam futuri pavor, subita inundatione Tiberis; qui immenso auctu, prorupto Ponte Sublicio, ac strage obstantis molis refusus, non modo iacentia & plana Vrbis loca, sed secura huiusmodi casuum, implevit* (b). *rapti e publico plerique: plures in tabernis & cubilibus intercepti: fames in vulgus, inopia quæstus, & penuria alimentorum. corrupta stagnantibus aquis Insularum fundamenta; dein, remeante flumine, dilapsa. Vique primum vacuus a pericula animus fuit, id ipsum, quod paranti expeditionem Othoni, Campus Martius, & via Flaminia, iter belli esset obstruendum, a fortuitis vel naturalibus causis; in prodigium & omen imminentium cladium vertebatur.*

Prodigii, forieri di stragi imminenti.

LXXXVI. Spaventosi segni oltre a ciò erano rapportati; cadute le briglie alla carretta, ov' era la Vittoria all' entrare di Campidoglio: uscita della cappella di Giunone un' ombra d' uomo maggior che naturale: rivoltatasi di mezzo di sereno, e quieto, la statua del divin Giulio nell' Isola del Tevere, da Ponente a Levante: un bue in Toscana aver favellato: più mostri nati: e altre ubbie osservate ne' rozzi secoli ancor nella pace; oggi a pena vi si bada nelle paure. Portò bene danno presente, e spavento di futuro, il subito allagamento del Tevere, che alzato a dismisura rovinò il Ponte Sublicio: e per quella materia tenendo in collo, cavalcò non pure i luoghi bassi, e piani della Città, ma i non più allagati. molta gente colta allo scoperto, ne menò, o affogò nelle case e botteghe. la plebe affamò; non trovando da vivere, nè da lavorare. l' acqua ferma intenerío le fondamenta; scolando quella, rovinavan le case. Otone, come prima si rispirò dal pericolo, s' ordinò per partire alla guerra: e trovato, per cagioni di Fortuna, o di natura, chiuso Campo Marzio, e la via Flaminia, onde doveva passare; fu preso per segno di futura rovina.

Belli consilia; Othonisque duces.

LXXXVII. *Otho, lustrata Vrbe, & expensis belli consiliis, quando Penine Cottiæque Alpes, & ceteri Galliarum aditus Vitellianis exercitibus claudebantur; Narbonensem Galliam aggredi statuit, classe valida & partibus fida; quod reliquos cæsorum ad Pontem Milvium, & sævitia Galbæ in custodiam habitos, in numeros Legionis compegerat: facta & ceteris spes honoratioris in posterum militiæ. Addidit classi Vrbanas cohortes, & plerosque e Prætorianis, vires & robur exercitus: atque ipsis Ducibus consilium & custodes. Summa expeditionis Antonio Novello, Svedio Clementi primipilaribus, Æ-*

Consigli di guerra. Duci d'Otone.

LXXXVII. Purgò con sagrificj la Città: e fatto consiglio della guerra, perchè i Vitelliani tenevano l' Alpi Penine, e Cozie, e gli altri passi in Gallia; deliberò assaltare la Gallia Narbonese con forte armata, e fedele; per aver fatti soldati legionarj gli avanzati al macello di Pontemolle, e tenuti in carcere da Galba: e promesso agli altri soldo più onorato. Rinforzò l' armata di coorti Romane, e de' più de' Pretoriani, nerbo e fior di tutto l' esercito: alli stessi Capi guardia, e consiglio. La cura dell' impresa diede a Antonio Novello, Svedio Clemente primopilari, e a Emilio

(a) Era questa cappella di Giunone attaccata al tempio di Giove Capitolino, e sotto il medesimo tetto.

(b) Leggonsi simili casi d' orribili inondazioni del Tevere in Cornelio Meyer: *Arte di restituire a Roma la tralasciata navigazione del suo Tevere.*

Æmylio Pacensi, cui ademptum a Galba Tribunatum reddiderat, permissa. curam navium Oscus libertus retinebat; ad observandam honestiorum fidem invitatus. peditum equitumque copiis Svetonius Paullinus, Marius Celsus, Annius Gallus Recloves destinati. sed plurima fides Licinio Proculo Prætorii Præfecto. Is Vrbanæ militiæ impiger, bellorum insolens, auctoritatem Paullini, vigorem Celsi, maturitatem Galli, ut cuique erat, criminando (quod facillimum factu est), pravus & callidus, bonos & modestos anteibat.

Cornelius Dolabella in coloniam Aquinatem sepositus.

LXXXVIII. *Sepositus per eos dies Cornelius Dolabella in Coloniam Aquinatem, neque arcta custodia, neque obscura; nullum ob crimen: sed vetusto nomine, & propinquitate Galbæ, monstratus. Multos e Magistratibus, magnam Consularium partem, Otho, non participes aut ministros bello, sed comitum specie, secum expedire iubet. in quis & L. Vitellium, eodem quo ceteros cultu, nec ut Imperatoris Fratrem, nec ut hostis. Igitur motæ Vrbis curæ: nullus Ordo metu aut periculo vacuus: primores Senatus ætate invalidi, & longa pace desides: segnis & oblita bellorum Nobilitas: iguarus militiæ Eques; quanto magis occultare ac abdere pavorem nitebantur, manifestius pavidi. Nec deerant e contrario, qui ambitione stolida, conspicua arma, insignes equos, quidam luxuriosos apparatus, convivierum & irritamenta libidinum, ut instrumenta belli, mercarentur. Sapientibus, quietis, & Reipublicæ curæ: levissimus quisque, & futuri improvidus, spe vana tumens: multis afflicta fides in pace, ac turbatis rebus alacres, & per incerta tutissimi.*

Cornelio Dolabella sequestrato nella Colonia d'Aquino.

LXXXVIII. Riposto fu in que' dì nella Colonia d' Aquino Cornelio Dolabella in prigionia nè stretta, nè dubbia; non per peccato alcuno: ma per essere in listra de' gran Casati, e Parente di Galba. Menò seco Otone molti di Magistrato, gran parte de' Consolari, non per aiuti, o ministri della guerra; ma sotto pretesto di compagnia. tra gli altri L. Vitellio, stimato come gli altri, nè da Fratello d' Imperadore, nè da nimico. In tanto sollevamento, ogn'uno era in pensiero e pericolo: vecchi, e nella lunga pace annighittiti i primi Senatori: infingardi e scordati di guerre i Nobili: non soldati i Cavalieri, più timidi, quanto meno si mostravano. altri, per ambizioni sciocche spendevano in belle armi, nobili cavalli: altri in grandi apparecchi di conviti, lascivi incitamenti; come questi fussero solenni stromenti da guerra. I Saggi bramavano pace, e ben pubblico: i leggeri, e male accorti, gonfiavano di vana speranza: molti nella pace falliti, voleano garbuglio, nel pericolo godeano sicuri.

Otho profiscitur, quiete Vrbis curieque imperii Salvio Titiano fratri permissa.

LXXXIX. *Sed vulgus, & magnitudine nimia communium curarum expers Populus, sentire paulatim belli mala; conversa in militum usum omni pecunia, intentis alimentorum pretiis; quæ motu Vindicis, haud perinde plebem attriverant; secura tum Vrbe, & Provinciali bello, quod inter Legiones Galliasque, velut externum fuit. Nam, ex quo divus Augustus res Cæsarum composuit; procul & in unius sol-*

Parte Otone, al fratello Salvio Tiziano affidata la pubblica quiete, e cura.

LXXXIX. La plebe, e 'l Popolo, incapace de' pensieri pubblici, per lor grandezza, cominciava a sentir i frutti della guerra; essendo ne' soldati colato tutto il danaio, rincarati i viveri. il movimento di Vindice distrusse meno: la Città non corse pericolo: e la guerra fatta fuora tra le Legioni, e la Gallia fu quasi forestiera. Dappoichè il divino Augusto fermò lo stato de' Cesari, il Popol Roma-

Digitized by Google

sollicitudinem aut decus, Populus Romanus bellaverat: sub Tiberio & Caio, tantum pacis adversa pertimuere: Scriboniani contra Claudium incepta, simul audita & coercita: Nero nuntiis magis & rumoribus, quam armis depulsus; tum Legiones, classesque, & quod raro alias, Prætorianus Vrbanusque miles, in aciem deducti: Oriens, Occidensque, & quidquid utrimque virium est a tergo, si Ducibus aliis bellatum foret, longo bello materia. Fuere qui proficiscenti Othoni moras, religionemque, nondum conditorum (a) *Ancilium afferrent. Adspernatus omnem cunctationem, ut Neroni quoque exitiosam: & Cæcina, iam Alpes transgressus, exstimulabat.*

XC. *Pridie Idus Mart. commendata Patribus Republica, reliquias Neronianarum sectionum nondum in Fiscum conversas, revocatis ab exilio concessit; iustissimum donum, & in speciem magnificum, sed festinata exactione, usu sterile. Mox vocata concione, maiestatem Vrbis, & consensum Populi ac Senatus pro se, attollens, adversum Vitellianas partes modeste disseruit; inscitiam potius Legionum, quam audaciam, increpans; nulla Vitellii mentione: sive ipsius ea moderatio: seu Scriptor orationis sibi metuens, contumeliis in Vitellium abstinuit; quando, ut in consiliis militiæ Svetonio Paullino & Mario Celso, ita in rebus Vrbanis Galerii Trachali ingenio Othonem uti credebatur. & erant qui genus ipsum orandi nescerent, crebro Fori usu celebre, &, ad implendas Populi aures, latum, & sonans. Clamor, vocesque vulgi, ex more adulandi, nimiæ & falsæ. quasi Dictatorem Cæsarem, aut Im-*

mano non fece guerre, se non discosto, a rischio, e gloria d' un solo: sotto Tiberio, e Caio si patì solo per la pace: Scriboniano contro a Claudio fu fuoco di paglia: Nerone fu cacciato con le grida, anzi che con l' armi; dove allorta le Legioni, e le armate, e, quel che di rado avvenne, la guardia del Principe, e quella di Roma, si condussero a battaglie: il Levante e 'l Ponente con loro forze a tergo, se avessero avuti altri Capi, erano materia da guerreggiare un gran pezzo. Avendo alcuno fatto scrupolo a Otone del partirsi prima che gli Ancili fussero riposti, non ne volle udir nulla; perchè la rovina di Nerone fu il baloccare: e Cecina già sceso dall' Alpi il cacciava.

XC. A' quattordici di Marzo Otone raccomandò a' Padri la Repubblica: e fece a' ritornati da' confini di tutte le Neronesche condennagioni ancor non pagate, dono giustissimo, in apparenza magnifico: in effetto, magro; perchè i fiscali non le avean lasciate freddare. chiamò a parlamento, e al Cielo alzò la maestà di Roma: e l'unione del Senato, e del Popolo, nello eleggerlo. della parte contraria parlò riserbato; dicendoli ingannati, anzi che contumaci; senza nominar mai Vitellio, o per sua modestia: o pur non volle dirne male in quella diceria, per paura di sè Galerio Tracalo, che la compose; maneggiando le cose civili d' Otone, come Paulino e Celso le militari. e fu riconosciuto lo stile, per le molte cause difese, pien di parole, e gran romore, come piace al Popolo. Levò il popolo grida, e sconce laudi, solite, adulatrici e false. quasi per Cesare lo Dettatore, o per Augusto lo Imperadore, facevano a ga-

(a) Numa fondator della religione a Roma finse che fosser venuti dal Cielo certi scudi, i quali finchè si serbassero interi sarebbe sempre vittoriosa Roma. Non v' è però onore che a quest' arme difensiva non si rendesse da quel superstizioso Popolo. Ad ogni Marzo nelle feste di Marte si cavavano fuori detti scudi dal tempio di questo Dio, nel quale tenevansi tutto il resto dell' anno custoditi. Poichè avea stabilito Numa, che i Sacerdoti di Marte, detti *Salii*, dovessero *cælestia arma, quæ ancilia appellarentur, ferre, ac per Vrbem ire, canentes carmina, cum tripudiis, solemnique saltatu*. Liv. I. 20.

Imperatorem Augustum, prosequerentur; ita studiis votisque certabant: nec metu, aut amore; sed ex libidine servitii, ut in familiis privata cuique stimulatio, & vile iam decus publicum. Profectus Otho, quietem Vrbis curasque Imperii Salvio Titiano Fratri permisit.

a gara a mostrar affetto, e divozione; non per paura, nè per amore; ma per un istinto servile, come avvien fra gli schiavi; che ciascuno ha il suo fine particolare, poco curando l'onor del pubblico. Otone partì, lasciato Salvio Tiziano suo Fratello al governo della Città, e dell'Imperio.

IL FINE DEL PRIMO LIBRO.

***

sianis adversum. XXXVII. Vanus rumor, pavore belli, fastidioque Principum, pacis consilia inter exercitus fuisse agitata. XXXIX. Titianus & Proculus ad quartum a Bebriaco castra imperite promovent, & de prælio dubitant: XL. Otho, mora ægre, spei impatiens, rem in discrimen mitti iubet. XLI. Bebriacensis pugna. XLIV. Othonianorum fuga, & adversus Duces suos ira. XLV. Vitelliani victa castra intrant: victi victoresque, in lacrymas effusi, civilia bella detestantur. XLVI. Accepto cladis nuntio, Otho, consilii certus, milites amicosque solatia tentantes adloquitur; grassantem seditionem coercet: dein mortem sibi ipse consciscit. Iuxta eius regum quidam militum se interficiunt. L. Othonis ætas, exigo, fama. LI. Novata luctu ac dolore militum seditio. LII. Magna pars Senatus, Othonem secuta, extremum discrimen adit. LV. In tanto rerum motu, nihil Romæ trepidationis: spectantur ludi: audita Othonis morte, omnes Vitellio plausere. LVI. Gravis tamen Italiæ victor exercitus. LVII. Vitellio victoria sua nuntiatur, simulque transgressa in partes utraque Mauritaniæ. LX. Is centuriones promptissimos Othonianorum interficit: Duces absolvit. LXI. Marici, interere sese Fortuna auti, supplicium. LXII. Vitellii gula, & leges. LXIII. Dolabella cades. Triaria licentia: Galeriæ & Sextiæ modestia. LXV. Cluvius absolvitur. LXVI. Victæ legiones ferociunt. Quartadecimanorum & Batavorum iurgia. LXVII. Prætorianorum honesta missio: spargunturque legiones. LXVIII. Ticini tumultus alio tumultu sedatus. Verginii periculum. LXIX. Batavorum cohortes in Germaniam remissæ; amputati legionum auxiliorumque numeri: reliquum militiæ luxu corrumpitur. LXX. Vitellius Cremonam adventat, Interatque avide Bebriacenses campos: nec tot millia insepultorum civium exhorret. LXXI. Neronis libidines æmulatur: Consulatus dividit. LXXII. Falsus Scriboniamus mendacium cruce luit. LXXIII. Superbia socordiaque Vitellii, ob adactum in verba eius Orientem. LXXIV. At Vespasianus bellum armaque parat. LXXVI. Vespasianum nutantem firmat incenditque Mucianus. LXXVIII. Incitant quoque Vatum responsa. Carmeli montis Deique, ara & reverentia. LXXIX. In Ægypto, mox in Syria, Imperator salutatur Vespasianus. LXXXI. Ad ejus partes accedunt Reges Sohemus, Antiochus, Agrippa, & Regina Berenice. LXXXII. Belli consilia. Vespasianus occupat Ægyptum; Titus Iudæa instat: Mucianus ad bellum proficiscitur; pecuniasque, belli civilis nervos, conquirit. LXXXV. Mœsicæ ac Pannonicæ legiones, in partes transgressæ, Dalmaticum militem trahunt. Belli faces, Antonius Pei-

denti. XXXIX. Tiziano e Proculo da inetti piantano il campo a quattro miglia oltra Bebriaco: esitano sulla battaglia. XL. Otone noiato, impaziente ordina d' attischiare. XLI. Battaglia a Bebriaco. XLIV. Fuggono gli Otoniani: lor ira contro i Duci. XLV. Entrano i Vitelliani nel campo de' vinti: vinti e vincitori in lagrime detestano la civil guerra. XLVI. Intesa la rotta Otone, di sè risoloto, parla a soldati e Amici che cercan consolarlo: frena la nata sedizione: poi si dà morte: Soldati al suo rogo s' uccidono. L. Età, principj, fama d' Otone. LI. Sedizion rinata con lutto, e duolo dell' armata. LII. Gran parte di Senato d' Otone amica, in estremo rischio. LV. In tanto sobuglio, niente teme Roma: godonsi gli spettacoli: udito morto Otone, tutti per Vitellio. LVI. L' armata vittoriosa, flagello d' Italia. LVII. Vitellio ode sua vittoria: l' una Mauritania, e l' altra va da lui. LX. Vccide i centurioni più addetti a Otone: i Duci assolve. LXI. Castigato Marico, oso provarsi a Fortuna. LXII. Gola, e leggi di Vitellio. LXIII. Vcciso Dolabella. Licenziosa Triaria, modeste Galeria, e Sestia. LXV. Cluvio assolto. LXVI. Legioni vinte inferociscono. Quartadecimani, e Batavi, in rissa. LXVII. Onorato congedo a' Pretoriani: Legioni sparse. LXVIII. Tumulto al Ticino sedato da nuovo tumulto: rischio di Virginio. LXIX. Coorti di Batavi in Germania rimandate: dimembrate le coorti, e gli aiuti: il resto dell' armata guasto da lusso. LXX. Vitellio in Cremona: visita avido il Bebriacese campo, insensibile a tanti concittadini insepolti. LXXI. Imita le libidini di Nerone: i Consolati divide. LXXII. Vn finto Scriboniano punito di croce. LXXIII. Orgoglio, e tracotanza di Vitellio al sicurarsi dell' Oriente. LXXIV. Vespasiano prepara a guerra. LXXVI. Esita: l' assoda, e sprona Muciano. LXXVIII. I responsi anco degl' Indovini: ara, e rispetto del monte e Nume del Carmelo. LXXIX. Vespasiano gridato imperadore in Egitto, e 'n Soria. LXXXI. Gli si danno Soemo, Antioco, Agrippa, e Berenice Regina. LXXXII. Consiglio di guerra: Vespasiano occupa l' Egitto: Tito insiste sulla Giudea: Muciano a guerra: accoglie danaro, di guerra nerbo. LXXXV. Legioni di Mesia, e Pannonia datesi a Vespasiano, traggono le truppe Dalmate. Faci di guerra Antonio Primo, e Cornelio Fosco. LXXXVII. Vitellio vie sempre pigro, e scostumato, con pesante, e lussuriosa truppa a Roma s' accosta. LXXXVIII. Dopo strage di soldati, e plebe, entra in Roma come in

mus & Cornelius Fuscus. LXXXVII. Vitellius, in dies segnior corruptiorque, gravi ac luxuriante agmine Romæ propinquat. LXXXVIII. Post militum plebisque cædes, Vrbem, ut captam, ingreditur. XC. Magnificam de semetipso orationem habet. XCI. Humani divinique iuris expers, quædam tamen popularia usurpat. XCII. Munia Imperii Cæcina & Valens obeunt. XCIII. Militis in Vrbe otium, libidines, morbi ac mortes. Sedecim prætoriæ cohortes, quatuor Vrbanæ scribuntur. XCIV. Insolentia militis, & paucitas. Inopia simul & prodigentia Vitellii. Asiatici, liberti, opes. Vrbis miseria. XCV. Ingenti tamen paratu Vitellii dies natalis celebratur: ipse Neroni inferias facit. XCVI. Nuntiatæ defectionis Flavianæ rumores male coercet. XCVII. Excita tamen auxilia, sed necessitas dissimulata. XCIX. Instantibus hostibus, Cæcina ad bellum præmittitur. C. At is cum Lucilio Basso, Ravennati Misenensique classibus præposito, proditionem componit.

Città vinta. XC. Magnifica aringa di sè stesso: XCI. Del divino e uman diritto ignaro, a certe popolari cose dà mano. XCII. Cecina, e Valente alle cariche dell' Impero. XCIII. Truppa oziosa, e sfrenata a Roma: morbi, e morti. Soldansi sedici pretorie coorti; quattro urbane. XCIV. Truppa scarsa, e insolente. Vitellio, povero, e prodigo. Ricchezza d' Asiatico liberto. Miseria di Roma. XCV. A gran pompa pur si celebra il natal di Vitellio. Ei fa l'esequie a Nerone. XCVI. Mal reprime le voci sparse della deserzion Flaviana. XCVII. Chiamansi aiuti, dissimulata necessità. XCIX. Contro al nemico, ch'entra in furia, esce Cecina. C. Ma ordisce tradimento con Lucilio Basso Ammiraglio dell' oste di Ravenna e Miseno.

HÆC, CONSVLIBVS GALBA AVG. II., & T. VINIO CÆSIS, GESTA PAVCIS MENSIBVS.

Suff. M. Salvio Othone Avg.
Coss. L. Salvio Othone Titian.

An. V. C. dcccxxii. Ær. Chr. 69.

Suff. L. Verginio Rvfo II.
Coss. Pompeio Vopisco.

Suff. Cælio Sabino.
Coss. T. Flavio Sabino.

Suff. T. Arrio Antonino.
Coss. P. Mario Celso.

AVVENIMENTI DI POCHI MESI SOTTO I CONSOLI GALBA AVG. LA II. VOLTA, E T. VINIO VCCISI.

Sostituiti M. Salvio Otone Avg.
Consoli. L. Salvio Otone Tiziano.

An. di Roma dcccxxti. di Cristo 69.

Sostit. L. Virginio Rvfo la II. volta.
Cons. Pompeo Vopisco.

Sostit. Celio Sabino.
Cons. T. Flavio Sabino.

Sostit. T. Arrio Antonino.
Cons. P. Mario Celso.

Titus, ad Galbam missus, acceptis de eius interitu nuntiis, vastit iter.

I. *STRVEBAT iam Fortuna, in diversa parte Terrarum, initia causasque Imperio; quod varia sorte, lætum Reipublicæ, aut atrox, ipsis Principibus prosperum, aut exitio fuit. Titus Vespasianus e Iudæa, incolumi adhuc Galba, missus a Patre; caussam profectionis, officium erga Principem, & maturam petendis honoribus iuventam, ferebat. Sed vulgus fingendi avidum, disperserat: accitum in*

Tito spedito a Galba, intesa la di lui morte volta strada.

I. ORdiva la Fortuna in diversa parte del Mondo, principj, e cagioni d'altro travasamento dell' Imperio, variamente alla Repubblica lieto, o atroce: a' Principi felicità, o rovina. Tito Vespasiano fu dal Padre mandato di Giudea a Galba ancora regnante, per fargli servitù, e per esser in età da chieder onori. Ma il Popolo, che vuol cicalare, il faceva chiamato all'adozione; vedendo

il

in adoptionem, materia sermonibus, senium & orbitas Principis: & intemperantia Civitatis, donec unus eligatur, multos destinandi. Augebat famam, ipsius Titi ingenium quantacumque fortunæ capax: decor oris cum quadam maiestate: prosperæ Vespasiani res: præsaga responsa (a)*: & inclinatis ad credendum animis, loco omnium etiam Fortuna. Vbi Corinthi, Achaiæ Vrbe, certos nuntios accepit, de interitu Galbæ: & aderant qui arma Vitellii bellumque affirmarent; anxius animo, paucis Amicorum adhibitis, cuncta utrimque perlustrat: Si pergeret in Vrbem, nullam officii gratiam, in alterius honorem suscepti: ac se, Vitellio, sive Othoni, obsidem fore. sin rediret; offensam haud dubiam victoris. sed incerta adhuc victoria: & concedente in partes Patre; Filium excusatum. sin Vespasianus Rempublicam susciperet, oblivisciendum offensarum, de bello agitantibus.*

Paphiæ Veneris templum adit.

II. *His ac talibus inter spem metumque iactatum, spes vicit. Fuere qui accensum desiderio Berenices Reginæ, vertisse iter crederent. neque abhorrebat a Berenice iuvenilis animus; sed gerendis rebus nullum ex eo impedimentum. Iætam voluptatibus adolescentiam egit, suo, quam Patris Imperio modestior. Igitur oram Achaiæ, & Asiæ, ac læva maris prætervectus; Rhodum & Cyprum Insulas, inde Syriam audentioribus spatiis petebat. Atque illum cupido incessit adeundi visendique templum Paphiæ Veneris, inclytum per indigenas, advenasque. Haud fuerit longum initia religionis, templi situm, formam Deæ, neque enim alibi sic habetur, paucis disserere.*

III. *Conditorem templi Regem Aeriam vetus memoria. quidam ipsius Deæ nomen id perhibent. fama recentior*

il Principe vecchio, e solo: e non potendo la Città astenersi di non dare a molti il Principato, sino a che non è dato. Tanto più che il Giovane era, per natura, d' ogni grandezza capace: bello, con una certa maestà: le cose di Vespasiano prospere: in favore i responsi: e la Fortuna, che negli animi inclinati a credere val per tutte. Giunto in Corinto città di Acaia, ebbe avvisi certi della morte di Galba: e gli era detto, che Vitellio era armato, e faceva guerra; dal che travagliato fece con pochi Amici consiglio di tutto: „ Se io seguito il viag„ gio di Roma, preso per altri ono„ rare; chi me ne saprà grado? sarò „ statico di Vitellio, o d' Otone. Se „ io torno addietro; offendo al certo „ chi vincerà. mentre se ne dubita, „ se mio Padre s' accosterà a uno, „ io, Figliuolo, sarò scusato. se cer„ cherà l'Imperio per sè; che impor„ ta offendere, se si tratta di guer„ ra "?

Va al tempio di Venere Pafia.

II. Dibattuto per tali discorsi da timore, e speranza, questa superò, e tornò indietro. Alcuni dissero per martello della Reina Berenice (*b*). Il Giovane non le voleva male; ma non lasciava le faccende perciò. fu Giovane allegro, e di piaceri: più modesto nell' Imperio suo, che del Padre. Costeggiate adunque l'Acaia, e l'Asia, e la banda sinistra, navigò a Rodi, in Cipri: indi più ingolfato, in Soría. Veonegli disio di visitare il tempio di Venere in Pafo, celebrato da' Paesani, e da' Forestieri. Tedio non fia dir qui brevemente l' origine di questa divozione, il sito del tempio, e la forma della Dea, differente da quella degli altri luoghi.

III. L'antica memoria fa il tempio edificato dal Re Aeria. alcuno dice, che questo è il nome di essa Dea. la moder-

(*a*) Era Tito stato educato in Corte con Britannico sotto gli stessi maestri, e nelle stesse discipline: *quo quidem tempore aiunt metoposcopum e Narcisso Claudii liberto adhibitum ut Britannicum inspiceret, constantissime affirmasse illum quidem nullo modo, cæterum Titum, qui tunc prope adstabat, imperaturum.* Sveton. in *Tit.* II.

V'ebbe forse altri simili presagii, e oracoli a favor di Tito.

(*b*) Sorella d'Agrippa II. moglie d'Erode re di Calcide.

tior tradit, a Cinara (a) *sacratum templum, Deamque ipsam conceptam mari, huc appulsam; sed scientiam artemque haruspicum accitam, & Cilicem Thamyram intulisse: atque ita pactum, ut familiæ utriusque Posteri cærimoniis præsiderent. Mox, ne honore nullo Regium genus peregrinam Stirpem antecelleret; ipsa quam intulerant scientia Hospites cessere. Tantum Cinarades Sacerdos consulitur. Hostiæ, ut quisque vovit; sed mares deliguntur. certissima fides hædorum fibris. Sanguinem aræ offundere vetitum: precibus & igne puro altaria adolentur: nec ullis imbribus quamquam in aperto madescunt. Simulacrum Deæ non effigie humana: continuus orbis latiore initio, tenuem in ambitum, metæ modo exsurgens; & ratio in obscuro.*

derna Fama è, che Cinara sagrò il tempio: Venere nata del mare quivi arrivò: la scienza e arte dell'indovinare vi portò Tamira di Cilicia; con patto, che i discendenti suoi, e quei del Re, governassero la religione. Poscia, perchè i Reali avessero d'onore alcun vantaggio da' Forestieri; questi cederono a quelli la scienza portatavi. Non risponde se non Sacerdote del sangue di Cinara. Animale non si sagrifica se non maschio. credesi, che le viscere de' capretti mostrino il verissimo. Non è lecito versar sangue in su gli altari: porgonvi preghi, e fuoco puro: sono scoperti, e non vi piove. La immagine della Iddia è, non in forma umana, somigliantissima a piramide tonda. la ragione è occulta.

Ibi futura edoctus, & spe ingens, ad patrem, qui bellum Iudaicum profligaverat, redit.

IV. *Titus, spectata opulentia donisque Regum, quæque alia lætum antiquitatibus Græcorum genus incertæ vetustati affingit; de navigatione primum consuluit. Postquam pandi viam, & mare prosperum accepit; de se per ambages interrogat, cæsis compluribus hostiis. Sostratus (Sacerdotis id nomen erat), ubi læta & congruentia exta, magnisque consultis annuere Deam vidit; pauca in præsens & solita respondens, petito secreto, futura aperit. Titus aucto animo ad Patrem perrectus, suspensis Provinciarum & exercituum mentibus, ingens rerum fiducia accessit. Profligaverat bellum Iudaicum Vespasianus, oppugnatione Hierosolymorum reliqua; duro magis & arduo opere, ob ingenium mentis & pervicaciam superstitionis, quam quod satis virium obsessis ad tolerandas necessitates, superesset. Tres, ut supra memoravimus, ipsi Vespasiano Legiones erant exercitæ bello: quatuor Mucianus obtinebat in pace; sed æmulatio, & proximi exercitus gloria, repulerat segnitiam: quantumque illis roboris discrimina, & labor; tantum his vigoris addiderat integra quies, & inexpertus belli labor. auxilia utrique cohortium alarumque, & classes, Regesque, ac nomen dispari fama celebre:*

Ivi istruito del futuro, pien di speme torna al Padre che finito avea la guerra Giudaica.

IV. Tito, veduti que' ricchi doni de' Re, e i miracoli, che i Greci, vaghi di antichità, fingono nell' oscurità de' tempi; si consigliò la prima cosa del navigare. e, udito, che il viaggio era aperto, il mare tranquillo; domandò per modo coperto di sua ventura, e molti animali sagrificò. Sostrato il Sacerdote, vedute l' interiora belle, ben disposte, e che la Iddia alle gran domande inchinava; gli rispose poche cose, e generali: e chiamatolo al segreto, gli aperse quantunque doveva avvenirgli. Giunse al Padre, e alle Provincie, e agli eserciti sospesi, tutto incorato, e pien di speranze. Vespasiano aveva finita la guerra Giudaica; solo restandoli sforzar Gerusalemme, opera dura, più per la gente bizzarra, e ostinata nella sua fede, che per aver forze. Teneva egli tre Legioni, come dicemmo, esercitate in guerra, e Muciano quattro, state in pace; ma per la gara, e gloria del vicino esercito, non pigre. e quanto s' eran quelle ne' pericoli, e nelle fatiche assodate; tanto queste per lo riposo, e nullo scemamento per guerra, rinvigorite: forniti ambi di cavalli, fanti, e navi d' aiuto, e di amici Re: di fama eguali, di qualità diversi.

V. V.

(a) Cinara re degli Assirii, secondo Apollodoro III. ed Igino, alla Favola CLXX.

Vespasiani ingenium & mores. Mores quoque Muciani. Ii, positis odiis, inter se consentiunt. Inde nova civilium bellorum initia, intumescentibus Orientis legionibus.

V. *Vespasianus acer militiæ, anteire agmen* (a) *: locum castris capere: noctu diuque consilio, ac, si res posceret, manu hostibus obniti: cibo fortuito: veste habituque vix a gregario milite discrepans: prorsus, si avaritia abesset, antiquis Ducibus par. Mucianum, e contrario, magnificentia & opes, & cuncta privatum modum supergressa extollebant: aptior sermone, dispositu, provisuque civilium rerum peritus. Egregium Principatus temperamentum, si demptis utriusque vitiis, solæ virtutes miscerentur. Ceterum hic Syriæ, ille Judææ præpositus, vicinis Provinciarum administrationibus invidia discordes; exitu demum Neronis, positis odiis in medium consuluere: primum per amicos: dein præcipua concordiæ fides Titus, prava certamina communi utilitate aboleverat, natura atque arte compositus alliciendis etiam Muciani moribus. Tribuni centurionesque, & vulgus militum, industria, licentia, per virtutes, per voluptates, ut cuique ingenium, adsciscebantur.*

VI. *Antequam Titus adveniret, sacramentum Othonis acceperat uterque exercitus, præcipitibus, ut adsolet, nuntiis, & tarda mole civilis belli, quod longa concordia quietus Oriens, tunc primum parabat. namque olim validissima inter se civium arma, in Italia, Galliave, viribus Occidentis cœpta: & Pompeio, Cassio, Bruto, Antonio, quos omnes trans mare secutum est civile bellum, haud prospero exitu fuerant. auditique sæpius in Syria, Judæaque, Cæsares quam inspecti. Nulla seditio Legionum, tantum adversus Parthos minæ, vario eventu. & proximo civili bello, turbatis aliis, inconcussa ibi pax; dein fides erga Galbam. Mox, ut Othonem ac Vitellium scelestis armis res Romanas rapuisse, vulgatum est; ne penes ceteros Imperii præmia, penes ipsos tantum servitii necessitas esset: fremere miles, & vires suas circumspicere. Septem Legiones statim, & cum ingentibus auxi-*

Indole e costume di Vespasiano: costume di Muciano: e' accordan questi, deposti gli odii: indi nuova esca a guerre civili pel bollore delle legioni d' Oriente.

V. Vespasiano era soldato feroce: il primo in battaglia ad accamparsi contro al nemico: di, e notte mulinava: e menava, bisognando, le mani: mangiavasi a caso: vestiva poco meglio che soldatello: pari a' Capitani antichi; levatone l' avarizia. Muciano, per lo contrario, facean grande la magnificenza, la ricchezza, ogni cosa da maggiore, che privato: più atto era al parlare, disporre, provvedere: perito de' negozj civili. le virtù d' ambi, congiunte, schiumate de' vizj, fatto avrieno al Principato ottimo temperamento. Governando questi la Soria, quei la Giudea; v'era sempre che dire per la vicinanza, e invidia. Per la morte di Nerone, diposti i rancori, incominciaro ad accomunare i consigli, prima pee via d' amici, poi per mezzo di Tito: il quale tra loro nettò ogni ruggine; sapendo per natura, e per arte ancora, i costumi di Muciano addolcire. Guadagnavansi Tribuni, centurioni, e soldati, per industrie, licenze, virtù, piaceri, secondo le nature.

VI. Prima che Tito arrivasse, l'uno, e l'altro esercito avea giurato per Otone; perchè le nuove volano: e la macchina della guetra civile era tarda a muoversi nel Levante, stato tanto senza; essendosi quelle gran guerre tra' Cittadini in Italia, e Gallia cominciate con le forze di Ponente: e a Pompeo, Cassio, Bruto, Antonio, che tiraron la guerra civile oltre mare, male ne incolse. Cesari in Soría, e Giudea, vi s'eran più uditi che visti: Legioni sollevate non mai: a' Parti solamente fatto paure, e con varia Fortuna. L'ultima guerra civile travaglio ogn'uno: in Levante fu salda pace: e poi fede a Galba. ma udendosi all'ora Otone e Vitellio con iscelerate armi fare delle cose Romane a chi più tira; quei soldati, perchè agli altri non toccassero i premj dell' Imperio, e a loro la necessità del servire; cominciarono a fremire, e riguardar le loto forze. Sette Legioni pronte, e con gran-

di

(a) Ad imitazione di Giulio Cesare, di cui Svetonio *in Iul.* LVII. *in agmine, nonnunquam equo, sæpius pedibus anteibat, capite detecto, seu Sol, seu imber esset.*

xiliis Syria, Judæaque: inde continua Ægyptus, duæque Legiones: hinc Cappadocia Ponticusque, & quidquid castrorum Armeniis prætenditur: Asia, & cæteræ Provinciæ, nec virorum inopes, & pecuniæ opulentæ: quantum Insularum mari cingitur, & parando interim bello secundum tutumque ipsum mare.

VII. *Non fallebat Duces impetus militum; sed bellantibus aliis placuit exspectari* (*) *bellum, cum in victores victosque numquam solida fides coalesceret, nec referre, Vitellium an Othonem superstitem Fortuna faceret; rebus secundis etiam egregios Duces insolescere. Discordiam his, ignaviam, luxuriem: & suismet vitiis alterum bello, alterum victoria periturum. Igitur arma in occasionem distulere Vespasianus, Mucianusque, nuper. Ceteri olim mixtis consiliis: optimus quisque amore Reipublicæ: multos dulcedo prædarum stimulabat: alios ambiguæ domi res. ita boni malique, caussis diversis, studio pari, bellum omnes cupiebant.*

di aiuti la Soria, e la Giudea: l' Egitto congiunto con due Legioni: quinci la Cappadocia, e 'l Ponto, e le frontiere d' Armenia: l'Asia con l'altre popolate Provincie, e danarose: quante Isole ha il mare: esso mare, alle provision della guerra atto, e sicuro.

VII. Questo impeto de' soldati era noto a' Capi: ma l' attender il fine de' guerreggianti, parve vantaggio; perchè facessesi la Fortuna vincere Otone o Vitellio, che monta? sempre macchina il vinto contro al vincitore: e le prosperità fanno ancora i buon Capitani insolenti. Esser questi due discordi, trascurati, morbidi: e, per lor vizj, uno n' estinguerebbe la guerra, l' altro la vittoria. Serbarono adunque l' armi all' occasione consigliatisi Vespasiano, e Muciano, allora. Gli altri prima tra loro: i migliori per lo ben pubblico: cacciati molti dalla dolcezza del predare: altri per lo male stato di lor casa. così tutti buoni e mali, per cagioni diverse, con pari affetto bramavan la guerra.

Falsi Neronis iudibrium, ab Asprenate compressum.

VIII. *Sub idem tempus Achaia atque Asia falso exterritæ, velut Nero adventaret; vario super exitu eius rumore* (a)*; eoque pluribus vivere eum fingentibus, credentibusque. Ceterorum casus conatusque in contextu operis dicemus* (b)*. Tunc, servus e Ponto, sive, ut alii tradidere, libertinus ex Italia, citharæ & cantus peritus (unde illi, super similitudinem oris, propior ad fallendum fides) adiunctis desertoribus, quos inopia vagos ingentibus promissis corruperat, mare ingreditur: ac vi tempestatum Cithnum insulam detrusus, & militum quosdam ex Oriente commeantium adscivit, & abnuentes interfici iussit, & spoliatis negotiatoribus, mancipiorum valentissimum quemque armavit. centurionemque Sisennam, dextras, concordiæ insignia, Syriaci exer-*

VIII. In questo tempo l' Acaia, e l' Asia ebbero falso spavento, che Nerone vi comparisse; essendosi la fine sua detta in più modi, tanti più lo fingean vivo, e credeanlo. Nel corso dell' opera direm degli altri. Allora, uno schiavo del Ponto, o, come altri dicono, libertino d' Italia, ceterista e cantore (che, oltre al somigliarlo, fece più creder l' inganno), con certi truffatori sperduti, con gran promesse ammaestrati, entrò in mare: e per tempesta battè in Citno Isola; ove con certi soldati venuti di Levante s' unì, e quei che non vollero ammazzò: spogliò i mercanti: e li schiavi più robusti armò. Sisenna centurione, che portava le destre (segnale di concordia) dall' esercito di Soria a' soldati Pretoriani, tentò con varie arti in ma-

Burla d' un finto Nerone repressa da Asprenate.

nie-

(a) *Non defuerunt qui per longum tempus proferrent edicta quasi viventis Neronis, & brevi magno inimicorum casu reversuri.* Sveton. in Ner. LVII.

(b) Comparvero in seguito altri Pseudo-Neroni, come diremo nell'Appendice Cronologica all' anno DCCCXLI.

(*) *belli exitum.*

exercitus nomine ad Prætorianos ferentem, variis artibus aggressus est: donec Sisenna, clam relicta Insula, trepidus, & vim metuens aufugeret. Inde late terror: multis ad celebritatem nominis erectis; verum novarum cupidine, & odio præsentium.

niera, che per non v' essere ammazzato, s' ebbe a fuggire dell' Isola di nascoso. Quindi si sparse il terrore, e quel gran nome molti svegliò; per desiderio di cose nuove, e odio delle presenti.

IX. *Gliscentem in dies Famam Fors discussit. Galatiam ac Pamphyliam Provincias Calpurnio Asprenati regendas Galba permiserat. Datæ e classe Misenensi duæ triremes ad prosequendum, cum quibus Cithnum Insulam tenuit. nec defuere qui Trierarchos nomine Neronis accirent. Is in mœstitiam compositus, & fidem suorum quondam militum invocans; ut eum in Syria, aut* (a) *Ægypto sisterent, orabat. Trierarchi nutantes, seu dolo; alloquendos sibi milites, & paratis omnium animis reversuros firmaverunt. Sed Asprenati cuncta ex fide nuntiata; cuius cohortatione expugnata navis, & interfectus quisquis ille erat. Corpus insigne oculis, comaque, & torvitate vultus, in Asiam, atque inde Romam pervectum est.*

IX. La Fama, che ne cresceva ogni dì, fu per caso estinta. A Calpurnio Asprenate, Governator di Galazia, e Panfilia, fatto da Galba, furon per suo passaggio date dell' armata di Miseno due galee. Con esse afferrò a Citno, ove a' Capitani delle galee non mancò chi disse, che venissero a Nerone. Egli con mesto volto, invocando la fede loro, già soldati suoi, li pregava che lo ponessero in Soría, o Egitto. Essi per dubbio, o per inganno dissero: che ne sarieno con gli altri soldati, e tornerieno con la risoluzione. Ma riferiro il tutto con fede ad Asprenate; per cui consiglio il navilio fu preso, e colui, chi fosse, ammazzato. Il corpo di belli occhi, e chioma, e volto fiero, fu portato per l' Asia a Roma.

In Vrbe parvæ res magnis motibus agitantur. Vibius Crispus Annium Faustum, delatorem, accusat; ipse accusandus.

X. *In Civitate discordi, & ob crebras Principum mutationes inter libertatem ac licentiam incerta; parvæ quoque res magnis motibus agebantur. Vibius Crispus, pecunia, potentia, ingenio inter claros magis quam inter bonos; Anninm Faustum Equestris ordinis, qui temporibus Neronis delationes factitaverat, ad cognitionem Senatus vocabat. nam recens Galbæ Principatu censuerant Patres, ut accusatorum causæ noscerentur. Id senatusconsultum varie iactatum: & prout potens vel inops reus inciderat, infirmum, aut validum, retinebatur. Ad hæc, terrore, & propria vi, Crispus incubuerat delatorem Fratris sui pervertere: traxeratque magnam Senatus partem, ut indefensum, & inauditum, dedi ad exitium postularent. Contra apud alios nihil æque reo proderat, quam nimia potentia accusatoris: Dari tempus, edi crimina; quam-*

X. In quella Città discordante, che per li spessi mutati Principi non sapea se era libera, o senza freno; di cose ancor menome si faceano gran romori. Vibio Crispo, per danari, potenza, e ingegno, tenuto tra i chiari più che tra' buoni; voleva, che l'accusa d' Annio Fausto Cavaliere, stato spia di Nerone, si vedesse in Senato, secondo il decreto da' Padri ultimamente fatto a tempo di Galba. In alcuni si era osservato, in altri no; secondo che il reo aveva danari, o favori. Cercava Crispo in tutti i modi di sprofondar questa spia di suo Fratello: e volti aveva li più de' Senatori a condannarlo senza disamina, o difesa. Appresso ad altri, per lo contrario, nulla più al reo giovava, che la soverchia potenza dell' accusante. „ Odansi " (diceano) „ l' accuse, deasi tempo alla difesa; „ come s' usa al più tristo uomo del „ Mon-

In Roma per frivolezze gran chiasso. Vibio Crispo accusa Annio Fausto come spia, tinto egli della stessa pece.

(a) Sull' esempio di Nerone che negli ultimi suoi trambusti volendo involarsi al Senato era nell' incertezza se prender la vie della Siria o dell' Egitto, per amministrar l' una prefettura, o l' altra. Vedi il Supplemento al Lib. XVI. degli Annali 87.

quamvis invisum ac nocentem, more tamen audiendum, censebant. Et valuere primo: dilataque in paucos dies cognitio. mox damnatus est Faustus, nequaquam eo assensu Civitatis quem pessimis moribus meruerat; quippe ipsum Crispum easdem accusationes cum præmio exercuisse meminerant, nec pœna criminis, sed ultor displicebat.

„ Mondo ". Ottennero tempo pochi dì: e Fausto fu dannato, con meno approvazione della Città che non meritava l'uomo pessimo; ricordandosi che Crispo aveva esercitato i medesimi rapportamenti per danari: e dispiaceva non il supplizio, ma l'autore.

Interim belli principia Othoni lata.

XI. Læta interim Othoni principia belli; motis ad imperium eius e Dalmatia Pannoniaque exercitibus. Fuere quatuor Legiones, e quibus bina millia præmissa: ipsæ modicis intervallis sequebantur, Septima a Galba conscripta: veteranæ, Vndecima ac Tertiadecima: & præcipui fama Quartadecumani, rebelliene Britanniæ compressa. Addiderat gloriam Nero, eligendo ut potissimas; unde longa illis erga Neronem fides, & erecta in Othonem studia. sed quo plus virium ac roboris; e fiducia tarditas inerat: agmen Legionum, alæ cohortesque præveniebant. Ex ipsa Vrbe haud spernenda manus. quinque Prætoriæ cohortes, & equitum vexilla cum legione Prima, ac deforme insuper auxilium, duo millia gladiatorum; sed per civilia arma etiam severis Ducibus usurpatum. His copiis rector additus Annius Gallus, cum Vestricio Spurinna ad occupandas Padi ripas præmissus; quoniam prima consiliorum frustra ceciderant, transgresso iam Alpes Cæcina, quem sisti intra Gallias posse speraverat. Ipsum Othonem comitabantur speculatorum lecta corpora, cum ceteris Prætoriis cohortibus, veterani e Prætorio, classicorum ingens numerus. nec illi segne, aut corruptum luxu iter; sed lorica ferrea usus est, & ante signa pedester, horridus, incomptus, famæque dissimilis.

XI. Lieto principio alla guerra dieduno a Otone gli eserciti mossisi di Dalmazia, e Pannonia, come e' comandò. Quattro Legiuni erano: dumila di loro mandati innanzi: e seguitavano con piccole distanze, la Settima fatta da Galba: l' Vndecima, e Tredicesima, vecchie: la Quattordicesima famosa, che soppresse la ribellione di Britannia, scelta a ciò per sua gloria da Nerone per la più atta; perciò a lui fedelissima, e rivolta con l'affetto a Otone. La confidenza in loro possanza, e fortezza lo faceva più lento: e innanzi alle Legioni passavano gli altri fanti; e cavalli. Di Roma uscivano forze non poche. cinque coorti Pretoriane, le insegne de' cavalli, con la Legiun Prima: dumila acculteliatori; laido ripieno: ma nelle civili guerre adoperato ancora da' Capitani severi. Annio Gallo, condottiere di queste genti, fu mandato con Vestricio Spurina innanzi, a pigliare le ripe del Po; per esser già Cecina contro al primo disegno di tenerlo entro le Gallie, sceso l'Alpi. La persona d' Otone in mezzo a guardia eletta, con gli altri Pretoriani, vecchi e pratichi, e gran numero dell'armata, camminava, non con agio, e pompa; ma in corsaletto, innanzi alle insegne, a piede, sucido, arruffato, contro a che aveva nome.

Principii di guerra fausti ad Otone.

Atticentius agit plus mille: in Alpino, municipiumque Albium Intemelium sævit. Egregia Matris pietas.

XII. Blandiebatur cœptis Fortuna; possessa per mare, & naves maiore Italiæ parte, penitus usque ad initium maritimarum Alpium; quibus tentandis, aggrediendæque Provinciæ Narbonensi, Svedium Clementem, Antonium Novellum, Æmilium Pacensem Duces dederat. Sed Pacensis per licentiam militum vinctus: Antonio Novello nulla auctoritas: Svedius Clemens ambitioso imperio regebat, ut adver-

XII. La Fortuna per giuoco l'impadronì con le forze di mare di quasi tutta Italia fino appiè dell' Alpi marittime; avendo di tentarle, e pigliare la Provincia Narbonese, dati carica a Svedio Clemente, Antonio Novello, Emilio Pacense. Ma questi alla licenza de' soldati cedè: Novello non aveva autorità: Clemente per ambizione lasciava i soldati esser licenziosi, e di combattere era troppo avido.

Sua Soldatesca licenziosa infierisce contro gli Alpini, e 'l municipio Ventimiglia: egregia pietà di Madre.

versus modestiam disciplinæ corruptus, ita prædiorum avidus. Non Italia adiri, nec loca, sedesque, Patriæ videbantur; tamquam externa litora, & urbes hostium, urere, vastare, rapere; eo atrocius, quod nihil usquam provisum adversum metus. Pleni agri, apertæ domus. occursantes Domini juxta conjuges, & Liberos, securitate pacis; & belli malo circumveniebantur. Maritimas tum Alpes tenebat Procurator Marius Maturus. Is, concita gente, (nec deest juventus) arcere Provinciæ finibus Othonianos intendit. sed primo impetu cæsi disjectique montani; ut quibus temere collectis, non castra, non Ducem noscitantibus, neque in victoria decus esset, neque in fuga (a) *flagitium.*

XIII. *Irritatus eo prælio Othonis miles, vertit iras in municipium Albium Intemelium; quippe in acie nihil prædæ, inopes agrestes & vilia arma: nec capi poterant; pernix genus, & gnari locorum. sed calamitatibus insontium expleta avaritia. Auxit invidiam præclaro exemplo Femina Ligus, quæ, Filio abdito, cum simul pecuniam occultari milites credidissent, eoque per cruciatus interrogarent ubi Filium occuleret; uterum ostendens, latêre, respondit. nec ullis deinde terroribus, aut morte, constantiam vocis egregiæ mutavit.*

do. Non pareva che andassero per Italia lor Patria, ma per paese straniero; ardendo, rubando, guastando nimiche Città; tanto più atroci, quanto meno aspettati. Era ancora la ricolta sopra la terra, le case aperte, andavano loro incontro i Padroni con le Donne, e Figliuoli, con sicurtà di pace; ed eran sopraggiunti da' mali della guerra. Teneva l' Alpi vicine al mare Mario Maturo Procuratore. Costui con la gioventù, che v' abbonda, volle cacciare di Provenza gli Otoneschi. ma furono al primo assalto sbaragliati, e uccisi gli Alpigiani ragunaticci; non d' ordini, non di Capitano, nè d' onor di vittoria, o vitupero di fuga, conoscitori.

XIII. Accaniti per tale affronto i soldati d' Otone, e non vedendo guadagno a combattere con poveri villani, con armi vili, a pigliar impossibili, per lor velocità, e pratica di que' greppi; voltaron l' ira sopra Ventimiglia: e con le calamità di quelli innocenti saziarono l' avarizia. e feceli più odiosi il nobile esempio d' una Femmina di Liguria, che nascose il suo Figliolino: e credendola i soldati aver con ello nascosi i danari, la domandavano con tormenti, ove avesse appiattato il Figliuolo. ella mostrando il ventre disse: „ Qua entro “: nè strazio, nè morte, la spuntò da quella valorosa parola.

Provinciæ Narbonensi immineat Othoniana classis. Prælia Vitellianis improspera.

XIV. *Imminere Provinciæ Narbonensi, in verba Vitellii adactæ, classem Othonis Fabio Valenti trepidi nuntii attulere. aderant Legati Coloniarum, auxilium orantes. Duas Tungrorum cohortes, quatuor equitum turmas, universam Treverorum alam, cum Julio Classico Præfecto misit: e quibus pars in Colonia Forojuliensi retenta; ne, omnibus copiis in terrestre iter versis, vacuo mari classis acceleraret. Duodecim equitum turmæ, & lecti e cohortibus, adversus hostem ïere: quibus adjuncta Ligurum cohors, ve-*

Otte d' Otone che invade la provincia Narbonese: auspicio a' Vitelliani infausto.

XIV. A Fabio Valente giunsero affannati messaggi: Che l' armata d' Otone pigliava la Narbonese già giurata a Vitellio: e Ambasciadori di quelle Città a chieder soccorso. Mandovvi sotto Giulio Classico due coorti de' Tungri, e quattro bande di cavalli, e tutti i cavalli Treviri. parte ne rimase in Fregius; acciocchè mandandosi tutte le forze per terra, non sopraggiugnesse loro l' armata del nimico; non essendo guardato il mare. Dodici frotte di cavalli, e un fiore di fanti, con una coorte di Liguri, antica guardia

(a) Questo delitto della fuga puniasi colla testa nella romana milizia, sulla testimonianza d'Arrio Meandro, *Digest. Lib.* XLIX. *Tit.* 16. *de re militari. Leg.* 6. num. 3.

vetus loci auxilium, & quingenti Pannonii nondum sub signis. Nec mora prælio; sed acie ita instructa, ut pars classicorum mixtis paganis (a) in colles mari propinquos exsurgeret, quantum inter colles, ac litus, æqui loci Prætorianus miles expleret: in ipso mari, ut adnexæ classis, & pugnæ parata, conversa, & minaci fronte prætenderetur. Vitelliani, quibus minor peditum vis, in equite robur; Alpinos proximis iugis, cohortes densis ordinibus post equitem locant. Treverorum turmæ obtulere se hosti incaute; cum exciperet contra veteranus miles, simul a latere saxis urgeret apta ad iaciendum etiam paganorum manus; qui sparsi inter milites, strenui, ignavique, in victoria idem audebant. Additus perculsis terror; invecta in terga pugnantium classe. ita undique clausi; deletæque omnes copiæ forent, ni victorem exercitum attinuisset obscurum noctis, obtentui fugientibus.

dia del luogo, e cinquecento novelli Pannoni sfidarono il nimico; il quale senza indugio accettò. Ordinaronsi in questa guisa: tenevano le colline in su 'l mare parte de' soldati d' armata, mescolati con paesani; il piano tra i colli, e 'l mare Pretoriani. nel mare i vascelli accostati, e volti a terra stavano pronti minacciando. I Vitelliani forti di cavalli più che di fanti, mettono gli Alpigiani sopra i colli: le coorti con le file serrate dietro a' cavalli. Le frotte de' Treveri male accorte si presentarono al nimico; e furono da' soldati vecchi ricevute: e co' sassi incontanente le percosse per fianco una mano di paesani frombolieri ottimi, che mescolati tra' soldati, facevano nella vittoria le stesse prove, sì i codardi, come i valorosi. e per più terrore, que' di mare gl' investirono alle spalle: e così circondati, erano disfatti tutti, se la notte non copriva i fuggenti.

XV. *Nec Vitelliani, quamquam victi, quievere. accitis auxiliis, securum hostem, ac successu rerum socordius agentem invadunt. cæsi vigiles, perrupta castra, trepidatum apud naves; donec sidente paulatim metu, occupato iuxta colle defensi, mox irrupere. Atrox ibi cædes: & Tungrarum cohortium Præfecti, sustentata diu acie, telis obruuntur. Ne Otbonianis quidem incruenta victoria fuit, quorum improvide secutos, conversi equites circumvenerunt. ac velut pactis induciis, ne hinc classis, inde eques subitam formidinem inferrent; Vitelliani retro Antipolim Narbonensis Galliæ municipium: Othoniani Albingaunum interiori Liguriæ revertere.*

XV. Non quietano i Vitelliani per ciò; chiamano aiuti: e 'l nimico, per lo successo negligente, e sicuro, assaltano. ammazzano le scolte, sforzano il Campo, e l' armata spaventano; sinchè gli Otoniani ripreso animo a poco a poco, e difesi da un colle vicino, corrono loro addosso. La strage fu atroce; i Capitani Tungri, tenuta un pezzo la puntaglia, oppressi caddero. Nè senza sangue vinsero gli Otoniani; perchè, per troppo oltre seguitar i nimici, da certi cavalli, che rivoltaron faccia, furono circondati. e quasi fatto tregua, perchè l' armata di qua, e i cavalli di là non si infestassero; si ritirarono i Vitelliani in Antibo, terra della Provincia Narbonese: e gli Otoniani in Albenga di Liguria.

Pacarius, res Corsicæ Insulæ ad Vitellium trahens, a Corsis interficitur.

XVI. *Corsicam ac Sardiniam, ceteraque proximi maris Insulas, fama victricis classis in partibus Othonis tenuit. Sed Corsicam prope afflixit Decimi Pacarii Procuratoris temeritas; tanta mole belli nihil in summa profu-*

XVI. La Corsica, la Sardigna, e l' altre vicine Isole, alla fama che l' armata avea vinto; tennero da Otone. Ma ebbe a rovinar la Corsica la temerità di Decimo Pacario Procuratore, che per odio d' Otone voleva pure con le

Pacario per trarre Corsica a Vitellio da' Corsi è ucciso.

(a) Pagani cioè i non soldati. V. al I. delle Storie, 53.

futura, ipsi exitiosa. namque Othonis odio iuvare Vitellium Corsorum viribus statuit; inani auxilio etiam si provenisset. Vocatis principibus Insulæ, consilium aperit: & contradicere ausos Claudium Phirricum Trierarchum Liburnicarum ibi navium, Quinctium Certum Equitem romanum, interfici iubet. quorum morte exterriti qui aderant, simul ignara & alieni metus socia imperitorum turba, in verba Vitellii iuravere. Sed ubi delectum agere Pacarius, & inconditos homines fatigare militiæ muneribus occepit; laborem insolitum perosi, infirmitatem suam reputabant: Insulam esse quam iacolerent: & longe Germaniam viresque Legionum: direptos vastatosque classe, etiam quos cohortes alæque protegerent. & aversi repente animi, nec tamen aperta vi; aptum tempus insidiis legere. Digressis qui Pacarium frequentabant, nudus & auxilii inops, balineis interficitur. trucidati & comites. capita, ut hostium, ipsi interfectores ad Othonem tulere. neque eos aut Otho præmio affecit, aut puaivit Vitellius; in mulsa colluvie verum maioribus flagitiis permixtos.

le forze de' Corsi dare a Vitellio aiuto, in tanta macchina di guerra ridicolo, quando bene gli fusse riuscito; ma gli tornò in capo. Aperse suo concetto a' principali Isolani: e, perchè Claudio Firrico Ammiraglio di quelle galee, e Quinzio Certo Cavalier romano, ardirono di contraddirlo; li fece ammazzare. Spaventati que' che presenti erano, con tutta la turba ignorante, e tremante; giurano fedeltà a Vitellio. Ma, come Pacario cominciò a scriverli per soldati, aggravare quella gente rozza nelli ufici della milizia; fatiche non usate abborrendo, s' avvidero d' esser deboli, e in Isola: la Germania e forze, lontane: saccheggiati, e guasti dall' armata ancora i difesi dalle coorti, e da' cavalli; e subito rivoltati, ma occultamente, presero il tempo. e quando fu Pacario da que' che lo corteggiavano lasciato nel bagno ignudo, e solo, ammazzano lui, e loro: e portano le teste come di nimici, a Otone. e non n' ebbero nè da lui premio, nè da Vitellio gastigo; essendone in quella confusione de' più scelerati.

Arma Vitellianorum in Italia.

XVII. *Aperuerat iam Italiam, bellumque transmiserat, ut supra memoravimus, ala Syllana; nullo apud quemquam Othonis favore, nec quia Vitellium mallent: sed longa pax ad omne servitium fregerat, faciles occupantibus, & melioribus incuriosos. Florentissimum Italiæ latus, quantum inter Padum Alpesque, camporum & Vrbium, armis Vitellii (namque & præmissæ a Cecina cohortes advenerant) tenebatur: capta Pannoniorum cohors apud Cremonam: intercepti centum equites, ac mille classici inter Placentiam Ticinumque; quo successu Vitellianus miles, non iam flumine aut ripis arcebatur. Irritabat quin etiam Batavos, Transrhenanosque, Padus ipse; quem repente contra Placentiam transgressi, raptis quibusdam exploratoribus, ita ceteros terruere, ut adesse omnem Cæcinæ exercitum trepidi ac falsi nuntiarent.*

Otte Vitelliana in Italia.

XVII. Avea già rotto la guerra in Italia la cavalleria Sillana, come dicemmo, e niuno favoriva Otone; non, per volere anzi Vitellio: ma per aver la lunga pace ogn' uno avvilito a lasciarsi cavalcare, o migliore, o peggiore, da chi prima giugnesse. Arrivarono le genti avviate da Cecina; onde l' armi di Vitellio tenevano tutte le pianure, e Città, dal Po all' Alpi, il fior dell' Italia. Presero intorno a Cremona la coorte di Pannonia, e tra Piacenza, e Pavia cento cavalli, e mille soldati di mare; così furon padroni del Po, e sue ripe, i Vitelliani. Il qual Po a certi Batavi, e d' oltre Reno, mosse vaghezza di passarlo drimpetto Piacenza, ove presero alcune guardie, con tanto spavento degli altri; che riferirono falsamente: esservi comparito Cecina con tutto l' esercito.

Ibi inconsulta Othonianorum temeritas.

XVIII. *Certum erat Spurinnæ (is enim Placentiam obtinebat) nec dum venisse Cæcinam: & si propinquaret, coer-*

Cieca temerità degli Otoniani.

XVIII. Spurina, che teneva Piacenza, sapeva non esser vero: e voleva, se si accostasse, non uscire, nè

coercere intra munimenta militem: nec tris Prætorias cohortes, & mille vexillarios cum paucis equitibus, veterano exercitui obiicere. sed indomitus miles, & belli ignarus, correptis signis vexillisque rùere, & retinenti Duci tela intentare; spretis centurionibus Tribunisque, providentiam (a) *Ducis laudantibus;* (*) *quin pro Othone, & accitum Cæcinam clamitabant. Fit temeritatis alienæ comes Spurinna, primo coactus, mox velle simulans; quo plus auctoritatis inesset consiliis, si seditio mitesceret.*

avventurare tre coorti Pretoriane, e mille soldati d'insegne con pochi cavalli, contro a un esercito di veterani. ma que' soldati novelli e sfrenati, ritte le insegne, e bandiere, saltan fuori: al Capitano che vuol tenerli, voltan le punte: sprezzano i centurioni, e Tribuni: gridano, esservi tradimento: è Cecina chiamato. Spurina seguitò lor pazzia, prima per forza; poi finse di consentirvi, a fine di persuaderli con più autorità, se si mitigassero.

Spurinna Placentiam munit; quam oppugnat Cæcina: ar, irrito conatu, obsidionem solvit, Cremonamque petit.

XIX. *Postquam in conspectu Padus, & nox appetebat, vallari castra placuit. Is labor urbano militi insolitus contudit animos. tum vetustissimus quisque castigare credulitatem suam, metum ac discrimen ostendere; si cum exercitu Cæcina patentibus campis, tam paucas cohortes circumfudisset. Iamque totis castris modesti sermones: &, inserentibus se centurionibus Tribunisque, laudari providentiam Ducis: quod Coloniam virium & opum validam robur ac sedem bello legisset. Ipse postremo Spurinna non tam culpam exprobrans, quam ratione ostendens; relictis exploratoribus, ceteros Placentiam reduxit, minus turbidos, & imperia accipientes. Solidati muri, propugnacula addita, auctæ turres, provisa parataque non arma modo, sed obsequium & parendi amor; quod solum illis partibus defuit, cum virtutis haud pœniteret.*

XIX. Giunti alla vista del Po, e facendosi notte; parve da porre il Campo. Questa fatica non usata, a' soldati della Città tolse animo: e ripentivansi: e mostravano i più posati, a che pericolo si mettevano d'essere inghiottiti sì pochi in pianura da Cecina con tanto esercito. e già per tutto il Campo parlavan meno altieri, framettendosi i centurioni, e Tribuni: e celebrando lo gran vedere del Capitano, d'avere scelto per fortezza, e piazza di tutta la guerra quella forte, e ricca Città. Spurina non tanto rimproverò, quanto con le ragioni mostrò la lor colpa: e tutti, dalle spie lasciatevi in poi, li rimenò in Piacenza meno fastidiosi, e più ubbidienti. Fortificò le mura, fece bertesche, alzò torrioni, vi provvide l'armi, e misevi la riverenza, e voglia d'ubbidire; di che, quella parte, per altro valorosa, mancava.

Spurina fortifica Piacenza; indarno Cecina l'assedia, sciolta, va a Cremona.

XX. *At Cæcina, velut relicta post Alpes sævitia ac licentia; modesto agmine per Italiam incessit. Ornatum ipsius, municipia & Coloniæ in superbiam trahebant; quod versicolore sagulo* (b), *braccas tegmen barbarum indutus, togatos alloqueretur. Vxorem quoque eius Saloninam, quamquam in nullius iniuriam, insigni equo ostroque veheretur, tanquam læsi gravabantur;*

XX. Cecina, come avesse dietro all'Alpi lasciata la licenza, e la crudeltà; passò per l'Italia modestamente. Superbo parve alle terre, e Città col dare alle persone togate udienza in saio di più colori, e braconi alla barbara. E Salonina sua Moglie, benchè a niuno nocesse, offendeva, cavalcando sopra nobil palafreno coverto di porpora; vedendo noi per natura la nuova for-

in-

(a) Queste parole *providentiam Ducis laudantibus*, vuole il Brotier che non abbiano qui luogo. E' ciò tanto vero, che il Davanzati le omette nella sua traduzione.

(*) *quin proditionem, &.*

(b) Saio militare più raccorciato. Dall'uso poi de' braconi, che qui s'accennano, si denominò a' tempi antichi una parte della Gallia, *Braccata*; ora è la Narbonese.

insita mortalibus natura, recentem aliorum felicitatem ægris oculis introspicere, modumque Fortunæ a nullis magis exigere, quam quos in æquo videre. Cæcina Padum transgressus, tentata Othonianorum fide per colloquium & promissa, iisdem petitus; postquam pax & concordia speciosis & irritis nominibus iactata sunt; consilia curasque in oppugnationem Placentiæ magno terrore vertit; gnarus, ut initia belli provenissent, famam in cetera fore.

XXI. *Sed primus dies, impetu magis quam veterani exercitus artibus transactus: aperti incautique muros subiere, cibo, vinoque, prægraves. In eo certamine, pulcherrimum Amphitheatri opus, situm extra muros, conflagravit; sive ab oppugnatoribus incensum, dum faces & glandes ac missilem ignem in obsessos iaculantur: sive ab obsessis, dum regerunt. Municipale vulgus pronum ad suspiciones, fraude illata ignis alimenta credidit, e quibusdam vicinis Coloniis, invidia & æmulatione, quod nulla in Italia moles tam capax foret. Quocumque casu acciderat, dum atrociora metuebantur, in levi habitum; reddita securitate, tamquam nihil gravius pati potuissent, mærebant. Ceterum, multo suorum cruore, pulsus Cæcina. & nox parandis operibus adsumpta; Vitelliani pluteos* (a) *cratesque & vineas suffodiendis muris, protegendisque oppugnatoribus: Othoniani sudes* (b) *& immensa lapidum ac plumbi ærisque moles, perfringendis operibus, obruendisque hostibus, expediunt. Vtrimque pudor, utrimque gloria, & diversæ exhortationes, hinc Legionum & Germanici exercitus robur; inde Vrbanæ militiæ, & Prætoriarum cohortium, decus attollentium. Illi, ut segnem ac desidem, & circo, ac theatris, corruptum militem; hi, peregrinum & externum increpabant: simul Othonem, ac Vitellium, celebrantes, culpantesve, uberioribus inter se probris, quam laudibus stimulabantur.*

XXII.

fortuna altrui con mal occhio, e niuni estimando doversi moderare più di quei che già ci vedemmo eguali. Cecina passò il Po: e con trattato, e promesse tentò gli Otoniani nella fede, e fu tentato altresì. andaro attorno paroloni di pace; finalmente si diede tutto allo aver Piacenza con ogni sforzo, e terrore; sapendo che i primi successi darieno al resto reputazione.

XXI. Passò il primo giorno con più furia, che sapere, l' esercito di vecchi soldati. andaron sotto le mura scoperti, sprovveduti, e pieni di cibo, e di vino. In quel conflitto arse il bellissimo Anfiteatro fuori delle mura per le fiaccole, e palle, e fuochi lavorati, tratti innanzi, o in dietro. Credettero i terrazzani sospettosi, alcune vicine terre avervi portato esche, per invidia di quell' opera, la più capace d' Italia. Il male, onde si venisse, duranti le atroci paure, parve leggeri; passate quelle, il maggiore che' potessero avere. Cecina con molto sangue de' suoi fu rigittato. La notte s' attese a provvedere; i Vitelliani, tavolati, graticci, copertoi, e difese per le mura rompere, e zappare: gli Otoniani, travi, cantoni, piombi, e metalli, per li nimici infragnere, e le opere fracassare. Stimolavali da ogni banda vergogna, gloria, diverso esortare, e aggrandire. di là le Legioni, e 'l poderoso esercito di Germania; di qua la sovrana milizia guardatrice di Roma, e del Principe. Quelli a questi diceano, soldati da chiocciole, e da meriggiare ne' teatri; e questi a quelli, forestieri, e vagabondi: e d' Otone, e di Vitellio contandosi le glorie, e gli obbrobrj, molto più s' aizzavano..

XXII.

(a) Eran queste tra macchine diverse fatte di legni, travi, vinchi, cuoi, per tenere al coperto quei, che negli assedii scavavano sotto le mura, da' colpi di sopra. *Veget.* V. 15.

(b) Eran questi, pali aguzzi alla punta, e induriti al foco.

XXII. *Vix dum orto die, plena propugnatoribus mœnia: fulgentes armis, virisque, campi: densum Legionum agmen: sparsa auxiliorum manus altiora murorum sagittis, aut saxis, incessere, neglecta aus ævo fluxa, cominus aggredi. Ingerunt desuper Othoniani pila, librato magis & certo ictu, adversus temere subeuntes cohortes Germanorum, cantu truci, & more patrio, nudis corporibus, super humeros scuta quatientium. Legionarius, pluteis & cratibus tectus, subruit muros: instruit aggerem: molitur portas. Contra Prætoriani dispositos ad id ipsum molares, ingenti pondere ac fragore, provolvunt. pars subeuntium obruti: pars confixi, & exsangues, aut laceri. cum augeret stragem trepidatio, eoque acrius e mœnibus vulnerarentur; rediere, infracta partium fama. & Cæcina, fama & pudore cœptæ temere oppugnationis, ne irrisus ac vanus iisdem castris adsideret; traiecto rursus Pado, Cremonam petere intendit. Tradidere sese abeunti Tuxullius Cerialis, cum compluribus classicis, & Iulius Briganticus, cum paucis equitum: hic Præfectus alæ, in Batavis genitus: ille primipilaris, & Cæcinæ haud alienus, quod ordines in Germania duxerat.*

XXII. Appena era dì, che le mura fur piene di difenditori: la campagna luccicante d' uomini armati: le Legioni, insieme serrate: gli aiuti sparsi tiravano frecce, o sassi, alla cima delle mura, assalivano ove erano dal tempo rotte, o non guardate. Gli Otoniani di sopra, più grave, e diritto lanciottavano i Germani, temerariamente con orrido canto sottentrando, e li scudi a loro usanza sopra gl' ignudi omeri percotendo. I legionarj sotto le dette coperture zappano la muraglia: fanno trincea: spezzan le porte. Gli avversarj all' incontro rovesciano loro addosso condotti massi, che con gran tonfi sfracellano, conficcano, ammaccano, e la paura accrescendo la strage. perchè le mura fioccavano tanto più; si ritirarono con poco onore di quella parte. Cecina per la fama, e vergogna della male assalita Piacenza: e per non farsi, standosi più in quel Campo, uccellare; ripassato il Po, si dirizzò a Cremona. Nel suo partire gli si diedono Turullio Ceriale con molti dell' armata, e Giulio Brigantico con pochi cavalli: questi Batavo, Capitano d' una banda: quegli, di primopilo a Cecina non discaro, avendo avuto in Germania compagnia.

Prospera Othonianis ad Cremonam pugna.

XXIII. Spurinna, comperto itinere hostium, defensam Placentiam; quæque acta, & quid Cæcina pararet, Annium Gallum per litteras docet. Gallus legionem Primam in auxilium Placentiæ ducebat, diffisus paucitati cohortium; ne longius obsidium, & vim Germanici exercitus parum tollerarent. Vbi pulsum Cæcinam pergere Cremonam accepit, ægre coercitam Legionem, & pugnandi ardore usque ad seditionem progressam; Bedriaci sistit. inter Veronam Cremonamque, situs est vicus, duabus iam Romanis cladibus (a) notus, infaustusque. Iisdem diebus, a Martio Macro, haud procul Cremona, prospere pugnatum; namque promptus animi Martius, transvectos navibus gladiatores, in adversam Padi ripam, re-

XXIII. Spurina, veduto il nemico partito, Piacenza difesa, quanto s'era fatto, e Cecina volea fare, scrisse ad Annio Gallo. Venia questi con la legion Prima a soccorrer Piacenza; che non s' arrendesse per la poca gente al forte esercito Germano. Quando egli intese, che Cecina n' era cacciato, e andava a Cremona: ritenuto a fatica l' ardore di quella Legione, che voleva combattere in sin per forza; si fermò a Bedriaco, borgo tra Verona, e Cremona, famoso per due rotte Romane, e malurioso. In que' giorni Marzio Macro vicino a Cremona ebbe un po' di vittoria. Ardito, e presto passò i gladiatori all'altra riva del Po: e quivi, rotti certi aiuti Vitelliani, que' che fecer testa,

Battaglia a Cremona felice agli Otoniani.

e a

(a) Accenna le rotte, e le stragi d' Otone, e Vitellio. Vedi al Lib. III. delle Storie. 20.

repente effudit. Turbata ibi Vitellianorum auxilia, & ceteris Cremonam fugientibus; cæsi qui restiterant. sed repressus vincentium impetus, ne novis subsidiis firmati hostes, fortunam prælii mutarent. Suspectum id Othonianis fuit, omnia quæcumque facta, prave æstimantibus. certatim, ut quisque animo ignavus, procax ore, Annium Gallum, & Svetonium Paullinum, & Marium Celsum (nam eos Otho quoque præfecerat) variis criminibus incesserant. Acerrima seditionum, ac discordiæ, incitamenta, interfectores Galbæ, scelere & metu vecordes, miscere cuncta, modo palam turbidis vocibus, modo occultis ad Othonem litteris. qui humillimo cuique credulus, bonos metuens, trepidabat: rebus prosperis incertus, & inter adversa melior. Igitur Titianum Fratrem accitum, bello præposuit. Interea, Paullini & Celsi ductu, res egregiæ gestæ.

Cæcina insidias struit, quas in ipsum vertit Svetonius Paullinus. Rex Epiphanes, pro Othone pugnans, vulneratur.

XXIV. *Angebant Cæcinam, nequidquam omnia cœpta, & senescens exercitus sui fama. pulsus Placentia, cæsis nuper auxiliis, etiam per concursum exploratorum, crebra magis quam digna memoratu prælia, inferior, propinquante Fabio Valente; ne omne belli decus illuc concederet, reciperare gloriam, avidius quam consultius, properabat. Ad duodecimum a Cremona (locus Castorum vocatur) ferocissimos auxiliarium imminentibus viæ lucis occultos componit: equites procedere longius iussi, & irritato prælio sponte refugi, festinationem sequentium elicere; donec insidiæ coirentur. Proditum id Othonianis Ducibus: & curam peditum Paullinus, equitum Celsus, sumpsere. Tertiædecimæ legionis vexillum, quatuor auxiliorum cohortes, & quingenti equites in sinistro locantur, aggerem viæ tres Prætoriæ cohortes, arctis ordinibus obtinuere. dextra fronte Prima legio incessit, cum duabus auxiliaribus cohortibus, & quingentis equitibus. super hos, e Prætorio auxiliisque mille equites; cumulus prosperis, aut subsidium laborantibus ducebantur.*

XXV. *Antequam miscerentur acies, terga vertentibus Vitellianis; Celsus, doli prudens, repressit suos. Vitelliani temere exsurgentes, cedente sensim Celsa*

e a Cremona non fuggirono, ammazzò: e ritornossene, perchè aiuti nuovi non venissero, e voltasser fortuna. Di questo fatto gli Otoniani, che sempre credevano il peggio, preser sospetto; e subitamente a gara i più codardi e linguacciuti danno varie accuse ad Annio Gallo, Svetonio Paulino, e Mario Celso loro Capi, dati pur da Otone. Tra questi gli uccidi-tori di Galba, stromenti pessimi da sollevamenti, e discordie, forsennati per la scelleratezza, e spavento, mettevano il mondo sozzopra; ora sparlando in pubblico, o scrivendo in secreto a Otone. il quale ad ogni vile credendo, e de' buoni temendo, era nelle prosperità impacciato: ne' travagli migliore. Chiamò adunque Tiziano suo Fratello, e fecelo Generale della guerra, di Paulino, e Celso, in questo mezzo governata ottimamente.

Agguati di Cecina, contr' esso vulti da Svetonio Paulino: il Re Epifane pugna per Otone: è ferito.

XXIV. Cecina, che si rodeva dell' esser tutte le sue imprese svanite, la fama dell'esercito menomata, gli aiuti ammazzati, sè da Piacenza cacciato, e al di sotto insino ne' più spessi, che notabili affronti de' riconoscitori, vedendo Fabio Valente appressarsi; a fine che tutta la reputazion della guerra non venisse in lui, sollecitava con più agonia, che consiglio, di racquistarla. Nel luogo detto Castore dodici miglia presso a Cremona imbosca i più feroci fanti d'aiuto lungo la via, più innanzi fa passar i cavalli, con ordine che appicchino scaramuccia, voltino le spalle; per farsi correr dietro sino al saltar fuori l'agguato. I Capitani d'Otone il seppero; Paulino prese cura de' fanti: Celso de' cavalli. A sinistra furono la legion Tredicesima, quattro coorti d'aiuti, e cinquecento cavalli. presero il ciglione della via tre coorti Pretoriane in file serrate. a destra la legion Prima con due coorti d'aiuti, e cinquecento cavalli. oltre a questi, mille cavalli Pretoriani, e d'aiuti stavano alle riscosse, bisognando: e, per vantaggio, vincendo.

XXV. Innanzi all'appiccar la battaglia, i Vitelliani voltan le spalle. Celso, che sapeva lo inganno, gli lascia andare. escono a sproposito gl'imboscati.

Celso, longius secuti, ultro in insidias præcipitantur; nam a lateribus cohortes Legionum, adversa fronte, & subito discursu terga cinxerant equites. Signum pugnæ non statim a Svetonio Paullino pediti datum. cunctator natura & cui cauta potius consilia cum ratione, quam prospera ex casu placerent: compleri fossas (a), *aperiri campum, pandi aciem iubebat; satis cito incipi victoriam ratus, ubi provisum foret ne vincerentur. Ea cunctatione spatium Vitellianis datum in vineas nexu traducum impeditas, refugiendi. & modica silva adhærebat, unde rursus ausi, promptissimos Prætorianorum equitum interfecere. Vulneratur Rex Epiphanes* (b), *impigre pro Othone pugnam ciens.*

scati: vannogli addosso. Celso cede passo passo, conduceli nelle forbici; perchè gli aiuti a' fianchi, la Legione a fronte, e i cavalli girando lor dietro, subitamente gli accerchiarono. Non fu sollecito a dar alla fanteria il segno della battaglia Svetonio Paulino, tardo per natura, e vago anzi di andar cauto con ragione, che di vincere a caso; ma fece empier le fosse, nettar la campagna, spiegar l'ordinanze; sembrandogli aver ben tosto cominciato a vincere, avendo provveduto di non esser vinto. Tale indugio diede agio a' Vitelliani a salvarsi in certe vigne intralciate lungo un picciol bosco: ove, ripreso animo, ammazzarono i cavalli troppo volonterosi. e fu ferito il Re Epifane, che faceva per Otone gran prove.

In urgendo hoste haud satis acer Paullinus.

XXVI. *Tum Othonianus pedes erupit: protrita hostium acie: versi in fugam etiam qui subveniebant. nam Cæcina non simul cohortes, sed singulas acciverat; quæ res in prælio trepidationem auxit; cum dispersos, nec usquam validos pavor fugientium abriperet. Orta & in castris seditio, quod non universi ducerentur. Vinctus Præfectus castrorum Iulius Gratus, tamquam Fratri apud Othonem militanti proditionem ageret; cum Fratrem eius Iulium Frontonem Tribunum, Othoniani sub eodem crimine vinxissent. Ceterum ea ubique formido fuit, apud fugientes, occursantes, in acie, pro vallo; ut deleri cum universo exercitu Cæcinam potuisse, ni Svetonius Paullinus receptui cecinisset, utrisque in partibus, percrebuerit. Timuisse se Paullinus fervebat, tantum insuper laboris, atque itineris; ne Vitellianus miles recens e castris fessos aggrederetur, & perculsis nullum retro subsidium foret. Apud paucos ea Ducis ratio probata: in vulgus adverso rumore fuit.*

XXVI. Allora la fanteria d'Otone si difilò, e mise a fil di spada i nimici combattenti, e 'l soccorso in fuga; perchè Cecina col mandarne pochi per volta, e non tutti insieme, gli sbrancò, indeboll, spaurì. Onde il Campo si sollevò, e prese Giulio Grato Maestro di esso Campo, per sospetto di tradigione, trattata con Giulio Frontone suo Fratello Tribuno nel Campo d'Otone: ove per la medesima cagione anche egli fu preso. Nel fuggirsi, nel rincontrarsi in battaglia, alle trincee, per tutto, fu sì fatto lo spavento; che per comun detto dell'una, e dell'altra parte, Cecina era del tutto disfatto, se Paulino non sonava a raccolta. per non tenere, dicev' egli, a petto a' Vitelliani riposati nel Campo e freschi, li suoi consumati per tanto cammino, e opere, senza aver dietro soccorso alcuno. ragione entrata a pochi: il Popolo ne levò i pezzi.

Nell' incalzar il nemico non vale molto Paulino.

Valens in Italiam venit, Gravis

XXVII. *Haud perinde id damnum Vitellianos in metum compulit, quam ad mo-*

XXVII. Mise il danno de' Vitelliani non tanto paura, quanto cervello

Valente in Italia: gran sedizione

(non

(a) Non s'intende qui per fossi, quelli che cingevano il Campo, che era di qua diatante, ma i cavati da' Paesani per adunarvi l'acque, e scolare le campagne, come si suole, ov' è escrescenza d'acque.

(b) Epifane Figlio d'Antioco IV. Re di Comagene, Fratello di Callinico; di lui è avvenuto di parlar sovente negli Annali.

in eius exercitu Batavorum seditio, Alpheni Vari consilio compositis. Inscitiæ armis, Valens & Cæcina Vitellium fovent; probraque Othoni obiectant.

modestiam composuit: nec solum apud Cæcinam, qui culpam in militem conferebat, seditioni magis quam prælio paratum; sed Fabii quoque Valentis copiæ (iam enim Ticinum venerat) posito hostium contemptu, & recuperandi decoris cupidine, reverentius & æqualius Duci parebant. Gravis alioquin seditio exarserat; quam altiore initio (neque enim rerum a Cæcina gestarum ordinem interrumpi oportuerat) repetam. Cohortes Batavorum, quæ bello Neronis a Quartadecima legione digressæ, cum Britanniam peterent, audito Vitellii motu in civitate Lingonum Fabio Valenti adiunctas retulimus, superbe agebant, ut cuiusque Legionis tentoria accessissent, coercitos a se Quartadecimanos: ablatam Neroni Italiam: atque omnem belli fortunam in ipsorum manu sitam iactantes. Contumeliosum id militibus, acerbum Duci; corrupta iurgiis aut rixis disciplina. ad postremum Valens e petulantia, etiam perfidiam suspectabat.

(non pure a Cecina, che ne incolpava i soldati suoi, più pronti a sollevarsi, che a combattere; ma a quelli ancora di Fabio Valente, già comparito a Pavia) a non farsi beffe più del nimico: ricomperar l' onore: e ubbidire con più dovuta riverenza il lor Capitano; essendo accesa gran fiamma di sedizione, la quale ora, perchè i fatti di Cecina non erano da tramezzare, narrerò da principio più alto. Gli aiuti Batavi (che noi dicemmo essersi nella guerra di Nerone, andando in Britannia, spiccati dalla legione Quattordicesima, e congiunti con Fabio Valente ne' Lingoni) udito il movimento di Vitellio, si vantavano per li padiglioni superbamente, d' aver fatto stare i Quattordicesimani: tolto l' Italia a Nerone: aver in pugno l' esito di tutta la guerra. cosa ingiuriosa a' soldati, aspra al Capitano; essendo per le tante parole, e contese, guasta la buona milizia. e finalmente Fabio sospettò non passasse l' insolenza in perfidia.

Batavi nel suo campo, dal saggio Alfeno Varo sttutsta. Valente e Cecina con lor forze fan per Vitellio, improverando Otone.

XXVIII. *Igitur nuntio allato, pulsam Treverorum alam, Tungrosque, a classe Othonis: & Narbonensem Galliam circumiri; simul cura socios suendi, & militari astu, cohortes turbidas, ac si una forent, prævalidas, dispergendi, partem Batavorum ire in subsidium iubet. Quod ubi auditum, vulgatumque; mœrere socii; fremere Legiones: Orbari se fortissimorum virorum auxilio: veteres illos & tot bellorum victores; postquam in conspectu sit hostis, velut ex acie abduci. Si Provincia, Vrbe & salute Imperii potior sit; omnes illuc sequerentur. sin victoriæ sanitas, sustentaculum, columen in Italia verteretur; non abrumpendos, ut corpori, validissimos artus.*

XXVIII. Perchè all' avviso, che l'armata d'Otone avea rotti i cavalli Treviri, e i Tungri: e costeggiava la Gallia Narbonese; per buona cura di difender quelli amici, e per militare astuzia di spartire quelli Batavi scandolosi, e tutti insieme possenti, comandò a una parte, che andasse a quel soccorso. Ciò udito, e sparsosi, s' addoloravano gli aiuti, e fremevano i nostri: Che l' aiuto di quei pratichi, e fortissimi vincitori di tante guerre, fosse levato lor in faccia del nimico in sul buono del combatterlo. Se più vale Provenza che Roma, e la salute dell' Imperio; corressono tutti là. ma se la sanità, il nutrimento, il bene della vittoria, stava nell' Italia; non si tagliassono quasi i più forti nerbi di questo corpo.

XXIX. *Hæc ferociter iactando, postquam, immissis lictoribus, Valens coercere seditionem cœptabat; ipsum invadunt, saxa iaciunt, fugientem sequuntur. Spolia Galliarum, & Viennensium aurum, & pretia laborum suorum occultare, clamitantes; direptis sarcinis, tabernacula Ducis, ipsamque bumum pilis, & lanceis, rimabantur.*

XXIX. Mandando Valente i sergenti per chetare questi orgogliosi; gli si voltan co' sassi. ei fugge; corrongli, e gridangli dietro: Che nascondeva le spoglie delle Gallie, l' oro de' Viennesi, e 'l premio di lor sudore. saccheggiangli le bagaglie, i padiglioni, frugano infin sotterra co' dardi, e aste. Egli s' acquattò, vestito da schiavo, ap-

nam Valens, servili veste, apud decurionem equitum tegebatur. Tum Alphenus Varus Prafectus castrorum, deflagrante paulatim seditione, addit consilium: Vetitis obire vigilias centurionibus, omisso tubæ sono, quo miles ad belli munia cietur. Igitur torpere cuncti: circumspectare inter se attoniti: & id ipsum quod nemo regeret, paventes, silentio, patientia, postremo precibus ac lacrymis veniam quærebant. Vt vero deformis, & flens, &, præter spem, incolumis Valens processit; gaudium, miseratio, favor: versi in lætitiam (ut est vulgus utroque immodicum) laudantes, gratantesque, circumdatum aquilis signisque, in tribunal ferunt. Ille, utili moderatione, non supplicium cuiusquam poposcit: ac, ne dissimulans suspectior foret; paucos incusavit. gnarus civilibus bellis, plus militibus, quam Ducibus, licere.

XXX. *Munientibus castra apud Ticinum; de adversa Cæcinæ pugna adlatum: & prope renovata seditio; tamquam fraude, & cunctationibus, Valentis, prælio defuissent. Nolle requiem: non exspectare Ducem: anteire signa: urgere signiferos; rapido agmine Cæcinæ iunguntur. Improspera Valentis fama apud exercitum Cæcinæ erat, expositos se tante pauciores integris hostium viribus querebantur: simul in suam excusationem, adventantium robur per adulationem attollentes, ne ut victi, & ignavi, despectarentur. Et quamquam plus virium, prope duplicatus Legionum, auxiliorumque, numerus erat Valenti; studia tamen militum in Cæcinam inclinabant, super benignitatem animi, qua promptior habebatur, etiam vigore ætatis, proceritate corporis, & quodam inani favore. Hinc æmulatio Ducibus: Cæcina, ut fœdum & maculosum: ille, ut vanum ac tumidum, irridebant. Sed condito odio, eamdem utilitatem fovere, crebris epistolis sine respectu veniæ, probra Othoni obiectantes; cum Duces partium Othonis, quamvis uberrima conviciorum in Vitellium materia abstinerent.*

presso a un decurione di cavalli. L'ardore alquanto ammorzò: e Alfeno Varo Maestro del Campo v'aggiunse quest'arte: Non fece andare i centurioni a riveder le sentinelle: non sonar trombe che i soldati chiamano a' loro uficj. onde si stavano a man giunte: guardavansi in viso balordi: e del proprio vedersi senza Capo impauriti; chiedevan mercè con silenzio, pentimento, preghi, e pianti. Vscito fuori Valente tutto brutto, piangente, e vivo, fuor d'ogni credere; impazzati d'allegrezza, compassione, favore (come va il popolazzo da estremo a estremo), con mille laudi, e inchini circondato d'aquile, e insegne, lo portano in tribunale. Esso con utile moderanza, di niuno domandò supplizio: e pochi ne garrì; per non metter sospetto dissimulando. sapendo che nelle guerre civili posson più i soldati, che i Capitani.

XXX. Fortificandosi nel Campo a Pavia, odon la rotta di Cecina: e rimontano in collora contro a Valente; quasi tenuti quivi a badalucco malignamente, perchè non fossero a quella fazione. Non dormono, non aspettano il Capitano; vanno innanzi all'insegne, pingono gli alfieri, e corrono a unirsi con Cecina; nel cui esercito Valente era lacerato, d'avergli lasciati sì pochi contro a tanti nimici e freschi, e valorosi; magnificandoli per più scusa, e men dispregio, dell'essere stati vinti. E quantunque Valente avesse più Legioni, e aiuti quasi il doppio; i soldati nondimeno inchinavano a Cecina, come più benigno, Giovane, alto di persona, e per una cotal vana loro compiacenza. Onde si astiavano, e ridevansi, Cecina delle codardie, e macchie di Valente: questi della gonfiezza, e vanità, di Cecina. Ma celato l'odio, tiravano a un segno: e a Otone scrivevan lettere vituperose, senza pensar a quel che poteva avvenire; quando i Capitani d'Otone, che avevan che dire molto più di Vitellio, se n'astenevano.

Vitellii atque Othonis comparatio. Otho de genere

XXXI. *Sane ante utriusque exitum, quo egregiam Otho famam, Vitellius flagitiosissimam, metuere; minus Vitel-*

XXXI. Perchè veramente innanzi che facessero la lor fine, Otone egregia, e Vitellio sceleratissima; si avea

Confronto d'Otone a Vitellio. Otone dibatte come

men

belli consultat. Mora alii, alii festinationem stulte suadent, & prævalent.

tellii ignavæ voluptates, quam Othonis flagrantissimæ libidines timebantur. Addiderat huic terrorem atque odium cædes Galbæ; contra, illi initium belli nemo imputabat. Vitellius, ventre & gula sibi hostis; Otho, luxu, sævitia, audacia, Reipublicæ exitiosior ducebatur. Coniunctis Cæcinæ ac Valentis copiis, nulla ultra penes Vitellianos mora, quin totis viribus certarent. Otho consultavit, trahi bellum, an Fortunam experiri placeret. Tum Svetonius Paullinus dignum fama sua ratus, qua nemo illa tempestate militaris rei callidior habebatur, de toto genere belli censere: Festinationem hostibus, moram ipsis utilem, disseruit.

men paura de' vili piaceri di costui, che delli appetiti ardenti d'Otone. Era questi divenuto tremendo, e odioso per la morte di Galba; quegli, dell'origine della guerra da niuno imputato. Vitellio era, per lo ventre, e per la gola, nimico a se stesso. Otone, con lo spendio, crudeltà, e audacia, pareva alla Repubblica più dannoso. Tosto che Cecina e Valente furon congiunti con tutte le forze, non avrebbero differita la giornata. Otone fece consiglio: Se la guerra si dovesse trattenere, o provar la Fortuna. Parve a Svetonio Paulino, tenuto lo più scaltro guerriero de' suoi tempi, appartenerglisi discorrere di tutta la guerra, e conchiuse: Che a' nimici bisognava sollecitare, a loro indugiare.

dar battaglia: chi indugio consiglia, chi folle fretta, o prevale.

XXXII. *Exercitum Vitellii universum advenisse: nec multum virium a tergo; quoniam Galliæ tumeant, & deserere Rheni ripam, irrupturis tam infestis Nationibus, non conducat: Britannicum militem hoste & mari distineri: Hispanias, armis non ita redundare: Provinciam Narbonensem, incursu classis, & adverso prælio contremuisse: clausam Alpibus, & nullo maris subsidio Transpadanam Italiam, atque ipso transitu exercitus vastatam* (a), *non frumentum usquam exercitui, nec exercitum sine copiis retineri posse. iam Germanos, quod genus militum apud hostes atrocissimum sit, tracto in æstatem bello, fluxis corporibus, mutationem soli, cælique, haud toleraturos. multa bella, impetu valida, per tædia, & moras, evanuisse. Contra, ipsis omnia opulenta, & fida: Pannoniam, Mœsiam, Dalmatiam, Orientem, cum integris exercitibus: Italiam, & caput rerum Vrbem, Senatumque, & Populum, numquam obscura nomina, etsi aliquando obumbrentur: publicas privatasque opes: & immensam pecuniam, inter civiles discordias ferro validiorem: corpora militum aut Italiæ sueta, aut æstibus: obiacere flumen Padum: tutas vi-*

XXXII. Essere l'esercito di Vitellio comparito tutto, e poco potersene aspettare; per essere le Gallie sospette, e non metter conto abbandonar la ripa del Reno, perchè v'entrino Nazioni tanto moleste: i soldati d'Inghilterra aver che fare con que' nimici: essere il mare in mezzo: armi alle Spagne non avanzare: la Narbonese per le galee, e per la rotta ancor tremare: l'Italia di là dal Po essere dall'Alpi chiusa, per mare non soccorsa, e guasta nel passar solo dell'esercito, che non ha onde cavar da vivere, e digiuno non può durare: que' corpi caldi de' soldati Germani, che sono i più atroci, e i più feroci che i nimici abbiano, condotti nella state, non reggeranno alla mutazion del paese, e dell'aria: essere molte guerre possenti, e furinse, svanite per tedio, e lunghezza. Essi avere all'incontro tutti i comodi, fede per tutto: la Pannonia, Mesia, Dalmazia co' loro eserciti non tocchi: Italia, e Roma, capo del tutto, il Senato e 'l Popolo, non mai scuri nomi, se ben talora un poco rannuvolati: ricchezze infinite, pubbliche e private: e contanti, che nelle discordie cittadinesche vagliono più che 'l ferro: soldati di complessione avvez-

za

(a) Il Brottier mette *vastam*, come un' eleganza latina, in vece di *vastatam*.

viris, murisque, Vrbes, e quibus nullam hosti cessuram, Placentiæ defensione exploratum. Proinde, duceret bellum; paucis diebus Quartamdecimam legionem, magna ipsam fama, cum Mœsiacis copiis affore. tum rursus deliberaturum: &, si prælium placuisset; auctis viribus certaturos.

za all' Italia, o a climi caldi: difenderli il Po, e sicure Città per mura, e uomini; Piacenza difesa aver chiarito, che niuna s' arrenderebbe. Trattenesse per tanto la guerra pochi giorni, sino all' arrivo della legion Quattordicesima di gran nome per se, e con gli aiuti di Mesia: e se allora, fatto nuovo consiglio, paresse; con le forze cresciute si combatterebbe.

Funestiore adhuc consilio, Otho cum valida coprarum manu Brixellum concedit.

XXXIII. *Accedebat sententiæ Paullini Marius Celsus. idem placere Annio Gallo, paucos ante dies lapsu equi adflicto, missi qui consilium eius sciscitarentur, retulerant. Otho pronus ad decertandum. Frater eius Titianus, & Præfectus Prætorii Proculus, imperitia properantes, Fortunam & Deos & numen Othonis, adesse consiliis, adfore conatibus, testabantur; neu quis obviam ire sententiæ auderet, in adulationem concesserant. Postquam pugnari placitum; interesse pugnæ Imperatorem, an seponi melius foret, dubitavere. Paullino & Celso iam non adversantibus; ne Principem obiectare periculis viderentur, iidem illi deterioris consilii auctores perpulere, ut Brixellum concederet: ac dubiis prœliorum exemptus, summæ rerum, & Imperii, se ipsum reservaret. Is primus dies Othonianas partes adflixit. namque & cum ipso Prætoriarum cohortium, & speculatorum, equitumque, valida manus discessit: & remanentium fractus animus; quando suspecti Duces: & Otho, cui uni apud militem fides, dum & ipse non nisi militibus credit, imperia Ducum in incerto reliquerat.*

XXXIII. Del parere di Paulino fu Mario Celso: e così consigliò Annio Gallo mandatone a domandare; perchè era poco innanzi caduto da cavallo. Otone voleva dar dentro: a Tiziano suo Fratello, e Procolo Prefetto del Pretorio, come a ignoranti, parea mill' anni: e col dire, che la Fortuna, e gl' Iddii, e 'l Genio d' Otone, così lo consigliavano, e l' aiuterieno, e con folle adulazione, tolsero animo di replicare. Risoluto il combattere; si disputò, se l' Imperadore doveva trovarvisi, o no. Gli autori del mal consiglio lo spinsero a ritirarsi in Brescello: levarsi dalla Fortuna: e serbarsi all' ultimo uopo, e all' Imperio. Questo giorno fu la prima rovina d' Otone; essendo seco partito il meglio de' Pretoriani, cavalieri, e alabardieri, e caduto l' animo a' rimanenti; perchè i Capitani eran sospetti: e Otone, di cui solo si fidavano i soldati, ed egli a lor soli dava credenza, avea lasciato in compromesso l' autorità de' Capi.

Con peggior consiglio va con gran truppa Otone in Brescello.

Vitellianos transitum Padi simulant.

XXXIV. *Nihil eorum Vitellianos fallebat; crebris, ut in civili bello transfugiis: & exploratores cura diversa sciscitandi, sua non occultabant. Quieti, intentique, Cæcina ac Valens, quando hostis imprudentia rueret, quod loco sapientiæ est, alienam stultitiam opperiebantur; inchoato ponte transitum Padi simulantes, adversus oppositam gladiatorum manum (a), ac ne ipsorum mi-*

XXXIV. Ogni cosa sapevano i Vitelliani da molti fuggitivi, che sono nelle guerre civili: e le spie per volontà di spiare i fatti d'altri, scoprivano i loro. E vedendo Cecina, e Valente, il nimico armeggiare; saldi, e attenti lo lasciavan (il che è saviezza) far sacco nella stoltizia; fingendo voler passare il Po contro a' gladiatori per un ponte, cominciato per non impi-

Fingono i Vitelliani passar il Po.

(a) Due mila gladiatori, vergognoso rinforzo al partito d' Otone. Vedi al cap. II. di questo Libro II.

miles segne otium tereret. naves pari inter se spatio, validis utrimque trabibus connexæ, adversum in flumen dirigebantur: iactis insuper anchoris, quæ firmitatem pontis continerent: sed anchorarum funes non extensi fluitabant; ut augescente flumine, inoffensus ordo navium attolleretur. claudebat pontem imposita turris, & in extremam navem edicta; unde tormentis ac machinis hostes propulsarentur.

pigrire i soldati, di navi equidistanti incatenate con travi, per resistere alla corrente: con l'ancore afferrate per tenerlo fermo: co' canapi lunghi, per alzarsi col fiume quando egli ingrossa: e con una torre in su l' ultima nave del ponte per tenere, sparando tiri, il nimico discosto.

Leve prælium Othonianis adversum.

XXXV. Othoniani in ripa turrim struxerant: saxaque, & faces, iaculabantur. & erat insula amne medio, in quam gladiatores navibus molientes, Germani nando prælabebantur. Ac forte plures transgressos, completis Liburnicis, per promptissimos gladiatorum Macer adgreditur. sed neque ea constantia gladiatoribus ad prælia quæ militibus: nec perinde nutantes e navibus, quam stabili gradu e ripa, vulnera dirigebant. &, cum variis trepidantium inclinationibus, immixti remiges, propugnatoresque, turbarentur; desilire in vada ultro Germani, retentare puppes, scandere foros, aut cominus mergere. quæ cuncta in oculis utriusque exercitus, quanto lætiora Vitellianis, tanto acrius Othoniani caussam, auctoremque, cladis detestabantur.

XXXV. Gli Otoniani ne fecero un' altra in su la ripa: e tiravano sassi, e fuochi. Il fiume faceva un' isola; brigavano d' entrarvi i gladiatori in barche: i Germani a nuoto passavano loro innanzi. Macro vedendone passati molti, empiè le barche de' suoi più feroci: e quelli assalì. ma non combattono i gladiatori col coraggio de' soldati: e barcollando nel fiume, non aggiustavano le ferite, come quelli a piè fermo in ripa. e cadendosi addosso rematori, e soldati qua, e là, spaventati diversamente; i Germani si gittan nell'acqua: attaccansi alle poppe: montano in su le corsie: affondano i vascelli in su gli occhi d'ambi gli eserciti; con tanta allegrezza de' Vitelliani, quanta rabbia delli Otoniani, che bestemmiando quella rotta, e chi n' era cagione,

Scaramuccia agli Otoniani infausta.

XXXVI. Et prælium quidem, abruptis quæ superfuerant navibus, fuga diremptum. Macer ad exitium poscebatur. iamque vulneratum eminus lancea, strictis gladiis invaserant; cum intercursu Tribunorum, centurionumque, protegitur. Nec multo post, Vestricius Spurinna, iussu Othonis, relicto Placentiæ modico præsidio, cum cohortibus subvenit. Dein Flavium Sabinum Consulem designatum Otho Rectorem copiis misit, quibus Macer præfuerat; læto milite ad mutationem Ducum: & Ducibus ob crebras seditiones, tam infestam militiam aspernantibus.

XXXVI. ruppero i vascelli salvati, e finirono la battaglia con la fuga. Gridavasi: „ Muoia Macro "; e già ferito da lontano di lancia, gli erano addosso con le spade: ma Tribuni, e centurioni accorsivi lo salvarono. Non guari dopo, Vestricio Spurina, d' ordine d' Otone, lasciata poca guardia in Piacenza, venne con le forze a soccorrere. e Otone diede a Flavio Sabino disegnato Consolo la carica di quelle genti che aveva Macro; piacendo a' soldati questo scambiettar Capitani: e i Capitani ancora, per tante sedizioni, poco si curavano di sì fatti carichi.

Vanus rumor, pavore belli, fastidiove Principum, pacis consilia inter exercitus fuisse agitata.

XXXVII. Invenio apud quosdam Auctores, pavore belli, seu fastidio utriusque Principis, quorum flagitia ac dedecus apertiore in dies fama noscebantur; dubitasse exercitus, num posito certamine, vel ipsi in medium consultarent, vel Senatui permitterent le-

XXXVII. Trovo scritto, che ambi gli eserciti, spaventati della guerra, o stucchi delle brutte sceleratezze dell' uno, e dell'altro Principe, che si scoprivano ogni dì più; pensarono, se fusse meglio che combattersi, accordarsi a fare essi, o far fare al Senato

Vana voce d'un trattato di pace tra' due eserciti per temenza, e noia de' Pretendenti.

Im-

legere Imperatorem, atque eo Duces Othonianos spatium, ac moras, suasisse, præcipue Paullinum; quod vetustissimus Consularium, & militia clarus gloriam, nomenque, Britannicis expeditionibus meruisset. Ego, ut concesserim apud paucos, tacito voto, quietem pro discordia, bonum & innocentem Principem, pro pessimis ac flagitiosissimis expetitum; ita, neque Paullinum, qua prudentia fuit, sperasse, corruptissimo sæculo, tantam vulgi moderationem, reor; ut, qui pacem, belli amore, turbaverant, bellum, pacis caritate, deponerent: neque, aut exercitus linguis moribusque dissonos, in hunc consensum potuisse coalescere: aut Legatos ac Duces, magna ex parte luxus, egestatis, scelerum sibi conscios, nisi pollutum obstrictumque meritis suis Principem passuros.

XXXVIII. *Vetus ac iam pridem insita mortalibus Potentiæ* (a) *cupido, cum Imperii magnitudine adolevit, erupitque. nam rebus modicis, æqualitas facile habebatur; sed ubi, subacto Orbe, & æmulis Vrbibus* (b) *Regibusve excisis, securas opes concupiscere vacuum fuit, prima inter* (c) *Patres plebemque certamina exarsere. Modo turbulenti Tribuni, modo Consules prævalidi: & in Vrbe ac Foro tentamenta civilium bellorum. Mox e plebe infima, C. Marius, & Nobilium sævissimus, L. Sulla, victam armis Libertatem in dominationem verterunt: post quos Cn. Pompeius occultior, non melior. & numquam postea, nisi de Principatu quæsitum. Non discessere ab armis in Pharsalia ac Philippis Civium Legiones; nedum Othonis ac Vitellii exercitus sponte posituri bellum fuerint. Eadem illos Deûm ira, eadem hominum rabies, eædem scelerum caussæ, in discordiam egere. Quod sin-*

Imperadore un altro; e perciò persuadevano i Capitani d' Otone il trattenersi, e indugiare: spezialmente Paulino, il più vecchio di quanti erano stati Consoli, famoso guerriero, di gran rinomo, e gloria, per sue chiare geste in Inghilterra. Io credo bene, che qualcuno in suo segreto desiderasse quiete, e non discordia: un santo Principe, e non due sciagurati. ma non già, che Paulino, di quella prudenza, sperasse, in quel corrottissimo tempo, soldati tanto modesti, che avendo turbata la pace per aver guerra, lasciasson la guerra per zelo di pace: nè che eserciti di lingue, e costumi, così strani, e diversi, potessero a ciò convenire: o que' lor Generali, e Capitani, che si sentivano la maggior parte disonesti, poveri e scelerati, patire altro Principe men tristo, e a loro non obbligato.

XXXVIII. L' antica, e natural' ansietà ne' mortali della Potenza, crebbe, e scoppiò con la grandezza dell' Imperio, perchè nello stato piccolo volevano agevolmente l' onesto; ma soggiogato il Mondo, e spento le Repubbliche, e i Re emuli, poichè potemmo agognar l' assicurate grandezze, s' accesero tra i Padri, e la plebe, i primi combattimenti. Or tumultuavano i Tribuni: or prevalevano i Consoli: nella Città, e nel Foro erano aizzamenti a guerra civile. Indi C. Mario dell' infima plebe, e L. Silla tra i Nobili, crudelissimo, misono vinta con l' armi la Libertà in tirannia: e dietro a loro Gn. Pompeo più coperto, non migliore. nè mai più s' è trattato che d' esser Principe. Non lasciaron l' armi in Farsaglia, e ne' Filippi, i soldati de' nostri Cittadini; non che deporle di volontà gli eserciti d' Otone, e Vitellio, discordanti per la medesima divina ira, umana rabbia, e scelerate cagioni. E

se,

(a) In simili sensi Sallustio, *Natura Mortalium avida imperii, & præceps ad explendam animi cupidinem.* Iugurth. VI.

(b) Cartagine spezialmente, e Numanzia. I Re soggiogati poi furon tanti.

(c) *Postquam, remoto metu Punico, tranquillitas exercere vacuum fuit; plurima turbe, seditiones, & ad postremum bella civilia orta sunt.* Sallust. Fragm. hist. I. 5.

gulis velut ictibus transacta sunt bella; ignavia Principum factum est. Sed me veterum, novorumque, morum reputatio longius tulit. nunc ad rerum ordinem venio.

Titianus & Proculus ad quartum a Bedriaco castra imperite promoveri, & de prœlio dubitant.

XXXIX. *Profecto Brixellum Othone; bonor Imperii penes Titianum Fratrem: vis, ac potestas, penes Proculum Præfectum. Celsus, & Paullinus, cum prudentia eorum nemo uteretur, inani nomine Ducum, alienæ culpæ prætendebantur. Tribuni, centurionesque, ambigui; quod spretis melioribus, deterrimi valebant. miles alacer; qui tamen iussa Ducum interpretari quam exsequi mallet. Promoveri ad quartum a Bedriaco castra placuit, adeo imperite; ut quamquam verno tempore anni, & tot circum amnibus, penuria aquæ fatigarentur. Ibi de prœlio dubitatum, Othone per litteras flagitante, ut maturarent: militibus, ut Imperator pugnæ adesset, poscentibus: plerique copias trans Padum agentes acciri postulabant. Nec perinde diiudicari potest, quid optimum factu fuerit; quam pessimum fuisse quod factum est.*

Otho, mora æger, spei impatiens, rem in discrimen mitti iubet.

XL. *Non ut ad pugnam, sed ad bellandum profecti, confluentes Padi & Adduæ fluminum* XVI. *inde millium spatio distantes petebant. Celso & Paullino abnuentibus, militem itinere fessum, sarcinis gravem, obiicere hosti, non admissuro quo minus expeditus, & vix quatuor millia passuum progressus, aut incompositos in agmine, aut dispersos, & vallum molientes, aggrederetur. Titianus & Proculus, ubi consiliis vincerentur, ad ius Imperii transibant. Aderat sane citus equo (a) Numida, cum atrocibus mandatis, quibus Otho, increpita Ducum segnitia, rem in discrimen mitti iubebat, æger mora, & spei impatiens.*

Bebriacensia pugna.

XLI. *Eadem die, ad Cæcinam operi pontis intentum, duo Prætoriarum cohortium Tribuni, colloquium eius postu-*

se, quasi a' primi colpi, finiron le guerre di questi Principi; abbiasene grado alla lor dappocaggine. Ma il riandare i vecchi, e' nuovi, costumi, mi ha traviato. ora seguito l' ordine.

Tiziano e Procolo da inetti piantano il campo a quattro miglia oltre Bedriaco: esitano sulla battaglia.

XXXIX. Andato Otone a Brescello; il suo Fratello Tiziano comandava in titolo: e Procolo Capitan della guardia in effetto. A Celso, e Paulino, intendentissimi, e da niuno adoperati, il nome vano di Capitani addossava gli errori altrui. Stavano i Tribuni, e' centurioni sospesi; veggendo, sprezzati i valenti, governare quei da niente. i soldati giovano; ma volevan più tosto comentar le commissioni, che eseguirle. Quattro miglia più innanzi a Bedriaco piacque ripiantare il Campo, sì male inteso; che di primavera, con tanti fiumi intorno, pativan d'acqua. Quivi si disputo del combattere. Otone lo sollecitava per lettere: i soldati vi volevano la persona sua: molti, che si mandasse per le genti poste di là dal Po. Quello che il meglio era fare, non può così ben giudicarsi; come, che il fatto fu il pessimo.

Otone noiato, impaziente ordina d'armeggiare.

XL. Camminossi in ordinanza più da viaggio, che da battaglia, sedici miglia sin dove l' Adda imbocca nel Po; gridando Celso, e Paulino: Che i soldati stanchi carichi di bagaglie, si davano in preda al nemico, che spedito, camminato appena quattro miglia, non lascerebbe l' occasione d' assaltargli, o sfilati, o occupati a fare il Campo. Tiziano, e Procolo, quando non sapean rispondere alle ragioni, dicevano: „ Otone vuol così “. Ed eravi giunto battendo un Numido con sue lettere, che li minacciava del non dar dentro; struggendolo, e l' aspettare, e 'l più stare su le speranze.

Battaglia a Bebriaco.

XLI. Lo medesimo dì vennero a Cecina, intento a far il ponte, due Tribuni Pretoriani a trattar seco. Mentre

(a) In quel lusso di Roma eran molto in uso i lacchè, e i Numidi a cavallo. *Omnes iam sic peregrinantur ut illos Numidarum præcursus equitatus, ut agmen Curiorum antecedat. Turpe est nullos esse qui occurrentes via deficiant, qui honestum hominem venire magno pulvere ostendant.* Sen. ep. CXXIII.

stulantes, venerunt. Audire conditiones, ac reddere parabat; cum præcipites exploratores, adesse hostem, nuntiavere. interruptus Tribunorum sermo; eoque intertum fuit, insidias, an proditionem, vel aliquod honestum consilium, cœptaverint. Cæcina dimissis Tribunis, revectus in castra; datum iussu Fabii Valentis pugnæ signum, & militem in armis, invenit. Dum Legiones de ordine agminis sortiuntur; equites prorupere: &, mirum dictu, a paucioribus Othonianis, quo minus in vallum impingerentur, Italicæ legionis virtute territi sunt. ea, strictis mucronibus, redire pulsos, & pugnam resumere coegit. Disposita Vitellianarum legionum acies, sine trepidatione, etenim (quamquam vicino hoste) adspectus armorum densis arbustis prohibebatur. Apud Othonianos, pavidi Duces, miles Ducibus infensus: mixta vehicula & lixæ: & præruptis utrimque fossis, via quieto quoque agmini angusta. Circumsistere alii signa sua: quærere alii: incertus undique clamor, accurrentium, vocitantium: &, ut cuique audacia vel formido; in primam, postremamve, aciem prorumpebant, vel revehebantur.

XLII. *Attonitas subito terrore mentes, falsum gaudium in languorem vertit; repertis qui, descivisse a Vitellio exercitum, mentirentur. Is rumor ab exploratoribus Vitellii dispersus, an ipsa Othonis parte, seu dolo, seu forte surrexerit, parum compertum. Omisso pugnæ ardore, Othoniani ultro salutavere. Et hostili murmure excepti; plerisque suorum ignaris quæ caussa salutandi, metum proditionis fecere. Tunc incubuit hostium acies, integris ordinibus, robore, & numero, præstantior. Othoniani quamquam dispersi, pauciores, fessi; prælium tamen acriter sumpsere. & per locos arboribus ac vineis impeditos, non una pugnæ facies, cominus, eminusque, catervis, & cuneis, concurrebant: in aggere viæ, collato gradu, corporibus & umbonibus nitti: omisso pilorum iactu, gladiis & securibus galeas, loricasque, perrumpere: noscentes inter se, ceteris conspicui, in eventum totius belli certabant.*

XLIII.

tre egli udiva le condizioni, e pensava le risposte; eccoti riconoscitori trafelando a dirgli: il nimico esser quivi; e rotto fu il ragionare. Se i Tribuni volleto ingannare, o tradire, o partito onesto; non si sa. Cecina li licenziò: tornò in Campo: e trovò da Fabio Valente dato il segno alla battaglia: li soldati in arme. e mentre le Legioni traggon per sorte i luoghi; la cavalleria si spinse: e fu miracolo che pochi Otoniani non gli rincacciassero sino alla trincea. La virtù della legione Italica gli spaventò, che con le spade al viso, li fece voltare, e ripigliar il combattere. Ordinaronsi i Vitelliani senza spavento; perchè li folti arbori toglievan l' aspetto dell' armi de' nimici, benchè vicini. Nelli Otoniani erano i Capitani sbigottiti, in odio a' soldati: tra essi carri, e bagaglioni, mescolati: la strada, per le fosse di qua, e di là, smottate, rimasa stretta ancora a quieto marciare: chi era intorno alle insegne, chi ne cercava: da ogni banda correre, e chiamar si sentiva: ciascuno, secondo coraggio, o codardia, correva nelle prime file, o nelle sezze si ritirava.

XLII. Vna falsa allegrezza venuta in quelli storditi: Che l' esercito di Vitellio gli s' era ribellato; fu per loro tanto peggio. Se questa voce uscì da' riconoscitori di Vitellio, o da gente d' Otone, a caso, o per ingannare; non è chiaro. Fermato l' ardore del combattere, gli Otoniani salutarono. Fu risposto con mormorio nimico. temessi di tradimento; non vedendosi a che proposito quel saluto. Allora gl' investì questo nimico esercito d' ordine, podere, e numero, al disopra. Gli Otoniani benchè male ordinati, stracchi, e meno; presero feroci la battaglia, varia per lo luogo imbrattato d' arbori, e vigne. affrontavansi da lontano e presso: a squadre e conii: in su 'l bastione della strada alle mani si urtavano con le persone, e con li scudi: gittate via l' aste, con le spade, e accette sfondavano celate, e corazze: riconosciensi tra loro, e ficcensi vedere, combattendo per la fine di tutta la guerra.

XLIII.

XLIII. *Forte inter Padum viamque, patenti campo, duæ legiones congressæ sunt: pro Vitellio Vnaetvicesima, cui cognomen Rapaci, vetere gloria insignis: e parte Othonis, Prima, Adiutrix, non ante in aciem deducta, sed ferox, & novi decoris avida. Primani, stratis Vnaetvicesimanorum Principiis, Aquilam abstulere; quo dolore accensa Legio, & impulit rursus Primanos, interfecto Orphidio Benigno Legato: & plurima signa, vexillaque, ex hostibus rapuit. A parte alia, propulsa Quintanorum impetu Tertiadecima legio: circumventi plurium accursu Quartadecimani. Et Ducibus Othonis iam pridem profugis; Cæcina ac Valens subsidiis suos firmabant. Accessit recens auxilium Varus Alphenus, cum Batavis; fusa gladiatorum manu, quam navibus transvectam, oppositæ cohortes in ipso flumine trucidaverant. Ita victores latus hostium invecti.*

XLIII. Tra 'l Po, e la strada s'appiccarono in un piano due legioni; per Vitellio la Ventunesima, detta Rapace, d' antica gloria: e per Otone, la Prima, detta Aiutrice, che non aveva piu combattuto, ma ferocе, e volonterosa d' onore. Mandò per terra le prime file, e guadagnò l' aquila della Rapace; la quale dal dolore accesa ripinse quella indietro: uccise Orfidio Benigno Legato: e molte nimiche insegne, e stendardi, rapì. In altra parte, l' impeto della Quinta cacciò la Tredicesima: e fur da molti della Quattordicesima circondate. Già eran fuggiti i Capitani d' Otone: e Cecina, e Valente rinforzavano i loro. e nuovo aiuto giunse di Varo Alfeno co' Batavi, che, rotti i gladiatori nelle barche, vittoriosi per fianco urtarono.

Othonianorum fuga, & adversus duces suos ira.

XLIV. *& media acie perrupta, fugere passim Othoniani, Bedriacum petentes. Immensum id spatium, obstructæ strage corporum viæ; quo plus cædis fuit; neque enim civilibus prœliis, capti in prædam vertuntur. Svetonius Paullinus, & Licinius Proculus, diversis itineribus, castra vitavere. Vedium Aquilam Tertiædecimæ legionis Legatum, iræ militum inconsultus pavor obtulit. Multo adhuc die vallum ingressus, clamore seditiosorum & fugacium circumstrepitur. Non probris, non manibus abstinent, Desertorem Proditoremque, increpant, nullo proprio crimine eius; sed, more vulgi, suum quisque flagitium aliis obiectantes. Titianum, & Celsum, nox iuvit, dispositis iam excubiis, compressisque militibus; quos Annius Gallus precibus, consilio, auctoritate flexerat, ne super cladem adversæ pugnæ, suismet ipsi cædibus sævirent: sive finis bello venisset, seu resumere arma mallent; unicum victis in consensu levamentum. Ceteris fractus animus: Prætorianus miles: Non virtute se, sed proditione victum fremebat: ne Vitellianis quidem incruentam fuisse victoriam, pulso equite, rapta Legionis aquila: superesse cum ipso Othone militum quod trans Padum fuerit: venire Mœsicas legiones: magnam*

XLIV. e per mezzo fenderono la battaglia delli Otoniani, che fuggiro verso Bedriaco, via lunghissima, impacciata di cadaveri, onde l' uccision fu maggiore; non si facendo prigioni nelle guerre civili. Paulino, e Procolo per diverse strade sfuggirono gli alloggiamenti. Entrovvi, essendo ancora alto il Sole, Vedio Aquila, Legato della legion Tredicesima, e si espose, non da pratico, all' ira de' soldati scandolosi, e fuggiti, che gli furo addosso con le grida, con le mani, chiamandolo, Truffatore, Traditore, senza suo peccato; ma, all' usanza del volgo, gli apponevano i loro. Per Tiziano, e Celso, si fece l' entrarvi di notte; messe le scolte, attutati i soldati da Annio Gallo, che consiglio, pregò, comandò: non aggiugnessero alla sconfitta la crudeltà contro a loro stessi, o fosse finita la guerra, o volesserla ripigliare; conforto unico a' vinti, esser l' unione. Si perderono gli altri d' animo: i soldati Pretoriani sbuffano: Che non erano stati vinti per virtù, ma per tradimento: non era stata la vittoria senza sangue; avendo rotti i cavalli, e tolta un' aquila: essere con Otone tutta la gente d' oltre Po: gran parte dell' esercito rimaso a Bedriaco: due Legioni ve-

Fuggono gli Otoniani: lor ira contro i Duci.

exercitus partem Bedriaci remansisse; hos certe nondum victos, &, si ita ferret, honestius in acie perituros. His cogitationibus truces, aut pavidi, extrema desperatione ad iram sæpius, quam in formidinem, stimulabantur.

Vitelliani victa castra intrant: victi victoresque, in lacrymas effusi, civilia bella detestantur.

XLV. *At Vitellianus exercitus, ad quintum a Bedriaco lapidem consedit; non ausis Ducibus eadem die oppugnationem castrorum. simul voluntaria deditio sperabatur. Sed expeditis & tantum ad prælium egressis, munimentum fuere arma, & victoria. Postera die, haud ambigua Othoniani exercitus voluntate, & qui ferociores fuerant ad pœnitentiam inclinantibus; missa Legatio. Nec apud Duces Vitellianos dubitatum, quo minus pacem concederent. Legati paulisper retenti, ea res hæsitationem attulit; ignaris adhuc an impetrassent. Mox remissa Legatione patuit vallum. Tum victi, victoresque, in lacrymas effusi, sortem civilium armorum misera lætitia detestantes. Iisdem tentoriis, alii Fratrum, alii Propinquorum vulnera fovebant. spes & præmia in ambiguo: certa, funera & luctus: nec quisquam adeo mali expers, ut non aliquam mortem mœreret. Requisitum Orphidii Legati corpus; honore solito crematur: paucos Necessarii ipsorum sepelivere: ceterum vulgus, super humum relictum.*

Accepto cladis nuntio, Otho, consilii certus, militem amicosque solatia tentantes adloquitur; grassantem seditionem coercet: dein mortem sibi ipse conscivit. Iuxta eius rogum quidam militum se interficiunt.

XLVI. *Opperiebatur Otho nuntium pugnæ, nequaquam trepidus, & consilii certus. Mœsta primum fama; dein profugi e prælio perditas res patefaciunt. Non exspectavit militum ardor vocem Imperatoris; bonum habere animum iubebant; superesse adhuc novas vires: & ipsos extrema passuros, ausurosque; neque erat adulatio. Ire in aciem, excitare partium Fortunam, furore quodam, & instinctu, flagrabant. qui procul adstiterant, tendere manus, & proximi prehensare genua, promptissimo Plotio Firmo. Is Prætorii Præfectus, idemtidem orabat: Ne fidissimum exercitum, ne optime meritos milites desereret: maiore (a) animi*

nir di Mesia: questi non esser vinti però: e pur, dovendo, moririeno in battaglia con più onore. Tra questi pensieri or terribili, or paurosi, per ultima disperazione l'ira cacciava più spesso il timore.

Fattano i Vitelliani nel campo de' vinti: vinti e vincitori in lagrime detestano la civil guerra.

XLV. L'esercito di Vitellio si piantò cinque miglia presso a Bedriaco; non avendo i Capitani ardito il dì medesimo d'assaltare il Campo: e anche si sperava, che s'arrendesse. ma a quegli senza bagaglie, e usciti solo a combattere, l'armi, e la vittoria, serviron per ogni cosa. La dimane di volontà non dubbia dell'esercito d'Otone (e volti a pentirsi i più feroci) furon mandati Ambasciadori a chieder pace. I Capitani di Vitellio non la stettero a pensare: ritennerli alquanto: e se ne stette con ansietà; non sapendo se l'avessero ottenuta. Rimandatili; lo steccato fu aperto. Allora i vinti, e' vincitori, con un mare di lagrime, e miseranda allegrezza, maledicevano l'armi civili: ne' medesimi padiglioni medicavano le ferite de' Fratelli, e de' Parenti. le speranze, e guiderdoni erano dubbj; le morti, e' pianti certani: e niuno ne andò così netto che non piangesse qualcuno. Il corpo d'Orfidio Legato fu trovato, e arso con solita onoranza: seppelliti alcuni da' lor Parenti: tutti gli altri in su la terra lasciati.

Intesa la rotta Otone, di se risoluto, parla a soldati e amici che cercan consolarlo: frena la mala audizione: poi si dà morte: Soldati al suo rogo s'uccidono.

XLVI. Otone attendeva l'avviso della giornata, coraggioso, e di sè risoluto. Giunsene prima fama non troppo buona; poscia i fuggiti della battaglia accertarono esser ito in malora ogni cosa. L'affezione de' soldati non aspettò ch'ei parlasse, dicendo: Non dubitasse; esservi ancor nuove forze: patirieno, ardirieno essi ogni estremo, e, senza adulare, ardevano di voglia infuriata d'ire a combattere, risuscitar la Fortuna: alzavano le mani i lontani, baciavangli le ginocchia i vicini. Scongiuravalo del medesimo, Plozio Fermo Prefetto de' Pretoriani: Non gittasse via sì fedele esercito, soldati sì meritevoli: la fronte, e non le spal-

(a) Non potea proferirsi migliore, e più certa sentenza. non chi si dà morte, ma chi con

animo tolerari adversa quam relinqui: fortes, & strenuos, etiam contra Fortunam, insistere (a) *spei; timidos & ignavos ad desperationem formidine properare. Quas inter voces, ut flexerat vultum, aut induraverat, Otho; clamor, & gemitus. Nec Prætoriani tantum proprius Othonis miles, sed præmissi e Mœsia, eamdem obstinationem adventantis exercitus, Legiones Aquileiam ingressas, nuntiabant; ut nemo dubitet, potuisse renovari bellum atrox, lugubre, incertum victis, & victoribus.*

XLVII. *Ipse aversus a consiliis belli, „ Hunc “, inquit, „ animum, hanc „ virtutem vestram ultra periculis ob„ ticere, nimis grande vitæ meæ pre„ tium puto. Quanto plus spei osten„ditis, si vivere placeret; tanto „ pulchrior mors erit. Experti invi„ cem sumus, ego ac Fortuna: nec „ tempus computaveritis; difficilius „ est temperare felicitati, qua te non „ putes diu usurum. Civile bellum a „ Vitellio cœpit, & ut de Principa„ tu certaremus armis, initium illic „ fuit; ne plusquam semel certemus, „ penes me exemplum erit. Hinc Otho„ nem Posteritas æstimet. Fruetur „ Vitellius Fratre, Coniuge, Libe„ris; mihi non ultione* (b), *neque so„ latiis, opus est. Alii diutius Im„ perium tenuerint; nemo tam forti„ ter reliquerit. An ego, tantum Ro„ manæ pubis, tot egregios exercitus, „ sterni rursus, & Reipublicæ eripi, „ patiar? Eat hic mecum animus, tam„ quam perituri pro me fueritis. sed „ este superstites: nec diu moramur, „ ego incolumitatem vestram, vos con„ stantiam meam. Plura de extremis „ loqui, pars ignaviæ est. præcipuum „ destinationis meæ documentum habe„ te, quod de nemine queror; nam „ incusare Deos vel homines, eius est „ qui vivere velit “.

XLVIII.

spalle voltare il coraggioso all'avversità. speranza eziandio ritenere il forte e valoroso, contro a Fortuna; alla disperazione correre i codardi, e vili. Secondo che a tali conforti Otone in viso pareva piegato, o duro; uscivano allegrezze, o sospiri. Nè pure i Pretoriani, proprj soldati d'Otone, ma i mandati di Mesia, portavano la medesima ostinazione di quell'esercito che s'appressava, e già era in Aquilea: e senza dubbio si poteva rifar guerra atroce, lacrimevole, e dubbia.

XLVII. Ma Otone, deliberato di no; disse a' confortanti: „ Non vale la „ vita mia quanto il mettere a nuovo „ risico quest'animo, e virtù vostra. „ Quanto più speranza mi date, vo„ lendo io vivere; tanto fia più bel„ lo il morire. Ho provato l'una, e „ l'altra Fortuna, ed esse me: non fate „ ragion del tempo; felicità non du„ rabile, è più difficile a temperare. „ ma io sarò esempio d'aver voluto „ una sola volta con armi civili com„ battere il Principato con Vitellio, „ che fu il primo a muoverle. Quin„ ci estimino i secoli chi fu Otone: „ Riabbiasi Vitellio il Fratello, la Mo„ glie, e' Figliuoli; io non ho bisogno „ di vendetta, nè di conforti. Abbian„ si tenuto altri più lungamente l'Im„ perio; niuno l'avrà lasciato sì forte„ mente. Come? io patire, che tanta „ gioventù Romana, tanti valorosi „ eserciti siano straziati, e tolti alla „ Repubblica un'altra volta? Accom„ pagnimi questo vostro buono ani„ mo, di aver voluto per me morire. „ Vivete pure: e non tratteniamo, io „ la vostra salute, voi la mia gloria. „ Le molte parole intorno al morire „ sono debolezza. vedete se io ne son „ dispostissimo, che io non mi dol„ go nè d'Iddii, nè d'uomini; per„ chè ciò fa chi vuol vivere “.

XLVIII.

---

con coraggio, e rassegnazione soffre i mali della vita è il vero forte. Gli Stoici altrimenti insegnavano: e Lipsio sembra aderir loro in questo passo di Tacito, non so con che ragione.

(a) *Magnæ indolis signum est sperare semper*, dice Floro IV. 8. cioè non abbattersi, non disperarsi.

(b) Rifiutò Otone la bestial consolazione, e compenso, d'uccidere il Fratello, la Moglie, e i Figli, di Vitellio. Egli a questo tratto è un uomo di virtù: e forse questa sua non ebbe esempio in que' tempi sanguinarj.

XLVIII. *Talia locutus, ut cuique ætas, aut dignitas, comiter appellatos, irent propere, neu remanendo iram victoris asperarent, Iuvenes auctoritate, Senes precibus, monebat: placidus ore, intrepidus verbis, intempestivas suorum lacrymas coercens. Dari naves ac vehicula abeuntibus iubet. Libellos epistolasque, studio erga se, aut Vitellium contumeliis, insignes, abolet. Pecunias distribuit parce, nec ut perituru. Mox Salvium Cocceianum Fratris* (a) *Filium, prima iuventa trepidum & mœrentem, ultro solatus est; laudando pietatem eius, castigando formidinem: An Vitellium tam immitis animi fore, ut pro incolumi tota Domo, ne hanc quidem sibi gratiam redderet? Merevi se festinato exitu clementiam victoris; non enim ultima desperatione, sed poscente prœlium exercitu, remisisse Reipublicæ novissimum casum. Satis sibi nominis, satis Posteris suis nobilitatis quæsitum. Post Iulios, Claudios, Servios; se primum in Familiam novam Imperium intulisse. Proinde erecto animo capesseret vitam: neu Patruum sibi Othonem fuisse, aut oblivisceretur unquam, aut nimium meminisset.*

XLIX. *Post quæ, dimotis omnibus, paulum requievit. atque illum supremas iam curas animo volutantem repens tumultus avertit; nuntiata consternatione ac licentia militum. namque abeuntibus exitium minitabantur, atrocissima in Virginium vi, quem clausa domo obsidebant. Increpitis seditionis auctoribus, regressus, vacavit abeuntium alloquiis, donec omnes inviolati digrederentur. Vesperascente die, sitim haustu gelidæ aquæ sedavit. Tum allatis pugionibus duobus, cum utrumque pertentasset, alterum capiti subdidit. & explorato, iam profectos amicos; noctem quietam, utque affirmatur, non insomnem, egit. Luce prima, in ferrum pectore incubuit. Ad gemitum morientis, ingressi liberti, servique, & Plotius Firmus Prætorii Præfectus, unum vulnus inve-*

XLVIII. Così detto, suavemente comandò a' Giovani, pregò i Vecchi, e' Graduati, che tosto da lui si partissero; per non inasprire l'ira del Vincitore: e con volto piacevole, e parole animose, le inutili lagrime de' suoi riprendendo, fece dare a loro barche, e carrette. Arse le lettere, e scritture, contenenti notabile amore a lui, e vituperi di Vitellio. Donò mance, ma scarse, come non dovesse morire. Di Salvio Cocceiano, giovanetto, Figliuol del Fratello, maninconoso, e timido, lodata la pietà, ripreso il timore, lo consolò: Che Vitellio non sarebbe sì crudo, che dell' avergli la Casa salvata non gli rendesse almeno questa grazia: che la morte affrettatasi meriterebbe clemenza dal vincitore; perciò che, non per ultima disperazione, ma chiedente battaglia l' esercito, avea risparmiato alla Repubblica il pericolo estremo. Avere acquistato assai nome a sè, e splendore a' suoi avvenire. Dopo i Giulj, Claudj, Servj, lui primo aver messo l' Imperio in nuova Famiglia. Vivesse con franco cuore: nè mai si dimenticasse, nè troppo si ricordasse: Otone essere stato suo Zio.

XLIX. Licenziato ogn' uno, alquanto si riposò. e già pensando al suo fine, fu sturbato da repentino strepito, e nuova: Che i soldati minacciavano morte a chi si partisse: e la casa, ove tenevano assediato Verginio, abbattevano di tutta forza. Andò a riprendere i movitori del tumulto: e tornato, faceva motto a ciascuno; finchè tutti se ne furono andati salvi. In su la sera gli venne sete, e bevve acqua fredda: fecesi portar due pugnali: tastolli: e uno se ne mise al capezzale. Saputo non v' esser più Amici, si passò quella notte quieta: e, affermasi, non senza sonno. All' Alba s' infilzò in su 'l pugnale col petto. Corsero al romore di lui, per quella sola ferita bocchegiante, servi, e liberti, e Plozio Fermo Prefetto del Pretorio: e 'l sep-

pel-

(a) Figlio di Tiziano. Dice Svetonio ch' egli ancora fosse quivi presente; lo che non sembra stare con quel che se n' è detto al cap. 44.

venore. Funus maturatum, ambitiosis id precibus petierat; ne amputaretur caput ludibrio futurum. Tulere corpus Prætoriæ cohortes, cum laudibus & lacrymis, vulnus manusque eius exosculantes. Quidam militum, iuxta rogum interfecere se, non noxa, neque ob metum; sed æmulatione decoris, & caritate Principis. Ac postea, promiscue Bedriaci, Placentiæ, aliisque in castris celebratum id genus mortis. Othoni sepulcrum exstructum est, modicum, & mansurum (a).

pelliro spacciatamente, come egli caldamente pregò; perchè non gli fosse tagliata la testa per ischernirla. Soldati Pretoriani il portarono con laudi, e lagrime, baciandogli la ferita, e le mani. Alcuni soldati lungo la catasta s' uccisero; non per peccato, o paura: ma per amare il Principe, e imitare la sua virtù. e poscia, a Bedriaco, a Piacenza e in altri alloggiamenti fu cotal morte usata da molti. Fu fatto a Otone sepolcro piccolo, ma da durare.

Othonis ætas, origo, fama.

L. *Hunc vitæ finem habuit septimo & tricesimo ætatis anno. Origo illi e Municipio Ferentino. Pater, Consularis, Avus, Prætorius, maternum Genus impar, nec tamen indecorum. puritia ac iuventa, qualem monstravimus: duobus* (b) *facinoribus, altero flagitiosissimo, altero egregio; tantundem apud Posteros meruit bonæ famæ, quantum malæ. Vs conquirere fabulosa, & fictis oblectare legentium animos, procul gravitate cœpti operis crediderim; ita vulgatis, traditisque, demere fidem non ausim. Die quo Bedriaci certabatur, avem inusitata specie, apud Regium Lepidum celebri luco consedisse, incolæ memorant: nec deinde cœtu hominum, aut circumvolitantium alitum, territam pulsamve, donec Otho se ipse interficeret; sumblatam ex oculis: & tempora reputantibus, initium finemque miraculi, cum Othonis exitu competisse.*

L. Tal fine ebbe di anni trenta sette. Fu natío della Città di Ferente: il Padre, Consolo: l'Avolo, Pretore: da lato di Madre men chiaro; non però basso. fanciullo e giovane, quale abbiamo detto: per due fatti l' uno bruttissimo, l' altro egregio, meritò fama rea, e buona, egualmente. Siccome la gravità di quest' opera non comporta solleticar gli orecchi a chi legge con favole; così non ardisco appellar favole le cose divolgate, e scritte. Contano que' paesani: Che il dì che si combattè a Bedriaco, si posò un uccel nuovo in un bosco di Reggio assai frequentato, nè mai fu per molta gente lo svolazzante uccello cacciato, nè spaurito in sino a che Otone s' uccise; allora sparì: e che i tempi del principio, e fine, di questo miracolo s' accordano con la detta morte.

Età, principii, fama d' Otone.

Novata luctu ac dolore militum seditio.

LI. *In funere eius, novata luctu ac dolore militum seditio: nec erat qui coerceret. Ad Verginium versi, modo ut reciperet Imperium: nunc ut Legatione apud Cæcinam ac Valentem fungeretur, minitantes, orabant. Verginius per aversam domus portam furtim digressus, irrumpentes frustratus est. Earum quæ Brixelli egerant cohortium, preces Rubrius Gallus tulit: & venia statim impetrata; con-*

LI. Nel suo mortoro fecero i soldati per lo duolo e pianto nuova sedizione, e non era chi quietarla. Voltatisi a Verginio; ora che pigliasse l' Imperio: ora che andasse Ambasciatore da parte loro a Cecina e Valente, il pregavano minacciando. Verginio, entrandogli essi con impeto in casa, per l' uscio di dietro scampò la furia. Delle coorti state a Brescello portò Rubrio Gallo le preghiere; e subito fu lor

Sedizione rinata con lutto, e duolo dell' armata.

(a) Questo piccolo sepolcro colla semplice iscrizione, *Marci Othonis*, vide Plutarco in Brescello; com' egli stesso attesta nella vita di quest' Imperadore pag. 2075.

(b) Il brutto fu d' aver usurpato l' Impero coll' uccidere Galba: l' egregio fu d' averlo ceduto privandosi di vita per riparare più gran mali.

cedentibus ad victorem per Flavium Sabinum (a) *iis copiis quibus præfuerat.*

Magna pars Senatus, Othonem secuta, extremum discrimen adit.

LII. *Posito ubique bello, magna pars Senatus extremum discrimen adiit, profecta cum Othone ab Vrbe, dein Mutinæ relicta. Illuc de adverso prælio allatum. sed milites, ut falsum rumorem aspernantes, quod infensum Othoni Senatum arbitrabantur; custodire sermones, vultum, habitumque, trahere in deterius: conviciis postremo ac probris caussam & initium cædis quærebant. cum alius insuper metus Senatoribus instaret, ne prævalidis iam Vitellii partibus, cunctanter excepisse victoriam crederentur. Ita trepidi, & utrimque anxii, coeunt. Nemo privatim expedito consilio: inter multos, societate culpæ tutior. Onerabat paventium curas ordo Mutinensis, arma, & pecuniam, offerendo, appellabatque Patres Conscriptos, intempestivo honore.*

LIII. *Notabile iurgium inde fuit, quo Licinius Cæcina Marcellum Eprium, ut ambigua disserentem, invasit. nec ceteri sententias aperiebant. Sed invisum memoria delationum, expositumque ad invidiam Marcelli nomen, irritaverat Cæcinam, ut novus adhuc, & in Senatum nuper adscitus, magnis inimicitiis clarescceret. Moderatione meliorum dirempti. & rediere omnes Bononiam rursus consiliaturi. Simul medio temporis plures nuntii sperabantur. Bononiæ divisis per itinera qui recentissimum quemque percunctarentur, interrogatus Othonis libertus caussam digressus; habere se suprema eius mandata, respondit. Ipsum viventem quidem relictum, sed sola Posteritatis cura, & abruptis vitæ blandimentis. Hinc admiratio, & plura interrogandi, pudor. atque omnium animi in Vitellium inclinavere.*

LIV. *Intererat consiliis Frater eius L. Vitellius, seque iam adulantibus offerebat; cum repente Cænus libertus Neronis, atroci mendacio universos perculit, affirmans: superventu xiv. legio-*

lor perdonato: e Flavio Sabino tirò tutta la sua carica a divozione del vincitore.

Gran parte di Senato d'Otone amica, in estremo rischio.

LII. Posata per tutto la guerra, corse pericolo una gran parte del Senato uscita con Otone di Roma, e rimasa a Modana. Dove, quando venne la nuova, che s' era perduto; i soldati non la credevano: e, tenendo i Senatori per nimici d'Otone; osservavano le parole, atti, e volti, tirandogli al peggio: e con oltraggi, e villanie, cercavano occasione di manometterli. E già essendo la parte di Vitellio gagliardissima; portavano un altro pericolo i Senatori, di non parere d' aver indugiato troppo a far allegrezza della vittoria. Con questi batticuori si ragunavano. ciascheduno per se era impacciato; assicuravagli aver molti compagni. Aggravavali il Senato di Modana, che offeriva loro arme, e danari; del nome di Padri Coscritti, fuor d' otta, onorandoli.

LIII. Nacquevi gran contesa; per aver Licinio Cecina detto a Marcello Eprio, che parlasse chiaro: non si lasciavano intendere anche gli altri. ma Cecina, uomo nuovo, tirato su ora in Senato, si volle illustrare col farsi gran nimici, e pigliarla contra Eprio, grande, e odioso, per la memoria delle sue accuse. Entraronvi di mezzo prodi uomini. e tutti a Bologna tornarono per fare nuovo consiglio; in tanto verrebbero più avvisi. Da Bologna mandaron uomini a' passi, a intendere da chi veniva fresco di là, che fosse d' Otone. Rispose un suo liberto: Che portava il suo testamento, e l' aver lasciato vivo; ma pensava alla fama, non alla vita. Stupirono; vergognaronsi di più domandare: e tutti fur volti a Vitellio.

LIV. Era in quel consiglio Lucio suo Fratello, e a que' Senatori già adulanti si presentava; quando Ceno liberto di Nerone con atroce menzogna gli mise sozzopra, affermando: esser la le-

(a) Di questo Flavio Sabino fratello di Vespasiano s' è parlato nel Lib. I. di queste Storie 46. e nel II. 55.

gionis, iunctis a Brixello viribus, cæsos victores, versam partium fortunam. Caussa fingendi fuit; ut diplomata Othonis, quæ negligebantur, lætiore nuntio revalescerent. Et Cæsus quidem rapidus in Vrbem vectus, paucos post dies iussu Vitellii pœnas luit. Senatorum periculum auctum, credentibus Othonianis militibus vera esse quæ afferebantur. Intendebat formidinem, quod publici consilii facie, discessum Mutinæ, desertæque partes forent. Nec ultra in commune congressi, sibi quisque consuluere; donec missæ a Fabio Valente epistolæ, demerent metum: & mors Othonis, quo laudabilior, eo velocius audita.

legion Quattordicesima arrivata, unita con le forze di Brescello: tagliati a pezzi i vincitori: rivoltata Fortuna. Questo trovato fece; acciocchè le patenti d'Otone, che non si stimavano, ripigliasser forza per tal novella. Costui se n'andò a Roma volando, ove pochi dì appresso Vitellio il fe' gastigare. Credendo a tal novella i soldati d'Otone, crebbe il pericolo del Senato; tanto più essendosi in vista di consiglio pubblico uscito di Modana con abbandonar quella parte. Onde non si ragunò più: ogn'un pensò a sè. finalmente Fabio Valente con sue lettere li cavò di paura: e la morte d'Otone quanto più lodevole, tanto più presto volò.

In tanto rerum motu, nihil Romæ trepidationis: spectantur ludi: audita Othonis morte, omnes Vitellio plausere.

LV. *At Romæ nihil trepidationis. Cereales* (a) *ludi ex more spectabantur. at cessisse vita Othonem, & Flavio Sabino Præfecto Vrbis, quod erat in Vrbe militum sacramento Vitellii adactam, certi auctores in theatrum attulerunt; Vitellio plausere. Populus, cum lauru, ac floribus, Galbæ imagines circum templa tulit; congestis in modum tumuli coronis, iuxta lacum Curtii, quem locum Galba moriens sanguine infecerat. In Senatu, cuncta longis, aliorumque Principatibus, composita, statim decernuntur. Additæ erga Germanicos exercitus laudes, gratesque: & missa legatio, quæ gaudio fungeretur. Recitatæ Fabii Valentis epistolæ ad Consules scriptæ, haud immoderatæ. Gratior Cæcinæ modestia fuit, quod non scripsisset.*

In tanto sobuglio, niente teme Roma: godonsi gli spettacoli: udito morto Otone tutti per Vitellio.

LV. Roma non se ne mosse. facevasi l'usata festa di Cerere; e quando nel teatro venne certezza, che Otone era morto, e Flavio Sabino governante aveva fatto quanti soldati erano in Roma giurar fedeltà a Vitellio; si gridò, Viva Vitellio. Il Popolo portò le immagini di Galba intorno a' tempj con corone di fiori, e d'alloro, e fecali di esse a modo d'un sepolcro a fonte Curzia, ove morendo sparse il sangue. In Senato si decretò subito a Vitellio quanti onori mai si trovaro a lungamente stato Principe: a' Germani eserciti, laudi, e ringraziamenti: e ambasceria a Vitellio, a rallegrarsi. Si lesse una lettera di Fabio Valente a' Consoli, non ventosa, ma più grata fu la modestia di Cecina, che sen' astenne.

Gravis tamen Italiæ victor exercitus.

LVI. *Ceterum Italia grævius atque atrocius, quam bello, afflictabatur. Dispersi per Municipia, & Colonias, Vitelliani, spoliare, rapere, vi & stupris polluere, in omne fas nefasque avidi aut venales, non sacro, non profano abstinebant. & fuere qui inimicos suos specie militum interficerent. Ipsique milites regionum gnari, refertos agros, dites dominos, in prædam: aut, si repugnatum foret, ad excidium destinabant; obnoxiis Ducibus, & prohi-*

LVI. Ma l'Italia era più atrocemente afflitta, che aver guerra. I Vitelliani alloggiati a discrezione per le Terre, spogliavano, rapivano, svergognavano, taglieggiavano, vendevano con ogni avidezza il sagro, e 'l profano. e alcuni uccisero lor nimici privati, sotto spezie di soldati d'Otone. I pratichi del Paese volevano in preda i terreni grassi, e i padron ricchi: chi replicava uccidevano: nè ardivano i Capitani, a loro obbligatissimi, ratte-

L'armata vittoriosa flagello d'Italia.

ner-

(a) Celebravansi nel Cerchio a' 19. Aprile queste Feste di Cerere: vedi quel che se n'è scritto al Lib. XV. degli Annali, 35.

hibere non ausis. Minus avaritiæ in Cæcina, plus ambitionis: Valens, ob lucra & quæstus, infamis; eoque alienæ etiam culpæ dissimulator. Jam pridem attritis Italiæ rebus, tantum peditum equitumque, vis, damnaque, & iniuriæ, ægre tolerabantur.

Vitellio victoria sua nuntiatur, simulque transgressa in partes utraque Mauretania.

LVII. *Interim Vitellius victoriæ suæ nescius, ut ad integrum bellum, reliquas Germanici exercitus vires trahebat. Pauci veterum militum in hibernis relicti, festinatis per Gallias delectibus; ut remanentium Legionum nomina supplerentur. Cura ripæ Hordeonio Flacco permissa: ipse e Britannico delectu octo millia sibi adiunxit. & paucorum dierum iter progressus, prosperas apud Bedriacum res, ac morte Othonis concidisse bellum, accepit. Vocata concione, virtutem militum laudibus cumulat. Postulante exercitu, ut libertum suum Asiaticum Equestri dignitate donaret; inhonestam adulationem compescuit. dein, mobilitate ingenii, quod palam abnuerat, inter secreta convivii largitur: honoravitque Asiaticum anulis (a), fœdum mancipium, & malis artibus ambitiosum.*

LVIII. *Iisdem diebus, accessisse partibus utramque Mauretaniam, interfecto Procuratore Albino, nuntii venere. Luceius Albinus, a Nerone Mauretaniæ Cæsariensi præpositus, addita per Galbam Tingitanæ Provinciæ administratione, haud spernendis viribus agebat. xviii. cohortes, quinque alæ, ingens Maurorum numerus aderat, per latrocinia & raptus, apta bello manus. Caso Galba, in Othonem pronus, nec Africa contentus; Hispaniæ angusto freto diremptæ imminebat. Inde Cluvio Rufo metus: & Decimam legionem propinquare litori, ut transmissurus, iussit. Præmissi centuriones, qui Maurorum animos Vitellio conciliarent. neque arduum fuit; magna per Provincias Germanici exercitus fama. Spargebatur insuper spreto Procuratoris vocabulo, Albinum insigne Regis, & Iubæ nomen usurpare.*

LIX.

nerli. Cecina meno avaro, ma più ambizioso: Valente per li brutti guadagni infame; però all' altrui colpe chiudeva gli occhi. Italia già macinata non poteva più tollerare tanti soldati, e cavalli, e danni, e oltraggi.

Vitellio ode sua vittoria: l' una Mauritania, e l'altra va da Lui.

LVII. Quando Vitellio, non sapendo di sua vittoria, veniva via come a viva guerra, col rimanente delle forze di Germania, lasciati pochi soldati vecchi nelle guarnigioni; avendo in furia fatto genti nelle Gallie per rinfrescar le Legioni, che rimanevano. La guardia della ripa commise a Ordeonio Flacco, egli con ottomila Inghilesi di più, camminato poche giornate, intese la vittoria di Bedriaco: e finita la vita d' Otone, e la guerra. Chiama a parlamento, e alza a cielo la virtù de' soldati: raffrena l' adulazione disonesta di quelli domandanti tutti, che facesse Cavaliere, Asiatico suo liberto. poscia per debolezza, quel che negò in pubblico, fece a una cena: e delli anelli onorò Asiatico schiavo vituperoso, che s' aggrandiva per tristizie.

LVIII. In que' giorni vennero avvisi: Che ambe le Mauritanie s'eran volte a Vitellio; avendo morto Luceio Albino Procuratore. Costui messo da Nerone a governo della Cesariense, e da Galba della Tingitana, avea non poche forze. Diciotto coorti, cinque cornette, gran numero di Mori, gente assassina, rapace, e perciò da guerra. Morto Galba, egli s' accostò a Otone: e non bastandogli l' Affrica, uccellava alla Spagna, divisa da poco stretto. Cluvio Rufo, avendone paura, al lito accostò la legion Decima per passare: e mandò innanzi centurioni a tirare i Mori a divozion di Vitellio. Poca fatica durarono; per la fama del Germanico esercito per tutto 'l Mondo. e dicevasi: che il Procuratore Albino, prese l' insegne Regie, s' intitolava il Re Iuba.

LIX.

(a) L' anello era un fregio dell' Equestre dignità, come s' è detto al I. Lib. di queste Storie 13. Leggi, se ne sei curioso, in Svetonio in Vitell. XII. il vario destino di questo schiavo Asiatico, e la libidine ed incostanza di Vitellio.

LIX. *Ita mutatis animis, Asinius Pollio alæ Præfectus, e fidissimis Albino, & Festus ac Scipio, cohortium Præfecti, opprimuntur. Ipse Albinus, dum e Tingitana Provincia Cæsariensem Mauretaniam petit; appulsus litori, trucidatur. Vxor eius, cum se percussoribus obtulisset, simul interfecta est; nihil eorum quæ fierent Vitellio anquirente. Brevi auditu, quamvis magna transibat; impar curis gravioribus. Exercitum itinere terrestri pergere iubet. Ipse Arare flumine devehitur, nullo Principali paratu: sed vetere egestate conspicuus; donec Iunius* (a) *Blæsus, Lugdunensis Galliæ Rector, genere illustri, largus animo, & par opibus, circumdaret Principi ministeria, comitaretur liberaliter; eo ipso ingratus, quamvis odium Vitellius vernilibus blanditiis velares. Præsto fuere Lugduni, victricium, victarumque, partium, Duces. Valentem, & Cæcinam, pro concione laudatos, curuli suæ circumposuit. Mox universum exercitum occurrere infanti Filio iubet: perlatumque, & paludamento opertum, sinu retinens; Germanicum appellavit, cinxitque cunctis Fortunæ Principalis insignibus. Nimius bonos inter secunda, rebus adversis in solatium cessit.*

LIX. Onde, mutati gli animi, uccisero Asinio Pollione, confidentissimo d' Albino, che comandava una compagnia: e Festo, e Scipione Colonnelli: e Albino, andando dalla Mauritania Tingitana alla Cesariense, fu in su 'l lito ammazzato con la Moglie, che si presentò agli uccidi-tori. Vitellio non cercava di cosa che si facesse: con breve udienza passava le più importanti, alle gravi cure non atto. Lasciò l' esercito venir per terra, e se ne veniva giù per la Sona, non con apparecchio da Principe: ma con la sua antica povertà ragguardevole. Ma Giunio Bleso, che reggeva la Gallia Lionese, di sangue illustre, ricco, e magnifico, lo fornì di bella Corte, e l'accompagnò. Vitellio l'ebbe per male; benchè nol mostrasse, e lo coprisse con umili cirimonie. In Lione gli fecero riverenza i Capitani vincitori, e i vinti. In pieno parlamento lodò Valente, e Cecina, e fe' sederlisi allato: e tutto l' esercito incontrare il suo Figliuolo bambino. Come il vide, lo prese in collo: l'appellò Germanico: lo cinse di sopravvesta, e di tutte l' Imperiali insegne. Il quale onore eccessivo nella felicità, nella miseria gli fu conforto.

Ii centuriones promptissimos Othonianorum interfecit: Duces absolvit.

LX. *Tum interfecti centuriones promptissimi Othonianorum; unde præcipua in Vitellium alienatio per Illyricos exercitus, simul ceteræ Legiones contactu, & adversus Germanicos milites invidia, bellum meditabantur. Svetonium Paullinum, ac Licinium Proculum, tristi mora squalidos tenuit; donec auditi, necessariis magis defensionibus, quam honestis, uterentur. Proditionem ultro imputabant; spatium longi ante prælium itineris: fatigationem Othonianorum: permixtum vehiculis agmen: ac pleraque fortuita, fraudi suæ assignantes. Et Vitellius credidit de perfidia: & fidem absolvit. Salvius Titianus, Othonis Frater, nullum discrimen adiit, pietate* (b), *& ignavia, excusatus.*

Uccide Centurioni più addetti a Otone: i Duci assolve.

LX. Allora i centurioni più divoti d' Otone furo ammazzati: onde nacque il principale sdegno nelli eserciti d' Illiria, per lo quale quasi male appiccaticcio, e per l'invidia a' soldati di Germania, gli altri pensavano a nuova guerra. Fatti lungamente storiare, e straziati, Svetonio Paulino, e Licinio Procolo; uditi alla fine si difesero con iscuse più necessarie, che onorate, con affermare: aver fatto per lui tradimento. Il lungo cammino innanzi alla battaglia, la stanchezza degli Otoniani, le schiere ordinate fra' carriaggi, e altre cose, le più, di Fortuna, attribuivano a lor froda. Vitellio credette il tradimento, e gli assolvè dalla fedeltà. Ne Salvio Tiziano Fratel d' Otone portò pena, scusato come

Ma-

(a) La morte del quale si riferirà nel Lib. III. di queste Storie, 38.
(b) Pietà verso del Fratello.

Mario Celso Consulatus servatur. sed creditum fama, obiectumque mox in Senatu Cæcilio Simplici, quod eum honorem pecunia mercari, nec sine exitio Celsi voluisset. Restitit Vitellius, deditque postea Consulatum Simplici, innoxium & inemptum. Trachalum adversus criminantes, Galeria Vxor Vitellii protexit.

Marici, inserere sese fortunæ ausi, supplicium.

LXI. *Inter magnorum virorum discrimina (pudendum dictu) Maricus quidam, e plebe Boiorum, inserere sese Fortunæ, & provocare arma Romana, simulatione Numinum, ausus est. Iamque Assertor Galliarum, & Deus (nomen id sibi indiderat) concitis octo millibus hominum, proximos Æduorum pagos trahebat; cum gravissima Civitas, electa iuventute, adiectis a Vitellio cohortibus, fanaticam multitudinem disiecit. Captus in eo prælio Maricus, ac mox feris obiectus (a); quia non laniabatur, stolidum vulgus inviolabilem credebat: donec spectante Vitellio interfectus est.*

Vitellii gula, & leges.

LXII. *Nec ultra in defectores, aut bona cuiusquam, sævitum. Rata fuere eorum qui acie Othoniana ceciderant, testamenta, aut lex intestatis (b). Prorsus, si luxuriæ temperaret, avaritiam non timeres. Epularum fœda & inexplebilis libido. ex Vrbe atque Italia, irritamenta gulæ gestabantur, strepentibus ab utroque mari itineribus: exhausti conviviorum apparatibus Principes Civitatum: vastabantur ipsæ Civitates: degenerabat a labore ac virtute miles; assuetudine voluptatum, & contemptu Ducis. Præmisit in Vrbem edictum, quo vocabulum Augusti differret, Cæsaris non reciperet; cum de potestate nihil detraheret. Pulsi Italia mathematici. Cautum severe, ne Equites romani ludo, & arena, polluerentur. Priores id Principes, pecunia, & sæpius vi, perpulerant. ac pleraque Municipia, & Coloniæ, æmulabantur, corruptissimum quemque adolescentium, pretio illicere.*

LXIII.

me obbligato, e dappoco. Fu confermato Mario Celso nel Consolato. ma detto, e creduto, e in Senato rinfacciato a Cecilio Semplice, d' aver offerto danari, per conseguir quell' onore con la morte di Celso. Ma Vitellio non volle: e a Semplice poscia lo diè senza peccato, nè costo. Galeria Moglie di Vitellio, favorì, e liberò, Tracalo da' suoi accusanti.

Castigato Merico oso proverei a Fortuna.

LXI. Tra le fortune de' Grandi si mescolò (che vergogna è a dire) un plebeo de' Boi, detto Marico: e ardì provocar l'armi Romane col chiamarsi Liberator delle Gallie, e Iddio: e già con seguito di ottomila persone, sollevava i vicini villaggi degli Edui; quando questa gente prudentissima con sua fiorita gioventù, e gente avuta da Vitellio, sbaragliò quella moltitudine spiritata. Marico nella battaglia fu preso, e gittato alle fiere: e, perchè non lo sbranavano; il volgo sciocco credeva che fusse inviolabile: finchè fu ammazzato, veggente Vitellio.

Gola, e leggi di Vitellio.

LXII. Contro ad altri felloni, o lor beni, non s' andò più. De' morti nella battaglia Otoniana valsero i testamenti: o per li non testati, le leggi; da non temere d' avarizia, se ei si fusse temperato da quella brutta gola, non unque piena. Mandavanglisi di Roma, e d' Italia gli aguzzamenti dell' appetito: le poste correvano dall' uno e dall' altro mare: se n' andavano in banchetti i Grandi delle Città: rovinavansi esse Città: tralignavano i soldati; passando dalle delizie al disprezzo del Capitano. Mandò in Roma un editto, nel quale differiva il titolo d' Augusto, non riceveva quel di Cesare; non diminuendo però sua podestà. Cacciò d' Italia gl' indovini. Sotto gravi pene a' Cavalieri romani proibì macchiare quel grado, schermendo in teatro, o recitando. Ciò sotto altri Principi fatto aveano a prezzo, e spesso forzati. e le terre e Colonie gl' imitavano; invitando con premj i più scorretti giovani.

LXIII.

(a) Era questo il supplizio de' sediziosi. *Digest.* XLVIII. *Tit.* 19. *de Pœnis. leg.* 38. *ex Paulo*; *num.* 2.

(b) Cioè la legge; in vigor di cui, i beni di chi moriva senza testamento, andavano agli eredi.

Dolabella cæsus. Triariæ licentia: Galeriæ & Sextiæ modestia.

LXIII. *Sed Vitellius, adventu Fratris, & irrepentibus dominationis magistris, superbior, & atrocior; occidi Dolabellam iussit, quem in Coloniam Aquinatem depositum tum ab Othone retulimus. Dolabella, audita morte Othonis, Vrbem introierat. Id ei Plautius Varus, Prætura functus, ex intimis Dolabellæ Amicis, apud Flavium Sabinum Præfectum Vrbis obiecit, tamquam, ruptæ custodia, Ducem se victis partibus ostentasset. Addidit tentatam cohortem quæ Hostiæ ageret: nec ullis tantorum criminum probationibus, in pœnitentiam versus; seram veniam post scelus quærebat. Cunctantem super tanta re Flavium Sabinum, Triaria L. Vitellii Vxor, ultra femineam ferox, terruit e periculo Principis famam clementiæ affectare. Sabinus suopte ingenio mitis, ubi formido incessisset, facilis mutatu, & in alieno discrimine sibi pavens, ne allevasse videretur; impulit ruentem.*

LXIV. *Igitur Vitellius, metu & odio, quod Petroniam Vxorem eius mox Dolabella in matrimonium accepisset; vocatum per epistolas, vitata Flaminiæ viæ celebritate, divertere Interamnam, atque ibi interfici iussit. Longum interfectori visum; in itinere ac taberna, proiectum humi iugulavit: magna cum invidia novi Principatus, cuius hoc primum specimen noscebatur. Et Triariæ licentiam, modestum e proximo exemplum onerabat, Galeria Imperatoris Vxor, non immitis tristibus: & pari probitate, Mater Vitelliorum Sextilia, antiqui moris. Dixisse quin etiam, ad primas Filii sui epistolas, ferebatur: Non Germanicum a se, sed Vitellium genitum. nec ullis postea Fortunæ illecebris, aut ambitu Civitatis in gaudium evecta, Domus suæ tantum adversa sensit.*

Cluvius absolvitur.

LXV. *Digressum a Lugduno Vitellium, M. Cluvius Rufus adsequitur, omissa Hispania: lætitiam & gratulationem vultu ferens, animo anxius, & petitum se criminationibus, quarus. Hilarius Cæsaris libertus detulerat, tamquam audito Vitellii & Othonis Principatu; propriam ipse potentiam, & possessionem Hispaniarum tentasset; eoque, diplomatibus nullum Principem præ-*

LXIII. Ma Vitellio per l'arrivo del Fratello, e per li sott' entrati ministri, divenuto più superbo, e crudele; fece ammazzare Dolabella, messo da Otone in Aquino con guardia, come dicemmo. Il quale, udita la morte d' Otone, se n' era venuto a Roma. Plauzio Varo, stato Pretore, suo caro Amico, l' accusò a Flavio Sabino Prefetto di Roma, d'esser venuto, rotta la carcere, a farsi capo della parte vinta: e d'aver voluto corrompere la coorte che stava in Ostia. poi non provando sì gran delitti, tardi ripentito, chiedeva della bruttura perdono. Stando Sabino sopra tanta cosa sospeso; Triaria Moglie di L. Vitellio, feroce più che donna, il minacciò, che non facesse il misericordioso, con periglio del Principe. Il buono uomo, dolce per natura, e mutabile per paura, per non far sue le brighe d' altri, con l' aiutar chi cadeva; gli diè la pinta. Ucciso Dolabella. Licenziosa Triaria, modesta Galeria, e Sestia.

LXIV. Vitellio adunque, per sospetto di Dolabella, e per odio, avendo egli per moglie Petronia, stata sua; lo chiamò per lettere: e ordinò che, per fuggir la via Flamminia frequentata, fusse fatto voltare a Terni, e quivi ucciso. L' ucciditore per farla più breve, lo scannò nel cammino, e lasciò in una di quelle osterie; con grave carico, e mal saggio, del nuovo Principato. E l'arroganza di Triaria vie più appariva per la modestia di Galeria Moglie dell' Imperadore, che non affliggeva gli afflitti, e di Sestilia Madre d' ambi essi Vitellii, d'antica bontà, che alla prima lettera del Figliuolo dicono che rispose: Aver generato Vitellio, non Germanico. Nè lusinghe di Fortuna, nè corteggiamenti di Roma, la fecero baldanzosa. i mali soli di sua Casa sentì.

LXV. Vitellio si partì di Lione: e M. Cluvio Rufo, lasciata la Spagna lo raggiunse con festa, e rallegranza nel volto, ma dentro ansio; sapendo, che Ilario liberto di Vitellio gli aveva rapportato, che egli (udito esserci due Imperadori) tentò di farsi in Ispagna Signore; perciò nelle patenti pubbliche non era di sopra nome d' Imperadore: e certi passi di sue dice- Cluvio assolto.

præscripsisset. Interpretabatur quædam ex orationibus eius contumeliosa in Vitellium, & pro se ipso popularia. Auctoritas Cluvii prævaluit; ut puniri ultro libertum suum Vitellius iuberet. Cluvius comitatu Principis adiectus, non adempta Hispania, quam rexit absens, exemplo L. Arruntii. eum Tiberius Cæsar ob metum, Vitellius Cluvium nulla formidine, retinebat. Non idem Trebellio Maximo honos. Profugerat Britannia, ob iracundiam militum. Missus est in locum eius Vettius Bolanus e præsentibus.

Victæ legiones ferociunt. Quartadecimanorum & Batavorum iurgia.

LXVI. *Angebat Vitellium victarum Legionum haud quaquam fractus animus. Sparsæ per Italiam, & victoribus permixtæ, hostilia loquebantur. præcipua Quartadecimanorum ferocia, qui se victos abnuebant; quippe Bedriacensi acie, vexillariis tantum pulsis, vires legionis non adfuisse. Remitti eos in Britanniam, unde a Nerone exciti erant, placuit: atque interim Batavorum cohortes una tendere, ob veterem adversus Quartadecimanos discordiam. Nec diu in tantis armatorum odiis quies fuit. Augustæ Taurinorum, dum opificem quendam Batavus, ut fraudatorem insectatur: legionarius ut hospitem tuetur; sui cuique commilitones aggregati, a conviciis ad cædem transiere: & prælium atrox arsisset, ni duæ Prætoriæ cohortes, caussam Quartadecimanorum secutæ, bis fiduciam, & metum Batavis fecissent; quos Vitellius agmini suo iungi, ut fidos: Legionem, Graiis Alpibus traductam, eo flexu itineris ire iubet, quo Viennam vitarent. namque & Viennenses timebantur. Nocte qua proficiscebatur Legio, relictis passim ignibus, pars Taurinæ Coloniæ ambusta: quod damnum, ut pleraque belli mala, maioribus aliarum Vrbium cladibus oblitteratum. Quartadecimani, postquam Alpibus degressi sunt, seditiosissimus quisque signa Viennam ferebant; consensu meliorum compressi: & Legio in Britanniam transvecta.*

Prætorianorum honesta missio: spargnatur legiones.

LXVII. *Proximus Vitellio e Prætoriis cohortibus metus erat. Separati primum: deinde, addito honestæ missionis lenimento, arma ad Tribunos suos deferebant; donec motum a Vespasiano bellum crebresceret. Tum, re-*

rie sponeva, che vituperasser Vitellio, e facesser grato lui al Popolo. L' autorità di Cluvio ebbe più forza: e Vitellio fece il proprio liberto punire, e lui rimaner seco, e governar la Spagna benchè assente; come già L. Arunzio, ritenuto in Roma da Tiberio, perchè ne temeva; ma non Vitellio di Cluvio. Non fece tanto onore a Trebellio Massimo, per la furia de' soldati fuggitosi d' Inghilterra; ove mandò in suo cambio Vezio Bolano, che era di sua Corte.

Legioni vinte inferociscono. Quartadecimani, e Batavi in rissa.

LXVI. Stava con timore delle vinte Legioni; ancora altiere, sparse per l' Italia. Mescolate co' vincitori parlavano da nimiche. la Quattordicesima più orgogliosa non accettava d' esser vinta; perchè vinti furono a Bedriaco soli i vessillarii: nerbo di Legione non v' era. Piacque rimandarli in Brettagna, onde Nerone li chiamò: e alloggiarli uniti co' Batavi, stati con loro tanto discordi. Poco ressero insieme tanti odj armati. In Turino un Batavo a uno artefice che l' avea gabbato, diceva male: un soldato di Legione alloggiato seco, lo difendeva: ciascuno ebbe suo seguito: vennesi dal contendere allo ammazzare: e seguiva focosa battaglia, se due coorti Pretoriane, presala per li Quattordiciani, non mettevan loro animo, e paura a' Batavi; i quali Vitellio menò seco come fidati: e comandò alla Legione, che tenesse il cammino per l' Alpe Graie, per scansar Vienna; sospettando de' Viennesi. La notte che questa Legione diloggiò, lasciò per tutto fuochi accesi: arse di Turino una parte; al qual danno, per li maggior dell' altre Città, non s' attese. Scesa che ell' ebbe l' Alpe, i più fastidiosi volevan voltar pur a Vienna; ma i migliori li tennero, e passò la Legione in Brettagna.

Onorato congedo a' Pretoriani: Legioni sparse.

LXVII. Il secondo timore di Vitellio erano i soldati Pretoriani. Prima li separò: poi licenziò dolcemente per oneste cagioni, i quali rendevan l' arme a' Tribuni; finchè rinforzò voce, Vespasiano aver mosso la guer-

resumpta militia, robur Flavianarum partium fuere. Prima classicorum Legio, in Hispaniam missa; ut pace & otio mitesceret. Vndecima ac Septima, suis hibernis reditæ. Tertiadecimani, struere amphitheatra iussi. nam Cæcina Cremonæ, Valens Bononiæ, spectaculum gladiatorum edere parabant; numquam ita ad curas intento Vitellio, ut voluptatum oblivisceretur.

guerra. allora ripresele, furono il nerbo di parte Flavia. Mandò la Legion Prima, che era in armata, in Spagna ad ammansire nella pace, e nell' ozio: l' Vndecima, e la Settima, rimando alle loro stanze: la Tredicesima impiegò in fabbricar anfiteatri. perchè Cecina in Cremona, e Valente in Bologna, volevan fare lo spettacolo delli accoltellatori; non lasciando mai Vitellio, per pensieri che avesse, i piaceri.

Ticini tumultus alio tumultu sedatus. Verginii periculum.

LXVIII. *Et quidem partes modeste distraxerat. Apud victores orta seditio, ludicro initio; nisi numerus cæsorum invidiam bello auxisset. Discubuerat Vitellius Ticini, adhibito ad epulas Verginio. Legati, Tribunique, ex moribus Imperatorum severitatem æmulantur, vel tempestivis conviviis gaudent. perinde miles intentus, aut licenter agit. Apud Vitellium omnia indispotita, temulenta, pervigiliis ac Bacchanalibus, quam disciplinæ & castris, propiora. Igitur, duobus militibus, altero legionis Quintæ, altero e Gallis auxiliaribus, per lasciviam ad certamen luctandi accensis; postquam legionarius prociderat, insultante Gallo, & iis qui ad spectandum convenerant in studia diductis; erupere legionarii in perniciem auxiliorum, ac duæ cohortes interfectæ. Remedium tumultus fuit alius tumultus. Pulvis procul, & arma adspiciebantur. conclamatum repente: xiv. legionem, verso itinere, ad prælium venire; sed erant agminis coactores. Agniti, dempsere solicitudinem. Interim Verginii servus forte obvius, ut percussor Vitellii insimulatur: & ruebat ad convivium miles, mortem Verginii exposcens. Ne Vitellius quidem, quamquam ad omnes suspiciones pavidus, de innocentia eius dubitavit. ægre tamen cohibiti qui exitium viri Consularis, & quondam Ducis sui, flagitabant. Nec quemquam sæpius, quam Verginium, omnis seditio infestavit. Manebat admiratio Viri, & fama; sed oderant, ut fastiditi.*

LXVIII. Così furono i partigiani sbrancati bellamente. Nacque scisma tra i vincitori per cagione giocosa; se i troppi uccisi non avessero accresciuto l' odio alla guerra. Vitellio in Pavia, metteva tavola, ed avea seco Verginio. Attendono i Generali, e' Capitani a cose gravi, o a conviti fuor d' ora, secondo che veggono l' Imperadore. similmente i soldati sono obbedienti, o licenziosi. Il Campo di Vitellio era tutto confusione, e crapola: veglie e baccani, anzi che scuola di milizia. Giucando adunque alla lotta un soldato della legion Quinta con un altro degli aiuti Galli; riscaldati, e punti, il Romano cascò: il Gallo il beffava: i concorsi a vedere presero parte: i legionarj corsero addosso alli aiuti, e ne ammazzarono due coorti. Vn altro tumulto rimediò a questo: Fu veduto lontano polverío, e armi: e subitamente gridato esservi la legion Quattordicesima, che tornava indietro, a combattere: ma saputo essere i sergenti, che acconciavano l' ordinanze, si quietarono tutti quanti. Diede in loro a sorte uno schiavo di Verginio: dicono, ch' ei lo mandava a uccider Vitellio: corrono alla mensa addosso a Verginio: della cui innocenza Vitellio stesso, d' ogni cosa ombrosissimo, non dubitò: e appena cavò loro delle branche quell' uomo, stato Consolo, e lor Capitano, e d' ogni sedizione Verginio era il berzaglio. Rimanevagli l' ammirazione, e la fama; ma, per esserne stucchi, l' odiavano.

Tumulto al Ticino acchetato da nuovo tumulto: rischio di Verginio.

Batavorum cohortes in Germaniam remissæ: amputati

LXIX. *Postero die, Vitellius, Senatu Legatione, quam ibi opperiri iusserat, audita; transgressus in castra, ultro pietatem militum collaudavit; fre-*

LXIX. L'altro dì Vitellio diede udienza alli Ambasciadori del Senato, fattosi quivi aspettare: entrò nel Campo, e lodò i legionarj dell' affezio-

Coorti di Batavi in Germania rimandate: dimembrate

legionum auxiliorumque numeri; reliquum militiæ luxu corrumpitur.

frementibus auxiliis, tantum impunitatis atque arrogantiæ legionariis accessisse. cohortes Batavorum, ne quid truculentius anderent, in Germaniam remissæ; principium interno simul externoque bello parantibus Fatis. Reddita Civitatibus Gallorum auxilia, ingens numerus, & prima statim defectione; inter inania belli, assumptus. Ceterum, ut largitionibus affectæ tamen Imperii opes sufficerent; amputari Legionum auxiliorumque numeros iubet, vetitis supplementis. & promiscuæ missiones offerebantur. Exitiabile id Reipublicæ, ingratum militi; cui eadem munia, inter paucos, periculaque ac labor crebrius redibant. & vires luxu corrumpebantur; contra veterem disciplinam, & instituta Maiorum, apud quos virtute quam pecunia res Romana melius stetit.

zione verso di lui; fremendo gli aiuti, del non punirsi sì crudeli arroganze: e perchè non facessero più bestialità, rimandò in Germania i Batavi; apparecchiando i Fati principio di nuova guerra dentro, e fuori. Rimandò altresì alle lor case gli aiuti Galli: gran gente, soldata nel principio che ei prese l'armi, per uno di que' vani apparecchi di guerra. E perchè l'Imperio per tanti premj smunto potesse reggersi; troncò le Legioni e gli aiuti: avendo vietato i supplimenti, offerì le licenze. cosa perniziosa alla Repubblica, e non grata a' soldati; toccando a que' meno i carichi, i pericoli, e le fatiche medesime: e perdendosi per gli agi la robustezza contro a' buoni ordini antichi, e costumi de' nostri Maggiori, che meglio tennero lo Stato Romano con la virtù, che co' danari.

le coorti, e gli aiuti: il resto dell'armata guasto da lusso.

Vitellius Cremonam adventat, lustratque avide Bedriacenses campos: nec tot millia insepultorum civium exhorruit.

LXX. *Inde Vitellius Cremonam flexit, & spectato munere Cæcinæ; insistere Bedriacensibus campis, ac vestigia recentis victoriæ lustrare oculis, concupivit. Fœdum atque atrox spectaculum: intra xl. pugnæ diem, lacera corpora, trunci artus, putres virorum equorumque formæ, infecta tabo humus, protritis arboribus, atque frugibus, dira vastitas. Nec minus inhumana pars viæ, quam Cremonenses lauro rosisque constraverant, exstructis altaribus, cæsisque victimis, reginm in morem; quæ læta in præsens, mox perniciem ipsis fecere. Aderant Valens & Cæcina, monstrabantque pugnæ locos: Hinc inrupisse Legionum agmen: hinc equites coortos: inde circumfusas auxiliorum manus. Iam Tribuni, Præfectique, sua quisque facta extollentes, falsa, vera, aut maiora vero, miscebant. Vulgus quoque militum clamore & gaudio, deflectere via, spatia certaminum recognoscere, aggerem armorum, strues corporum intueri, mirarique. Et erant quos varia Fors rerum, lacrymæque & misericordia subiret. At non Vitellius flexit oculos, nec tot millia insepultorum civium exhorruit* (a). *lætus*

LXX. Quindi Vitellio voltò a Cremona: e, veduta la festa di Cecina, gli venne disio di passeggiar per quel piano di Bedriaco, e pascere gli occhi ne' freschi vestigi della vittoria. Schifa vista e fiera dopo quaranta giorni, di corpi laceri, membra tronche, carogne puzzolenti, terreno imbrodolato di marcia: arbori biade orti calpesti, solitudine orribile. Nè meno inumana cosa era una parte della strada da' Cremonesi parata, fronzuta d'alloro, e rose, con altari, uccisovi ostie, come a Re; le quali allegrezze tornaron poi loro in pianto. Valente, e Cecina gli mostravano i luoghi della battaglia: „ Qui s'affron„ taron le Legioni: quindi uscirono „ i cavalli addosso: qua circondaron „ gli aiuti “. Tribuni, Sergenti, ogn'uno diceva: „ Io feci, Io dissi “: cose grandi, vere, e false. Turbe di soldati saltan fuori di strada: con grida, e allegrezza riconoscono ove furon le zuffe: guatano le masse dell'armi: le cataste de' corpi, e strabiliano. Alcuni considerando, quanto è varia la Fortuna, piangevano, e compativano. Vitellio niente intenerì, nè

Vitellio in Cremona: visita avido il Bedriacense Campo, insensibile a tanti concittadini insepolti.

si

(a) Che anzi, *ut campos, in quibus pugnatum est, adiit, abhorrentes quosdam cadaverum fœtu, detestabili voce confirmare ausus est: Optime olere occisum hostem, & melius civem.* Sveton. in Vitell. X.

tus ultro, & tam propinquæ sortis ignarus, instaurabat sacrum Diis loci.

Neronis libidines æmulatur: Consulatus dividit.

LXXI. *Exin Bononiæ, a Fabio Valente gladiatorum spectaculum editur, advecto ex Vrbe cultu. quantoque magis propinquabat, tanto corruptius iter, immixtis histrionibus & spadonum gregibus, & cetero Neronianæ aulæ ingenio. namque & Neronem ipsum Vitellius admiratione celebrabat; sectari cantantem solitus, non necessitate, qua bonestissimus quisque: sed luxu, & saginæ mancipatus emptusque. Vt Valenti, & Cæcinæ, vacuos honoris menses aperiret; coarctati aliorum Consulatus: dissimulatus Martii Macri tamquam Othonianarum partium Ducis: & Valerium Marinum, destinatum a Galba Consulem, distulit; nulla offensa, sed mitem, & iniuriam segniter laturum. Pedanius Costa omittitur, ingratus Principi; ut adversus Neronem ausus, & Verginii exstimulator. Sed alias protulit caussas; actæque insuper Vitellio gratiæ, consuetudine servitii.*

si raccapricciò di tante migliaia di cittadini rimase a' corbi: ma lieto e gaio alli Iddii del luogo sagrificava, non vedendo la rovina quasi vicina.

LXXI. Fabio Valente gli fece poi la festa de' gladiatori in Bologna, con apparato fatto venire da Roma: ove quanto più s' appressava, più era il viaggio ammorbato di mandrie di strioni, eunuchi, e del resto della scuola di Nerone; perchè Vitellio ammirava ancora lo stesso Nerone, e andandoli dietro quando e' cantava non per bisogno, che scusa i buoni, ma perchè ei s' era venduto per ischiavo al pappare, e scialacquare. Per non tener a disagio Valente, e Cecina, dell' onore del Consolato, raccorciò il tempo ad altri. Marzio Macro, stato Capitano della parte d' Otone, fece vista che non fusse Consolo, e Valerio Marino, destinato da Galba, prolungò; non per alcuna offesa, ma per esser dolce uomo, da non sapersene risentire. Lasciò in dietro Pedanio Costa, avendolo poco a grado; perchè contro a Nerone congiurò, e sollecitò Verginio. Ma Vitellio trovò altre cagioni da vantaggio, lo ringraziaro, come usa chi serve.

Imita le libidini di Nerone: i Consolati divide.

Falsus Scribonianus mendacium cruce luit.

LXXII. *Non ultra paucos dies, quamquam acribus initiis cœptum, mendacium valuit. Exstiterat quidam, Scribonianum se Camerinum ferens, Neronianorum temporum metu in Histria occultatum; quod illic clientelæ, & agri, veterum Crassorum, ac nominis favor, manebat. Igitur deterrimo quoque in argumentum fabulæ assumpto, vulgus credulum, & quidam militum errore veri, seu turbarum studio, certatim aggregabantur; cum pertractus ad Vitellium, interrogatusque, quisnam mortalium esset; postquam nulla dictis fides, & a domino noscebatur, conditione fugitivus, nomine Geta (a); sumptum de eo supplicium in servilem modum (b).*

LXXII. Vna falsa novella, da principio caldissima, durò pochi giorni. Vno si diceva: essere Scriboniano Camerino, nascostosi per paura ne' tempi di Nerone in Istria, dove ancora erano creature, beni, e favore, del nome antico de' Crassi. Costui prese per istrioni di questa favola schiume di ribaldi. Azzuffavasi per seguitarlo il Popolo corribo, e qualche soldato ingannato del vero, o vago di novità. Fu preso, e menato a Vitellio, e domandato chi fosse, e veduto che ei s' avvolpacchiava, anzi uno lo riconobbe per suo schiavo fuggito, per nome Geta; fu giustiziato da schiavo.

Vn finto Scriboniano punito di croce.

Superbia

LXXIII. *Vix credibile memoratu est, quan-*

LXXIII. Le spie di Vitellio in So-

Orgoglio, e

ria

(a) Geta, Davo, e simili, erano nomi da schiavi.

(b) Colla croce, ch' era allora il più obbrobrioso de' supplizj, cui gli schiavi soggiacevano.

socordiaque Vitellii, ob adactum in verba eius Orientem.

quantum superbiæ, socordiæque, Vitellio adoleverit, postquam speculatores e Syria Iudæaque, adactum in verba eius Orientem nuntiavere; nam & si vagis adhuc & incertis auctoribus, erat tamen in ore famaque Vespasianus: ac plerumque ad nomen eius Vitellius excitabatur. Tum ipse, exercitusque, ut nullo æmulo; sævitia, libidine, raptu, in externos mores proruperant.

tracotanza di Vitellio al sicurarsi dell'Oriente.

ría e Giudea, gli riferirono: che l'Oriente gli avea giurato fedeltà. non si può credere, quanto ei ne divenne superbo, e tracotato; perchè tra 'l Popolo, se bene senza certezza, si bociava di Vespasiano; e Vitellio a quel nome tutto si riscoteva. Ora che egli, e l'esercito, si vider senza competitore; la dieder pe 'l mezzo, a uso de' barbari, ad ogni crudeltà, libidine, e rapina.

At Vespasianus bellum armaque parat.

LXXIV. *At Vespasianus bellum, armaque, & procul vel iuxta sitas vires, circumspectabat. Miles ipsi adeo paratus, ut præeuntem sacramentum & fausta Vitellio omnia precantem, per silentium audierint: Muciani animus, nec Vespasiano alienus, & in Titum pronior: Præfectus Ægypti Alexander, consilia sociaverat: Tertiam legionem, quod e Syria in Mœsiam transisset, suam numerabat: ceteræ Illyrici legiones, secuturæ sperabantur; namque omnes exercitus flammaverat arrogantia venientium a Vitellio militum, quod truces corpore, borridi sermone ceteros, ut impares, irridebant. Sed in tanta mole belli plerumque cunctatio, & Vespasianus modo in spem erectus, aliquando adversa reputabat: Quis ille dies foret, quo (*) lx. ætatis annos, & duos Filios Iuvenes bello permitteret? Esse privatis cogitationibus progressum: & prout velint, plus minusve sumi ex Fortuna. Imperium cupientibus, nihil medium inter summa aut præcipitia.*

Vespasiano prepara a guerra.

LXXIV. Ma Vespasiano andava considerando la guerra, l'armi, le forze vicine, e lontane. I soldati gli eran tanto infervorati, che udiron dettare il giuramento, e pregar felicità a Vitellio, tutti mutoli: Muciano inclinava a Vespasiano, ma più a Tito: Alessandro, che reggeva l'Egitto, era seco d'accordo: la legion Terza contava per sua, poichè di Soría era passata in Mesia: il medesimo sperava di quelle di Illiria; accendendo a tutti gli eserciti collora l'arroganza de' soldati, che venivano da Vitellio, i quali d'aspetto terribile, parlare orrido, si ridevan degli altri come da meno. Ma la macchina della guerra portava dimora: e Vespasiano ora era tutto speranza, ora considerava i casi avversi: „ Ho io ad avventura„ re me di sessant'anni, e due gio„ vani Figliuoli? potere le private „ imprese cimentarsi: e più, e me„ no, rimettersi alla Fortuna; l'Im„ perio non aver mezzo: mandare in „ Cielo, o in precipizio “.

LXXV. *Versabatur ante oculos Germanici exercitus robur, notum viro militari: suas Legiones, civili bello inexpertas, Vitellii, victrices: & apud victos, plus querimoniarum, quam virium: fluxam per discordias militum fidem, & periculum ex singulis. quid enim profuturas cohortes alasque; si unus, alterque, præsenti facinore paratum ex diverso præmium petat? Sic Scribonianum sub Claudio interfectum: sic percussorem eius Volaginium, e gregario ad summa militiæ provectum. Facilius*

LXXV. Gli era in su gli occhi l'esercito di Germania poderoso, da lui, che dell'arte sapeva, ben conosciuto: Le sue Legioni in guerra civile sore, quelle di Vitellio vincitrici: ne' vinti essere più querele che forze: nelle discordie poca fede: l'esser cinto d'armi, e cavalli, che valere, se uno, o altro soldato può tradirti, per premio? Così essere stato morto Scriboniano sotto Claudio: così Volaginio, che l'ammazzò, salito di fantaccino a' primi gradi della milizia. potersi meglio spi-

gne-

(*) *sexagesimo ætatis anno, se &.*

lius universos impelli, quam singulos vitari.

Vespasianum nutantem firmat incenditque Mucianus.

LXXVI. *His pavoribus nutantem, & alii Legati, Amicique, firmabant: & Mucianus post multos secretosque sermones, iam & coram ita locutus:* „ *Omnes, qui magnarum rerum consilia* „ *suscipiunt, æstimare debent: an quod* „ *inchoatur, Reipublicæ utile, ipsis* „ *gloriosum, aut promptum effectu, aut* „ *certe non arduum, sit. simul ipse,* „ *qui suadet, considerandus est: adiiciat ne consilio periculum suum: &,* „ *si Fortuna cœptis adfuerit, cui summum decus acquiratur. Ego te, Vespasiane, ad Imperium voco, tam salutare Reipublicæ, quam tibi magnificum. Iuxta Deos, in tua manu positum est. Nec speciem adulantis expaveris; a contumelia quam a laude propius fuerit post Vitellium eligi. Non adversus divi Augusti acerrimam mentem, nec adversus cautissimam Tiberii senectutem, nec contra Caii quidem, aut Claudii, vel Neronis, fundatam longo Imperio Domum, exsurginus. cessisti etiam Galbæ imaginibus. Torpere ultra, & polluendam, perdendamque, Rempublicam relinquere; sopor & ignavia videretur, etiam si tibi, quam inhonesta, tam tuta, servitus esset. Abiit iam & transvectum est tempus, quo posses videri concupisse. Confugiendum est ad Imperium. An excidit trucidatus Corbulo? splendidior origine, quam nos sumus, fateor; sed & Nero, nobilitate natalium, Vitellium anteibat. Satis clarus est apud timentem quisquis timetur. Et posse ab exercitu Principem fieri, sibi ipse Vitellius documento est; nullis stipendiis, nulla militari fama, Galbæ odio provectus. Ne Othonem quidem Ducis arte, aut exercitus vi, sed præpropera ipsius desperatione victum, tam desiderabilem & magnum Principem fecit. cum interim spargit Legiones, exarmat cohortes, nova quotidie bello semina ministrat. Si quid ardoris ac ferociæ miles habuit; popinis, & comessationibus, & Principis imitatione, deteritur. Tibi e Iudæa, & Syria, & Ægypto, novem Legiones integræ, nulla acie ex-*

gnere tutti, che guardarsi da ciascheduno.

Esita: l'assuda, e sprona Muciano.

LXXVI. Tentennandola egli tra queste paure; Legati, e Amici l'animavano: e Muciano prima tra sè, e lui, poscia presenti tutti parlò in questa sentenza: „ Qualunque volge „ l'animo a grande impresa, dee prima considerare: se ella è util pubblico, gloria sua, agevole, o possibile almeno a riuscire: e se chi „ la consiglia, ci porta pericolo: e „ riuscendo, di chi fia tutto l'onore. Io ti chiamo, o Vespasiano, „ all'Imperio: salutifero alla Repubblica: a te magnifico: in mano tua, „ se gli Dii non mentono. e perchè „ vegghi ch'io non t'adulo; l'esser „ eletto dopo Vitellio t'è vergogna „ più che onore. Noi non ci leviamo contro a quella gran testa del „ divino Augusto: a quel sagace vecchio di Tiberio: alla fondata Casa „ per lungo Imperio di Caio, Claudio, o Nerone: e tu anche alla nobiltà di Galba cedesti. Lo starti „ ora a dormire, e lasciare imbrattare, e perdere la Repubblica, sarebbe troppa viltà; benchè quanto disonesta, tanto ti fusse sicura la servitù. Non è più tempo da guardarsi di non parer d'aspirare all'Imperio; ma da correrci. Ricordat'egli, come fu ucciso Corbulone, di „ sangue chiaro più di noi? si; ma „ anche Nerone era più di Vitellio, „ assai chiaro è appresso a chi teme „ colui ch'è temuto. E che uno „ possa esser fatto Principe dal suo „ esercito; Vitellio il sa, che senza „ pratica, nè nome di soldato, l'odio „ di Galba vel pinse; che oramai „ ha fatto desiderare Otone, come „ buono e gran Principe, vinto non „ da sapere del nimico, o forza d'esercito: ma troppo tostana disperazione. Ora sparpaglia le Legioni, disarma le compagnie, sparge ogni dì nuovi semi di guerra, „ Se ardore, e fierezza eran ne' soldati; se ne va in fumo per le cucine, e per le golosità imparate „ dal Principe. Nove Legioni hai tu „ in Egitto, Giudea, e Soria, intere, „ non per niuna battaglia scemate, o

„ *haustæ, non discordia corruptæ; sed* „ *firmatus usu miles, & belli domi-* „ *tor externi. Classium, alarum, co-* „ *hortium robora: & fidissimi Reges,* „ *& tua ante omnes experientia.*

LXXVII. „ *Nobis nihil ultra arro-* „ *gabo, quam, ne post Valentem ac Cæ-* „ *cinam numeremur. ne tamen Mucia-* „ *num socium spreveris, quia æmu-* „ *lum non experiris; me Vitellio ante-* „ *pono, te mihi. Tuæ Domui trium-* „ *phale* (a) *nomen, duo Iuvenes* (b), „ *capax iam Imperii alter, & primis* „ *militiæ annis apud Germanos quoque* „ *exercitus clarus. absurdum fuerit,* „ *non cedere Imperio ei cuius Filium* „ *adoptaturus essem, si ipse imperarem. Ceterum inter nos non idem* „ *prosperarum, adversarumque, rerum* „ *ordo erit. nam si vincimus, hono-* „ *rem quem dederis, habebo; discri-* „ *men ac pericula ex æquo patiemur. imo, ut melius est, tu hos exercitus* „ *rege; mihi bellum, & præliorum* „ *inserta trade. Acriore hodie disci-* „ *plina, victi, quam victores agunt;* „ *hos ira, odium, ultionis cupiditas* „ *ad virtutem accendit: illi per fa-* „ *stidium, & contumaciam, hebescunt.* „ *Aperiet, & recludet, contecta, &* „ *tumescentia, victricium partium vul-* „ *nera bellum ipsum. Nec mihi ma-* „ *ior in tua vigilantia, parsimonia,* „ *sapientia, fiducia est; quam in Vi-* „ *tellii torpore, inscitia, sævitia. Sed* „ *& meliorem in bello caussam, quam* „ *in pace habemus; nam qui delibe-* „ *rant, desciverunt* “.

„ discordia corrotte; ma per eserci- „ zio assodate, e de' barbari doma- „ trici: forti armate, cavalli, e fan- „ ti, fedeli Re, e sopra tutto lo sa- „ per tuo “.

LXXVII. „ Io, solo mi vanterò di „ non ceder a Cecina, nè a Valente. „ ma perchè tu non dispregi Muciano per compagno, poichè non l' hai „ per concorrente; ti vo' dire, che „ antepongo me a Vitellio, e te a „ me. In Casa tua hai trionfi, e due „ Figliuoli, l'uno capace d' Imperio, „ e nelle prime milizie ne' Germani „ eserciti tanto chiaro, che spropo- „ sito saria non cedere l' Imperio a „ te, lo cui Figliuolo adotterei, se „ io imperassi. Del bene, o male che „ ne avverrà, non andremo tu e io „ a una stregua. Io, se noi vincia- „ mo, me ne terrò l' onore che mi „ darai; de' travagli, e pericoli fare- „ mo a metà. anzi è meglio così: „ Reggi quelli eserciti tu: e lascia il „ rischio del guerreggiare, e combat- „ tere a me. Oggi si regolano i vin- „ ti meglio che i vincitori: accende „ quelli a virtù, ira odio e desiderio „ di vendetta: guasta questi sdegno „ e disubbidienza. La guerra taglierà „ i loro enfiati, e vedrassi la puzza „ che n' esce. Sperar meno mi fanno „ i sonni, l' ignoranza, la crudeltà „ di Vitellio; che la tua vigilanza, „ saviezza, e modestia. Finalmente „ la guerra fa per noi più che la pa- „ ce; perchè quei che consultano di „ ribellarsi, son già ribellati “.

Incitant quoque Vatum responsa. Carmeli, montis, Deique, ara & reverentia.

LXXVIII. *Post Muciani orationem, ceteri audentius circumsistere, hortari, responsa vatum, & Siderum motus, referre. nec erat intactus tali superstitione; ut qui mox rerum Dominus, Seleucum quendam mathematicum, rectorem & præscium, palam habuerit. Recursabant animo vetera omina. cupressus, arbor in agris eius conspicua altitudine, repente procciderat: ac postera die, eodem vestigio resurgens, procera & latior virebat. Grande id, prospcrumque, consen-*

LXXVIII. Quando Muciano ebbe detto, gli altri più arditamente gli stavano intorno, esortando, mostrando i risponsi delli indovini, gli aspetti de' Pianeti. nè egli era netto di tal vanità; e fatto Imperadore, teneva scopertamente Seleuco matematico, per sua guida, e indovino. Ricordavansi di tutti i suoi agurj passati. in villa sua, un grande arcipresso a un tratto cadde: e l'altro di si rizzò più che mai bello, alto, e verde. Gran cosa parve a tut-

I responsi anco degl' Indovini: ara, e rispetto del monte e Nume del Carmelo.

ti.

(a) Pe' suoi gloriosi fatti d'arme in Bretagna avea Vespasiano avuti da Claudio i fregi trionfali. Vedi Svetonio in Vespas. IV.

(b) Tito, e Domiziano.

sensu haruspicum. & summa claritudo iuveni admodum Vespasiano promissa. Sed primo Triumphalia, & Consulatus, & Iudaicæ victoriæ decus, implesse fidem ominis videbantur. ut hæc adeptus est, portendi sibi Imperium credebat. Et Iudæam inter Syriamque Carmelus, ita vocant montem, Deumque. Nec simulacrum Deo, aut templum, (sic sradidere Maiores); aram tantum & reverentiam. Illic sacrificanti Vespasiano, cum spes occultas versavet animo; Basilides sacerdos, inspectis identidem extis: „ Quidquid est “, inquit, „ Vespasiane, quod paras, seu „ domum exstruere, seu prolatare a- „ gros, sive ampliare servitia; datur „ tibi magna sedes, ingentes termini, „ multum hominum “. Has ambages & statim exceperat Fama, & tunc aperiebat, nec quidquam magis in ore vulgi: crebriores apud ipsum sermones, quanto sperantibus plura dicuntur.

In Ægypto, mox in Syria, Imperator salutatur Vespasianus.

LXXIX. *Haud dubia destinatione discessere, Mucianus Antiochiam, Vespasianus Cæsaream. illa Syriæ, hæc Iudææ caput est. Initium ferendi ad Vespasianum Imperii Alexandriæ cœptum; festinante Tiberio Alexandro, qui Kalend. Iul. sacramento eius Legiones adegit. Isque primus Principatus dies in posterum celebratus, quamvis Iudaicus exercitus v. Non. Iul. apud ipsum iurasset, eo ardore; ut ne Titus quidem Filius exspectaretur, Syria remeans, & consiliorum inter Mucianum ac Patrem nuntius. cuncta impetu militum acta: non parata (*) cognitione, non coniunctis Legionibus;*

LXXX. *dum quæritur tempus, locusque, quodque in re tali difficillimum est, prima vox: dum animo spes, timor, ratio, casus, obversantur. Egressum cubiculo Vespasianum, pauci milites solito adsistentes ordine, ut Legatum salutaturi, Imperatorem salutavere. Tum ceteri accurrere: Cæsarem, & Augustum, & omnia Principatus vocabula, cumulare. Mens a metu ad Fortunam transierat. In ipso nihil tumidum, arrogans, aut in rebus novis no-*

ti gl' indovinanti, e felice promessa di alto chiarore a Vespasiano allora molto giovane. Le Trionfali, il Consolato, e la gloriosa vittoria di Giudea, pareano averla adempiuta; ma avute queste cose, s' aspettava l' Imperio. Tra Giudea e Soria è il monte, e 'l Dio Carmelo: così chiamano l' uno, e l' altro. Lo Iddio non ha tempio, nè immagine (così parve a' Maggiori); altare solo, e riverenza. Sagrificandovi Vespasiano con l' Imperio nel cuore; Basilide sacerdote, osservate quelle viscere, gli disse: „ Vespasiano, o palagio, o ter- „ reni, o numero di schiavi che tu „ ti cerchi d' accrescere, io veggio „ darti grande ogni cosa “. Di queste parole scure la fama subito corse; e ora le dichiarava, e non si parlava d' altro: e a lui si diceva molto più, come si fa a chi spera.

Vespasiano gridato imperadore in Egitto, e 'n Soría.

LXXIX. Con questa deliberazione se n' andarono, Muciano in Antiochia, capo di Soría, e Vespasiano in Cesarea di Giudea. La prima mossa a dar l' Imperio a Vespasiano, fece Tiberio Alessandro in Alessandria; dove sollecitò a fargli giurar fedeltà dalle sue Legioni il primo di Luglio, celebrato poi per natale di suo Imperio; benchè, il secondo giurasse l' esercito di Giudea dinanzi a lui proprio, sì ardente, che non aspettò, che Tito, il quale portava tra 'l Padre, e Muciano i consigli, tornasse di Soría. passò il tutto con furor soldatesco; non s' aringò:

LXXX. non s' accordò il dove, nè il quando, nè chi dovesse esser il primo a gridarlo; al che si va molto adagio in simili casi, che la speranza e 'l timore, la ragione e 'l caso, danno da pensare ad ognuno. All' uscir di camera Vespasiano, pochi soldari gli si fanno, al solito, incontro, quasi per salutarlo Legato, e 'l salutaro Imperadore. Allora tutti corsero: e Cesare, e Augusto, e tutti i titoli, gli ammassavano. Egli sollevò l' animo dal-

tum

(*) *cencione*.

vum fuit. Vt primum tantæ multitudinis offusam oculis caliginem disiecit; militariter locutus, læta omnia, & affluentia excepit. namque id ipsum opperiens Mucianus, alacrem militem in verba Vespasiani adegit. Tum Antiochensium theatrum ingressus, ubi illis consultare mos est; concurrentes, & in adulationem effusos adloquitur, satis decorus, etiam græca facundia, omniumque, quæ diceret, atque ageret, arte quadam ostentator (a). *Nihil æque Provinciam, exercitumque, accendit, quam quod adseverabat Mucianus: Statuisse Vitellium, ut Germanicas Legiones in Syriam, ad militiam opulentam quietamque transferret. contra, Syriacis Legionibus Germanica hiberna, cælo, ac laboribus, dura mutarentur. Quippe & Provinciales, sueto militum contuberuio gaudebant, plerique necessitudinibus & propinquitatibus mixti: & militibus, vetustate stipendiorum, nota & familiaria castra, in modum Penatium diligebantur.*

Adeunt partes accedunt reges Sohemus, Antiochus, Agrippa, & regina Berenice.

LXXXI. *Ante Idus Iul. Syria omnis in eodem sacramento fuit. Accessere, cum Regno Sohemus* (b), *haud spernendis viribus: Antiochus vetustis opibus iugens, & inservientium Regum ditissimus. mox, per occultos suorum nuntios, excitus ab Vrbe Agrippa,* (c) *ignaro adhuc Vitellio, celeri navigatione properaverat: nec minore animo Regina Berenice* (d) *partes iuvabat, florens ætate, formaque: & sui quoque Vespasiano magnificentia munerum grata. Quidquid Provinciarum alluitur mari, Asia atque Achaia, tenus, quantumque introrsus Ponto & Armenios patescit, iuravere. sed inermes Legati regebant, nondum additis Cappadociæ Legionibus. Consilium de summa rerum, Beryti habitum. Illuc Mucianus, cum Legatis, Tribunisque, & splendidissimo quoque centurionum ac militum, venit: & e Iudaico exercitu,*

la paura alla grandezza. Non lo vedresti punto gonfiato, non arrogante, non in tanta novità nuovo. Fermato il polverio di tanta turba; parlò in maniera soldatesca: e gli fu risposto con grida liete, e favorevoli. E Muciano, che ciò aspettava, fece suo' soldati volonterosi giurar fedeltà a Vespasiano. Entrò nel teatro, ove li Antiocheni consultano: e a loro in gran numero concorsi, e adulanti, parlò con bella grazia, e greca facondia, e arte propria dell' aggrandire suoi detti, e fatti. Quello che i paesani, e l'esercito, più n' accese di voglia fu, l'affermare Muciano: Che Vitellio avea deliberato di tramutare le Legioni di Germania in Soría, in quella grassa, riposata milizia: e quelle di Soria a morir di freddo, e fatiche, in Germania. perciocchè a' paesani que' soldati con cui s'erano addimesticati, e imparentati, eran cari: e i soldati avvezzi tanti anni in quelle guarnigioni, le amavano come casa loro.

Gli si danno Soemo, Antioco, Agrippa, e Berenice Regina.

LXXXI. Avanti mezzo Luglio tutta Soría ebbe giurato, e congiunsesi Soemo con tutto suo Reame di non poche forze: Antioco di antica potenza, e de' Re suggetti il più ricco. Agrippa per occulti messaggi de' suoi chiamato da Roma, v'era volato per mare, che Vitellio ancor nol sapeva: e la Reina Berenice, giovane, e bella, e al vecchio Vespasiano, per gran presenti, grata, era più calda di tutti in aiutar questa parte. Ogni Provincia che il mar bagna sino all' Asia, e l' Acaia, e tutta terra ferma dentro al Ponto, e l' Armenia, giurò. Ma non vi avendo Vespasiano mandate ancora le Legioni di Cappadocia; reggeva quelli Stati per Legati senz' armi. Fecesi consiglio generale di tutta la guerra in Berito. Vennevi Muciano con Legati, Tribuni, centurioni, e soldati principalissimi: e dell' esercito di Giudea, sceltissimo

(a) Ad imitazione forse di Livio XXVI. 19. *Fuit Scipio non veris tantum virtutibus mirabilis, sed arte quoque quadam ob inventa in ostentationem eorum composita.*

(b) Il Re Sofene: se n'è parlato nel XIII. degli Annali 7.

(c) Agrippa II. di cui vedi al XIII. degli Annali 7.

(d) Berenice sorella d' Agrippa II. celeberrima per gli amori di Tito. Vedi nell'Appendice cronologica al Tito 2. e al Vespasiano 12.

tu, lecta decora. tantum simul peditum equitumque, & æmulantium inter se Regum paratus, speciem Fortunæ Principalis effecerant.

Belli consilia. Vespasianus occupat Ægyptum: Titus Iudæa potitur: Mucianus ad bellum proficiscitur; pecuniasque, belli civilis nervos, conquirit.

LXXXII. *Prima belli cura, agere delectus: revocare veteranos. destinantur validæ Civitates, exercendis armorum officinis: apud Antiochenses, aurum argentumque signatur; eaque cuncta per idoneos ministros, suis quæque locis, festinabantur. Ipse Vespasianus, adire, hortari, bonos laude, segnes exemplo, incitare sæpius quam coercere; vitia magis Amicorum, quam virtutes dissimulans. Multos, Præfecturis, & Procurationibus: plerosque, Senatorii Ordinis honore persoluit; egregios Viros, & mox summa adeptos: quibusdam, Fortuna pro virtutibus fuit. Donativum militi, neque Mucianus prima concione, nisi modice extenderat: ne Vespasianus quidem plus civili bello obtulit, quam alii in pace; egregie firmus adversus militarem largitionem, eoque exercitu melior. Missi ad Parthum, Armeniumque, Legati: provisumque, ne versis ad civile bellum Legionibus, terga nudarentur. Titum instare Iudææ, Vespasianum obtinere claustra Ægypti, placuit. Sufficere videbantur adversus Vitellium, pars copiarum, & Dux Mucianus, & Vespasiani nomen: ac nihil arduum Fatis. Ad omnes exercitus, Legatosque, scriptæ epistolæ, præceptumque: Ut, Prætorianos Vitellio infensos, reciperandæ militiæ præmio invitarent.*

LXXXIII. *Mucianus cum expedita manu, socium magis Imperii quam ministrum ageus, non lento itinere, ne cunctari videretur, neque tamen properans, gliscere famam ipso spatio sinebat; quarus modicas vires sibi, & maiora credi de absentibus. Sed legio Sexta, & tredecim vexillariorum millia, ingenti agmine sequebantur. Classem e Ponte, Byzantium adigi iusserat: ambiguus consilii, num omissa Mœsia, Dyrrhachium pedite atque equite peteret: simul longis navibus versum in Italiam mare clauderet, tuta pone tergum Achaia Asiaque; quas inermes exposui Vitellio, ni præsidiis firmarentur: atque ipsum Vi-*

simo fiore. e tanto apparato di fanti, e cavalli, e pomposi Re gareggianti; che parea bene esservi Corte d' Imperadore.

Consiglio di guerra: Vespasiano occupa l'Egitto: Tito insista sulla Giudea: Muciano a guerra: e accoglia danaro, di guerra nerbo.

LXXXII. La prima cura della guerra fu fare nuovi soldati: chiamare i vecchi: fabbricar nelle migliori Città nuove armi: in Antiochia battere moneta d'ariento, e d'oro; e tutto si facea per ministri ottimi, ne' luoghi atti, e con sollecitudine. Vespasiano in persona i soldati trovava, esortava i valenti con lode, i pigri con l' esempio, più incitando, che riprendendo: i difetti, non le virtù, degli Amici dissimulando. Molti onorò di Prefetture, e Procuratorie: più fece Senatori; tutti prodi uomini, che tosto a sommi gradi saliro: ad alcuni servì per virtù la Fortuna. De' donativi a' soldati, e Muciano nel primo aringare andò scarso, e Vespasiano offerì meno nella civil guerra, che gli altri non usavano nella pace; col tener forte, di non largheggiare a' soldati, l' esercito faceva migliore. Con Ambasciadori fermò il Parto, e l' Armeno; per non aver molestia alle spalle, ignude di forze, occupate in guerra civile. Parve che Tito dovesse tener la Giudea, e Vespasiano la chiave d' Egitto: e che ad affrontar Vitellio bastasse parte delle forze, Muciano capo, il nome di Vespasiano, e il Destino, che tutto puote. Si scrisse a tutti gli eserciti, e Legati: Che a ciascuno de i Pretoriani da Vitellio cassi, e offesi, offerissero il soldo.

LXXXIII. Muciano con gente spedita, a guisa di compagno dell' Imperio, non ministro; marciava, nè adagio, per niuna paura mostrare: nè ratto, per dar tempo alla Fama di crescere; sapendo d' aver poche forze, e credersi le cose lontane esser maggiori. Ma dietro gli veniva la legion Sesta con grande squadra di tredici mila vessillarj. L' armata aveva fatto venire del Mar Maggiore a Costantinopoli: e stava in dubbio di lasciar la Mesia: e con tutti i cavalli, e fanti andar a Durazzo: e con le galee chiudere il mare verso Italia: e dietro assicurar l' Acaia, e l' Asia disarmate; che non si guardando, andrieno

in

Vitellium in incerto fore, quam partem Italiæ protegeret, si simul Brundisium, Tarentumque, & Lucaniæ, Calabriæque, litora, infestis classibus peterentur.

LXXXIV. *Igitur navium, militum, armorum, paratu, strepere Provinciæ. Sed nihil æque fatigabat, quam pecuniarum conquisitio. eos esse belli civilis nervos dictitans Mucianus, non ius aut verum, in cognitionibus; sed solam magnitudinem opum, spectabat. Passim delationes: & locupletissimus quisque in prædam correpti. Quæ gravia atque intoleranda, sed necessitate armorum excusata, etiam in pace mansere* (a). *Ipso Vespasiano, inter initia Imperii, ad obtinendas iniquitates haud perinde obstinato; donec, indulgentia Fortunæ, & pravis magistris, didicit, aususque est. Propriis quoque opibus Mucianus bellum iuvit, largitus privatim, quod avidius de Republica sumeret. Ceteri conferendarum pecuniarum exemplum secuti; rarissimus quisque eandem in reciperando licentiam habuerunt.*

in bocca a Vitellio: il quale ancora non saprebbe qual parte d' Italia si difendere; se tutti i liti di Brindisi, Taranto, Basilicata, e Calabria, s' infestassero a un tratto.

LXXXIV. Erano adunque per le Provincie gran romori di navi, armi, e uomini. L' importanza era trovar danari. questi, dicendo Muciano, esser il nerbo della guerra civile; non guardava ne' giudizii o torto, o diritto, ma a chi più ne dava. i ricchi erano spiati, e ingoiati. Le quali iniquità intollerabili, ma nella guerra scusabili, rimasero nella pace. Vespasiano nel principio di suo Imperio v' andava a rilento; ma poscia, per la buona Fortuna, e da' maestri pravi, le imparò, e ardì. Aiutò la guerra Muciano, anche col suo; per rifarsi di questa larghezza privata in molti doppj dalla Repubblica. Altri lo vollero imitare; ma pochissimi ebbero quella licenza nel riavere.

Mœsicæ ac Pannonicæ legiones, in partes transgressæ, Dalmaticum militem trahunt. Belli faces Antonius Primus & Cornelius Fuscus.

LXXXV. *Accelerata interim Vespasiani cœpta, Illyrici exercitus studio transgressi in partes. Tertia legio exemplum cæteris Mœsiæ Legionibus præbuit; Octava erat, ac Septima Claudiana, imbutæ favore Othonis, quamvis prœlio non interfuissent. Aquileiam iam progressæ, proturbatis qui de Othone* (b) *nuntiabant, laceratisque vexillis, nomen Vitellii præferentibus, rapta postremo pecunia, & inter se divisa, hostiliter egerant. Vnde metus, & ex metu consilium: posse imputari Vespasiano, quæ apud Vitellium excusanda erant. Ita tres Mœsicæ Legiones per epistolas alliciebant Pannonicum exercitum, aut abnuenti vim parabant. In eo motu Aponius Saturninus Mœsiæ Rector, pessimum facinus audet; misso centurione ad interficiendum Tertium Iulianum Septimæ legionis Legatum, ob simultates, quibus caussam partium prætendebat. Iulianus, comper-*

LXXXV. Accelerò l' impresa di Vespasiano l' esercito d' Illiria venuto dal suo. La legion Terza insegnò all' altre di Mesia. Queste erano l' Ottava, e la Settima Claudiana, che aveano Otone nel cuore, se bene non furono nella giornata. Le quali già passate in Aquilea, scacciati quelli che d' Otone portavano le novelle, stracciate l' insegne col nome di Vitellio, rubati, e divisisi i danari, procedevano da nimiche; onde ebber timore, e quinci risolverono di metter a conto a Vespasiano quello di che con Vitellio conveniva scolparsi. Così le tre Legioni di Mesia per lettere allettavano l' esercito di Pannonia: e, ricusando, s' ordinavano alla forza. In questo movimento Aponio Saturnino Governatore della Mesia piglia brutto ardire; manda un centerione a uccider Terzio Giuliano Legato della legion Settima, nimico suo, sotto specie che

Legioni di Mesia, e Pannonia datesi a Vespasiano, traggono le truppe Dalmate. Faci di guerra Antonio Primo, e Cornelio Fosco.

fus-

(a) Vedi nel Supplemento al Lib. V. delle Storie, 44. la taccia d' avarizia che si diè a quest' Imperadore, sino a dirlo *Cibiosarte*.

(b) Che portavano le novelle d' Otone, *vitium, ac vim vitæ tuæ attulisse*. Sveton. in Vespas. VI.

Digitized by Google

perto discrimine, & guaris locorum adscitis, per avia Mœsiæ ultra montem Hæmum profugit: nec deinde civili bello interfuit; per varias moras susceptum ad Vespasianum iter trahens: & ex nuntiis cunctabundus, aut properans.

LXXXVI. *At in Pannonia xiii. legio ac vii. Galbiana, dolorem, iramque, Bedriacensis pugnæ retinentes; haud cunctanter Vespasiano accessere, vi præcipua Primi Antonii. Is legibus nocens, & tempore Neronis falsi damnatus; inter alia belli mala, Senatorium Ordinem reciperaverat. Præpositus a Galba Septimæ legioni, scriptitasse Othoni credebatur, Ducem se partibus offerens. a quo neglectus, in nullo Othoniani belli usu fuit. Labantibus Vitellii rebus, Vespasianum secutus, grande momentum addidit; strenuus manu, sermone promptus, serendæ in alios invidiæ artifex, discordiis & seditionibus potens, raptor, largitor, pace pessimus, bello non sperneudus. Iuncti inde Mœsici ac Pannonici exercitus, Dalmaticum militem traxere, quamquam Consularibus Legatis nihil turbantibus. Titus Ampius Flavianus Pannoniam, Poppeus Silvanus Dalmatiam tenebant, divites senes; sed Procurator aderat Cornelius Fuscus, vigens ætate, claris natalibus. Prima iuventa, quietis cupidine, Senatorium Ordinem exuerat. Idem pro Galba Dux Coloniæ suæ, eaque opera Procurationem adeptus, susceptis Vespasiani partibus, acerrimam bello facem prætulit; non tam præmiis periculorum, quam ipsis periculis lætus, pro certis & olim partis, nova ambigua ancipitia malebat. Igitur movere, & quatere, quidquid usquam ægrum foret, aggrediuntur. Scriptæ in Britanniam ad Quartadecimanos, in Hispaniam ad Primanos, epistolæ; quod utraque Legio pro Othone adversa Vitellio fuerat. Sparguntur per Gallias litteræ: momentoque temporis flagrabat ingens bellum, Illyricis exercitibus palam desciscentibus; ceteris Fortunam secuturis.*

fusse di parte contraria; il quale ne fu avvertito, e con buone guide, fuor di strade per la Mesia fuggì di là dal monte Emo: e verso Vespasiano s'incamminò, trattenendosi per la via più e meno secondo gli avvisi; tanto che la guerra civile fu finita.

LIII. *Ægre id pati Antonius, & culpam in Mucianum conferre, cuius criminationibus coaluissent periculosa sua: nec sermonibus temperabat, immodicus lingua, & obsequii insolens. Litteras ad Vespasianum composuit, iactantius quam ad Principem, nec sine occulta in Mucianum insectatione: Se Pannonicas Legiones in arma egisse: suis stimulis excitos Mœsiæ Duces: sua constantia perruptas Alpes, occupatam Italiam, intersepta Germanorum, Rhætorumque, auxilia. quod discordes, dispersasque Vitellii Legiones, equestri procella (a), mox peditum vi, per diem noctemque fudisset; id pulcherrimum, & sui operis: casum Cremonæ bello imputandum. Maiore damno, plurium Vrbium excidiis, veteres civium discordias Reipublicæ stetisse. Non se nuntiis neque epistolis, sed manu, & armis, Imperatori suo militare. neque officere gloriæ eorum qui Asiam interim composuerint. Illis Mœsiæ pacem; sibi salutem securitatemque Italiæ, cordi fuisse: suis exhortationibus Gallias, Hispaniasque, validissimam Terrarum partem, ad Vespasianum conversas; sed cecidisse in irritum labores, si præmia periculorum soli adsequantur, qui periculis non adfuerint. Nec fefellere ea Mucianum; inde graves simultates; quas Antonius simplicius, Mucianus callide, eoque implacabilius, nutriebat.*

gione, e altri suoi confidenti. E tutti scrivevano a Muciano (com' e' voleva) della fretta di Primo, e Varo, sinistramente. Egli mandava quelle lettere a Vespasiano, con le quali operò, che i fatti d' Antonio caddero di quella stima, che gli pareva di meritarsi.

Orgoglio sostenuti d' Antonio presso Vespasiano: odii tra Antonio, e Muciano.

LIII. Il che Antonio non poteva tollerare; recandosi da' mali ufici di Muciano i pericoli suoi: e ne parlava senza rispetto; essendo di lingua troppo libero, e non usato a dichinarsi. Scrisse a Vespasiano con troppo vanto, scrivendo a Principe, e con qualche veleno contro a Muciano: Aver fatto esso prender l' armi alle Legioni di Pannonia: stimolato i Capi di Mesia a venir via: per la sua costanza, apertesi l' Alpi, preso Italia, racchiusi i Germani aiuti, e di Rezia. che le Legioni di Vitellio discordanti, e sparse fossero da tempesta di cavalli, e forza di pedoni in un dì e una notte sconfitte; questa essere opera bellissima, e sua: il caso di Cremona, frutto di guerra. Maggior danni di rovinate Città aver fatto alla Repubblica le discordie civili antiche. Esso militar per lo suo Imperadore con la spada in pugno, e non con lettere, e ambasciate. nè scurare lor gloria a coloro, che hanno in questo mentre accomodata l' Asia. Ma essi la pace di Mesia; egli la salvezza, e sicurezza d' Italia aver procurato: e convertito a Vespasiano le Gallie, e le Spagne, potentissima parte del Mondo; ma ogni fatica più che perduto, se a quei soli si daranno i premj de' pericoli, che ne' pericoli non sono stati. Muciano risseppe ogni cosa; ne nacquero gravi rancori. Antonio alla scoperta, Muciano con astuzia; e però più implacabilmente, gli fomentava.

Vitellius, stulta dissimulatione, fractarum apud Cremonam rerum nuntios occultans, remedia potius malorum, quam mala, differebat.

LIV. *At Vitellius, fractis apud Cremonam rebus, nuntios cladis occultans, stulta dissimulatione, remedia potius malorum, quam mala, differebat. Quippe consitenti, consultantique, superpersuasum iri, ut ferret, quæ ferenda erant, ne ipse quidem ignorabat. Ceterum, ut in rebus secundis, ita in aduersis, ambitiosus, & ad ostentationem, quæ vellet, quæque nollet, pariter concupiscens. Ac tum, quasi ignoraret, quæ sciebat, ne ea quidem, quæ ignorabat, sciebat. Nec quisquam ausus est, quia nemo iussus. Ita, quæ ex tempore, & ex commodo, ut quisque, aut casus, aut ipse Vitellius, ferebat, pro certis, & exploratis, accipiebantur.*

Vitellio da folle dissimula l' avviso della rotta a Cremona: notabil costanza.

LIV. Ma Vitellio con l' occultar le nuove delle cose rovinate a Cremona, scioccamente allungava i rimedj, più tosto che i mali. Perchè, se gli avesse confessati, e consultatone; ancor v' eran

(a) Così T. Livio XXIX. 2. *Iam missum ab re Ser. Cornelium procella equestri hostes circumfusurum.*

tioa occultat. Notabilis constantia Centurionis.

pererant spes, viresque; cum, e contrario, læta omnia fingeret, falsis ingravescebat. Mirum apud ipsum de bello silentium. Prohibiti per Civitatem sermones, eoque plures: ac, si liceret, vera narraturi; quia vetabantur, atrociora vulgaverant. Nec Duces hostium, augendæ famæ deerant; captos Vitellii exploratores, circumductosque, ut robora victoris exercitus noscerent, remittendo; quos omnes Vitellius secreto percunctatus, interfici iussit. Notabili constantia, centurio Iulius Agrestis, post multos sermones quibus Vitellium ad virtutem frustra accendebat, perpulit, ut ad vires hostium spectandas, quæque apud Cremonam acta forent, ipse mitteretur. Nec exploratione occulta fallere Antonium tentavit, sed mandata Imperatoris suumque animum, professus, ut cuncta viseret, postulat. Missi qui locum prælii, Cremonæ vestigia, captas Legiones ostenderent. Agrestis ad Vitellium remeavit, abnuentique vera esse quæ referret, atque ultro corruptum, arguenti: „Quandoquidem", inquit, „ magno documento opus est, „ nec alius tibi aut vitæ, aut mor„ tis meæ, usus; dabo cui credas". Atque ita digressus, voluntaria morte dicta firmavit. Quidam iussu Vitellii interfectum, de fide constantiaque, eadem tradidere.

ran forze, e speranze. ma col falso dir bene, s'aggravava nel male. In casa sua non sentivi parola di guerra, per Roma, perchè vietato era, non d'altro si ragionava: e chi, non proibito, avrebbe detto la cosa giusta, la metteva più atroce: e per accrescerne il grido, i Capitani nemici menavano le spie di Vitellio prese a veder le forze del vincitor esercito, e rimandavanle: e Vitellio le esaminò in segreto, e tutte le fece uccidere. Giulio Agreste centurione, di fermezza d'animo memorevole, predicato che ebbe assai in vano a Vitellio per accenderlo; l'indusse a mandarlo a chiarirsi delle forze nimiche, e di tutto il seguito, a Cremona. non come spia segreta, ma liberamente di commission dell'Imperadore, ricerca Antonio di veder il tutto. Fecegli mostrare dove si combattè, le reliquie di Cremona, e le prese Legioni. Agreste torna a Vitellio, il quale negando esser vero il riferito, e dicendol corrotto: „ Poi„ chè gran testimonanza (diss'egli) „ te ne bisogna dare, nè in altro mia „ vita, e morte ti può più servire; „ io la ti darò ". È partito si uccise. Alcuni scrivono che Vitellio il fece ammazzare: di sua fede, e coraggio dicono il medesimo.

za di Centurione.

Vitellius, ut e somno excitus, Apenninum obsideri iubet: honorea largitur: tandem ipse in castra venit.

LV. *Vitellius, ut e somno excitus, Iulium Priscum, & Alphenum Varum, cum* XIIII. *Prætoriis cohortibus, & omnibus equitum alis, obsidere Apenninum iubet: secuta e classicis Legio. Tot millia armatorum, lecta equis, virisque, si alius Dux foret, inferendo quoque bello satis pollebant. Ceteræ cohortes ad tuendam Vrbem L. Vitellio Fratri datæ. Ipse nihil e solito luxu remittens, & diffidentia properus; festinare comitia, quibus Consules in multos annos destinabat: fœdera sociis, Latium externis dilargiri: his tributa dimittere, alios immunitatibus iuvare: denique, nulla in posterum cura, lacerare Imperium. Sed vulgus ad magnitudinem beneficiorum aderat: stultissimus quisque pecuniis mercabatur. Apud Sapientes cassa habebantur; quæ neque dari, neque ac-*

LV. Vitellio quasi destato dal sonno, mandò Giulio Prisco, e Alfeno Varo, con quattordici coorti Pretoriane, e tutti i cavalli, a impadronirsi dell'Apennino: e appresso una Legion dell'armata. Tante migliaia d'armati scelti a piè e cavallo, avrebbero con altro Capo potuto muover guerra, non che difendersi. L'altre coorti diede a Lucio suo Fratello, per guardia di Roma. e senza lasciare alcuno delli usati piaceri, cacciato da diffidenza, affrettava di creare i Consoli per molti anni: fece molte leghe, e donò Cittadinanze: levò tributi: concesse esenzioni: smembrava in somma l'Imperio, senza pensar al futuro. Alla macca di cotali larghezze correva il volgo: i più sciocchi se li compravan con danari. chi aveva ingegno, sapeva, cotali cose non poter-

Vitellio come desto da sonno, fa assediar l'Apennino: comparte onori: vien in fine al campo.

si,

cipi, salva Republica, poterant. Tandem, flagitante exercitu, qui Mevaniam insederat, magno Senatorum agmine, quorum multos ambitione, plures formidine trahebat; in castra venit, incertus animi, & infidis consiliis obnoxius.

Prodigia. Præcipuum ipse Vitellius ostentum, ignarus militiæ, improvidus consilii, Romam revertit.

LVI. *Concionanti (prodigiosum dictu!) tantum fœdarum (a) volucrum supervolitavit; ut nube atra diem obtenderent. Accessit dirum omen, profugus altaribus taurus, disiecto sacrificii apparatu, longe, nec ubi feriri hostias mos est, confossus. sed præcipuum ipse Vitellius ostentum erat, ignarus militiæ, improvidus consilii: quis ordo agminis, quæ cura explorandi, quantus urgendo trahendove bello modus, alios rogitans: & ad omnes nuntios, vultu quoque & incessu trepidus; dein temulentus. Postremo tædio castrorum, &, audita defectione Misenensis classis, Romam revertit; recentissimum quodque vulnus pavens, summi discriminis incuriosus. Nam cum transgredi Apenninum integro exercitus sui robore, & fessos hieme, atque inopia, hostes adgredi, in aperto foret; dum dispergit vires, acerrimum militem, & usque in extrema obstinatum, trucidandum, capiendumque, tradidit; peritissimis centurionum dissentientibus, &, si consulerentur, vera dicturis. Arcuere eos intimi Amicorum Vitellii; ita formatis Principis auribus, ut aspera quæ utilia, nec quidquam nisi incundum & lætum, acciperet.*

Puteolanorum in Vespasianum studia. Contra Capua Vitellio fida. Claudius Iulianus Vitellium prodit, & Tarracinam occupat.

LVII. *Sed classem Misenensem (tantum civilibus discordiis etiam singulorum audacia valet!) Claudius Faventinus centurio per ignominiam a Galba dimissus, ad defectionem traxit; fictis Vespasiani epistolis pretium proditionis ostentans. Præerat classi Claudius Apollinaris, neque fidei constans, neque strenuus in perfidia, & Apinius Tiro Prætura functus: ac tum forte Minturnis agens, Ducem se defectoribus obtulit; a quibus Municipia, Coloniæ-*

si, senza danno della Repubblica nè dar, nè ricevere. Alla per fine, sconsigliandonelo l'esercito, con gran seguito di Senatori, tratti molti da ambizione, più da paura; venne in Campo sotto Bevagna in Vmbria tutto confuso, e preda de' falsi consigli.

Prodigii: tra' primi egli stesso Vitellio, rozzo in guerra, sconsigliato torna a Roma.

LVI. Aringando egli (cosa prodigiosa!) gli volò sopra'l capo un nugolo di laidi uccelli, che coperse il Sole. e peggio; che un toro scappò dall'altare, e scompigliato tutto l'ordine del sagrificio, fu ammazzato discosto, nè dove l'ostie soglionsi. ma il prodigio maggiore era Vitellio; non sapea di guerra: non prender partiti: non file ordinare: spiare: la guerra stringere, o allungare. altrui ne domandava: ad ogni avviso allibiva: gli tremavan le gambe: sempre era ebbro: lo stare in Campo gli venne a tedio: e, udito che l'armata di Miseno s'era ribellata, tornò a Roma; spaventandolo sempre l'ultima percossa, e niente pensava all'ultima rovina. Perchè quando gli era agevole passar l'Apennino con l'esercito intero e forte, e assalire i nimici, morti di fame, e freddo; lo sparnazzò: e mandò alla mazza que' ferocissimi soldati, pronti sino a morir per lui; contraddicendo i centurioni pratichissimi, che domandatine, gli avrebbero detto la verità. Ma non eran lasciati dagl' intrinsichi di Vitellio, che gli avevano acconce in modo l'orecchie, che l'utile li pareva aspro, ascoltando solo il piacevole, e dannoso.

Puzzuolo per Vespasiano: Capua per Vitellio. Claudio Giuliano tradisce Vitellio a occupa Terracina.

LVII. L'armata di Miseno fu indotta a ribellarsi da Claudio Faventino centurione, che Galba con onta cassò: il quale mostrò lettere contraffatte di Vespasiano, offerente gran premio, dandoglisi; tanto ardir puote nelle discordie civili ancora un solo! Governavala Claudio Apollinare, nè fedel ministro, nè valente traditore: e Apinio Trione, stato Pretore, allora per sorte a Minturno s'offerse Capo de' ribellanti. questi ci tirsrono Terre pri-

(a) Furono avoltoi al dire di Dione LXV. 940. *Vulturum vis magna irruit, victimas discerpsit, ipsumque Vitellium de tribunali forte deturbavit.*

niæque, impulsæ, præcipuo Puteolanorum in Vespasianum studio; contra Capua Vitellio fida, municipalem æmulationem bellis civilibus miscebat. Vitellius, Claudium Iulianum (is nuper classem Misenensem molli imperio rexerat) permulcendis militum animis delegit; data in auxilium Vrbana cohors, & gladiatores (a), *quibus Iulianus præerat. Ve collata utrimque castra; haud magna cunctatione Iuliano in partes Vespasiani transgresso, Tarracinam occupavere, mœnibus situque magis, quam ipsorum ingenio, tutam.*

privilegiate, e Colonie. Pozzuolo era tutto volto a Vespasiano: Capua a Vitellio; e le lor gare mescolavano tra le guerre civili. Vitellio mandò Claudio Giuliano, stato di detta armata Ammiraglio, piacevole, che addolcisse que' soldati: e con lui una coorte di guardia di Roma, e li accoltellanti, che erano a suo governo. Accampatisi a rincontro; Giuliano stette poco a passar dalla parte di Vespasiano: e presero Terracina, forte, di sito e di muraglia, più che per loro industria.

L. Vitellius ingruenti per Campaniam bello opponitur. Ex plebe & servitiis legitur in Vrbe exercitus. At paullatim Senatores & equites dilabuntur.

LVIII. *Quæ ubi Vitellio cognita, parte copiarum Narniæ cum Præfectis Prætorii relicta; L. Vitellium Fratrem, cum sex cohortibus, & quingentis equitibus, ingruenti per Campaniam bello opposuit. Ipse æger animi, studiis militum, & clamoribus Populi, arma poscentis, refovebatur; dum vulgus ignavum, & nihil ultra verba ausurum, falsa specie, exercitum & Legiones appellat. Hortantibus libertis (nam Amicorum eius quanto quis clarior, minus fidus) vocari Tribus iubet: dantes nomina sacramento adigit: superfluente multitudine, curam delectus in Consules partitur. servorum numerum, & pondus argenti Senatoribus indicit. Equites Romani obtulere operam pecuniasque; etiam libertinis idem munus ultro flagitantibus. ea simulatio, officia metu profecta, verterat in favorem. Et plerique haud perinde Vitellium, quam casum, locumque, Principatus, miserabantur. Nec deerat ipse, vultu, voce, lacrymis, misericordiam elicere, largus promissis: &, quæ natura trepidantium est, immodicus. Quin & Cæsarem se dici voluit, adspernatus antea; sed tunc, superstitione nominis: & quia in metu consilia prudentium, & vulgi rumor, iuxta audiuntur. Ceterum, ut omnia inconsulti impetus cœpta, initiis valida, spatio languescunt; dilabi paullatim Senatores, Equitesque: primo cunctanter, & ubi ipse non aderat: mox contemptim, & sine discrimine; de-*

L. Vitellio rintuzza l' arme che invadon Campagna. Di plebe e schiavi soldati il Roma esercito. Senatori ed equestri disertano.

LVIII. A tale avviso Vitellio, lasciata parte delle genti in Narni, co' Capi Pretoriani, mandò L. Vitellio suo Fratello con sei coorti, e cinquecento cavalli, in Terra di Lavoro contro alla guerra, che ne veniva. Lui sbigottito confortava l'affezion de' soldati, e del Popolo, che chiedevan l'arme, ed ei chiamava esercito e Legioni, quella canaglia valente in parole. Consigliato da' liberti (perchè gli Amici, quanto da più, men fedeli erano), raguna le Tribù: fa giurare chi si fa scrivere: soprabbondando il numero, sparti la cura a' Consoli, a' Senatori pose balzello di schiavi, e danari. i Cavalieri offeriron servigio, e danari, e 'l medesimo i libertini, faceanlo per paura; ed egli lo pigliava per affezione. A molti increscéva, non di Vitellio; ma del caso, e del seggio Imperiale, nè mancava egli di muover compassione, con volto, parole, e lagrime, con larghe promesse e smisurate, come chi ha gran paura. Il titolo di Cesare, prima rifiutato, accettò; per farsene buono augurio: e perchè gli spaventati così odono le vanità del Popolo, come i consigli de' Savj. Ma come le imprese con più impeto che consiglio, nel principio son di fuoco, e poi raffreddano; i Senatori, e' Cavalieri lo piantavano a poco a poco: prima guardando ch' ei non vedesse: poi senza tale rispetto indifferentemente; talchè Vitellio

(a) V'era stato l'esempio di simile laidezza, come si legge al Lib. II. 11. di queste Storie.

douec Vitellius pudore irriti conatus, quæ non dabantur, remisit.

Flaviani Apenninum transeunt: Petilium Cerialem, illic obvium, & Vitellii custodies elapsum, inter Duces adsumunt.

LIX. *Vt terrorem Italiæ possessa Mevania, ac velut renatum ex integro bellum, intulerat; ita haud dubium erga Flavianas partes studium, tam pavidus Vitellii discessus addidit. Erectus Samnis, Pelignusque, & Marsi, æmulatione, quod Campania prævenisset; ut in novo obsequio ad cuncta belli munia acres erant. Sed fœda hieme per transitum Apenniui conflictatus exercitus, & vix quieto agmine nives eluctantibus; patuit, quantum discriminis adeundum foret, ni Vitellium retro Fortuna vertisset: quæ Flavianis Ducibus non minus sæpe quam ratio adfuit. Obvium illic Petilium Cerialem habuere, agresti cultu, & notitia locorum, custodias Vitellii elapsum. Propinqua adfinitas Ceriali cum Vespasiano: nec ipse inglorius militiæ, eoque inter Duces adsumptus est. Flavio quoque Sabino, ac Domitiano, patuisse effugium, multi tradidere. Et missi ab Antonio nuntii, per varias fallendi artes penetrabant, locum, ac præsidium, monstrantes. Sabinus iubabilem labori, & audaciæ, valetudinem caussabatur. Domitiano aderat animus; sed custodes a Vitellio additi, quamquam se socios fugæ promitterent, tamquam insidiantes, timebantur. Atque ipse Vitellius, respectu suarum necessitudinum, nihil in Domitianum atrox parabat.*

Iidem, pugnæ avidi, oratione Antonii mitigantur.

LX. *Duces partium, ut Carsulas venere, paucos ad requiem dies sumunt; douec aquilæ, signaque Legionum adsequerentur. Et locus ipse castrorum placebat, late prospectans, tuto copiarum aggestu, florentissimis pone tergum municipiis. simul colloquia cum Vitellianis decem millium spatio distantibus, & proditio sperabatur. Ægre id pati miles, & victoriam malle quam pacem; ne suas quidem Legiones opperiebantur, ut prædæ quam periculorum socias. Vocatos ad concionem Antonius docuit: Esse adhuc Vitellio vires, ambiguas, si deliberarent; acres, si desperassent. Initia bellorum civilium Fortunæ permittenda; victoriam consiliis, & ratione, perfici. Iam Misenensem classem, & pulcherrimam Campaniæ oram*

lio dall' impresa non riuscibile si tolse giù per vergogna.

I Flaviani oltra Apennino: prendon Duce Petilio Ceriale scempato alle guardie Vitelliane ivi incontrato.

LIX. Questa paurosa partita di Vitellio accrebbe tanto favore a parte Flavia; quanto fu il terrore d' Italia, quando ei prese Bevagna, e mostrò aver rinovata la guerra. I Sanniti, Peligni, e Marsi, co' Capuani, rivoltatisi prima di loro, facevano in tutta la guerra a chi me' servire, come per lo nuovo Signore si fa. Ma nel passar l' Apennino, la cruda vernata afflisse l' esercito, e quasi disordinò, per le grandissime nevi: e videsi a quanto rischio si metteva, se la Fortuna non faceva tornare addietro Vitellio; la quale spesso a' Flaviani giovò, non meno che la ragione. Riscontrolli quivi Petilio Ceriale, fuggito per la pratica del paese, dalle guardie di Vitellio, vestito da villano. era parente stretto di Vespasiano, e soldato di conto; però fu ricevuto tra' Capi. Anche Flavio Sabino, e Domiziano, si potetter fuggire, scrivono molti; avendo loro Antonio con varj inganni fatto penetrare messaggi, che li mostraron modo a salvarsi; ma a Sabino infermità tolse forza, e animo. Domiziano avea cuore; ma Vitellio gli crebbe guardie: promisero fuggir seco, ma non se ne fidò. e Vitellio per amor de' proprj Parenti non intendea fargli male.

Di pugna avidi calmati aringa d'Antonio.

LX. Vennero i Capitani a Carsole, ove si riposarono alcuni giorni, finchè l' esercito gli raggiugnesse. Pareva luogo da porvi il Campo: scopriva gran paese, da potervi condurre le vettovaglie dalle Terre grasse addietro: e trattar tradimento co' Vitelliani, dieci miglia distanti. Questo non voleva il soldato; ma vittoria, e non pace: nè pur tutta la gente aspettare; per aver meno compagni alla preda sicura. Antonio gli raunò a parlamento, ammonendoli: Che Vitellio aveva ancor delle forze; poco stabili con l' aver tempo, terribili messe in necessità. I principii delle guerre civili lascinsi alla Fortuna: consiglio, e ragione, conducono la vittoria. Già s' era ribellata l' armata Misena, e la bellissima Terra di Lavoro:

eram descivisse: nec plus e toto Terrarum Orbe reliquum Vitellio, quam quod inter Tarracinam, Narniamque, iaceat. Satis gloriæ prælio Cremonensi partum: &, exitio Cremonæ, nimium invidiæ. ne concupiscerent Romam capere potius, quam servare. Maiora illis præmia, & multo maximum decus; si incolumitatem Senatui Populoque Romano sine sanguine quæsissent.

voro: nè a Vitellio altro rimaso al Mondo, che quant' è tra Terracina, e Narni. S' era acquistato nel combatter Cremona assai gloria: nel distruggerla troppo odio, non agognassero Roma, anzi presa che salva. Vtil maggiore, e ornamento eccessivo sarebbe loro il conservare il Senato, e Popol Romano, senza sangue.

Vanum tunc apud Vitellianos perfidiæ certamen. Priscus & Alphenus castra deseruntt.

LXI. *His, & talibus, mitigati animi. Nec multo post Legiones venere. & terrore, famaque, auctli exercitus, Vitellianæ cohortes nutabant; nullo in bellum adhortante: multis ad transitionem, qui suas centurias, turmasque, tradere donum victori, & sibi in posterum gratiam certabant. Per eos cognitum est: Interamnam proximis campis præsidio quadrigentorum equitum teneri. Missus extemplo Varus, cum expedita manu, paucos repugnantium interfecit: plures, abiectis armis, veniam petivere: quidam in castra refugi, cuncta formidine implebant, augendo rumoribus virtutem, copiasque, hostium; quo amissi præsidii dedecus lenirent. Nec ulla apud Vitellianos flagitii pœna: & præmiis defectorum, vera fides, ac reliquum perfidiæ certamen crebra transfugia Tribunorum, centurionumque. nam gregarius miles indurverat pro Vitellio; donec Priscus & Alphenus, desertis castris ad Vitellium regressi, pudore proditionis cunctos exsolverent.*

LXI. Da tali, e simiglianti parole, rimasero mitigati quegli animi. Comparsero le Legioni: e, per la fama e terrore del cresciuto esercito, i soldati di Vitellio vacillavano: a guerra niuno confortava: molti a passare di là; gareggiando a donare suo' fanti, e cavalli, al Vincitore, e grato farlosi. Da questi si seppe: ne' vicini campi esser Terni guardata da quattrocento cavalli. Varo mandatovi con gente spedita, pochi ne ammazzò, che combatterono: molti, gittate in terra l' armi, chiederon mercè: altri rifuggitisi in Campo empievano di spavento, contando della virtù, e numero, de' nimici gran miracoli; per iscemarsi vergogna della perduta Terni. Nè erano le falte de' Vitelliani punite, ma ben pagate dall' altra parte, alla quale per colmo di perfidia a gara passavano molti Tribuni, e centurioni; perchè i soldati privati tennero duro per Vitellio, sino a che Prisco, e Alfeno, abbandonato il Campo, e tornati a Vitellio, fecero che a niuno fu vergogna passare all' altra parte.

Vitelliani non pugnano che di perfidia. Prisco e Alfeno disertori.

Nullo lamentationis odore, cæsoque Valente, Vitellianus miles in Flavianas partes transit.

LXII. *Iisdem diebus, Fabius Valens, Vrbini, in custodia interficitur. Caput eius Vitellianis cohortibus ostentatum, ne quam ultra spem foverent; nam pervasisse in Germanias Valentem, & veteres illic novosque exercitus ciere, credebant. Visa cæde, in desperationem versi. Et Flavianus exercitus immane* (a) *quantum animo exitium Valentis, ut finem belli accepit. Natus erat Valens Anagniæ, equestri Familia, procax moribus, neque absurdus*

LXII. In que' giorni Fabio Valente fu morto prigione in Vrbino, e fatta vedere la sua testa (per torre ogni speranza) a' soldati Vitelliani, che lo facevano andato in Germania a mandar qua eserciti nuovi, e vecchi. E vistol morto, si diedero al disperato. All' esercito Flaviano non può dirsi quanto, finito Valente, paresse finita la guerra. Nacque Valente in Anagni, di Famiglia cavalleresca: fu di costumi malvagi, d' ingegno non malo: faceva

Con infacciato tradimento, Valente ucciso, passano di Plevio i Vitelliani.

il

(a) Così pure Orazio I. Ode 27. 5.
Vino & lucernis Medus acinaces Immane quantum discrepat.

dus ingenio : famam urbanitatis per lasciviam petere : ludicro Iuvenalium sub Nerone, velut ex necessitate, mox sponte mimos actitavit, scite magis quam probe. Legatus Legienis, & fovis Verginium, & infamavit : Fonteium Capitonem, corruptum, seu quia corrumpere nequiverat, interfecit. Galbæ prediter, Vitellio fidus, & aliorum perfidia illustratus.

il faceto: fu strione a' giuochi Giovenali, al tempo di Nerone quasi necessitato: poi fece per gusto il giullare con più garbo, che onestà. Legato d'una Legione favorì Verginio, e l'infamò; avendo corrotto Fonteo Capitone a far tradimento, o per non aver potuto corromperlo, l'ammazzò. Tradì Galba: fu fedele a Vitellio: e la fellonia degli altri lui illustrò.

Agitur cum Vitellio, ut imperio cedat; nec reluctatur.

LXIII. *Abrupta undique spe, Vitellianus miles transiturus in partes, id quoque non* (a) *sine dedecore, sed sub signis, vexillisque, in subiectos Narniæ campos descendere. Flavianus exercitus, ut ad prælium intentus ornatusque; densis circa viam ordinibus, adstiterat. Accepti in medium Vitelliani : & circumdatos, Primus Antonius clementer adloquitur. pars Narniæ, pars Interamnæ subsistere iussi : relictæ simul e victricibus Legiones, neque quiescentibus graves, & adversus contumaciam validæ. Non omisere per eos dies Primus, ac Varus, crebris nuntiis salutem, & pecuniam, & secreta Campaniæ, offerre Vitellio; si positis armis, seque ac Liberos suos Vespasiano permisisset. In eumdem modum & Mucianus composuit epistolas; quibus plerumque fidere Vitellius, ac de numero servorum, electione lisorum lequi. Tanta torpedo invaserat animum; ut, si Principem eum fuisse ceteri non meminissent, ipse obliviscetur.*

LXIII. I soldati di Vitellio, perdute le speranze da ogni banda, volendo passare all'altra parte, (anche ciò non fu senza infamia) scesero nel piano di Narni a bandiere spiegate. L'esercito Flaviano si mise, come per combattere, in ordini stretti in su la strada: e ricevè in mezzo i Vitelliani, a' quali Antonio Primo parlò umanamente, e gli allogò parte a Narni, e parte a Terni: e con essi alcune delle Legioni vincitrici; per esser loro a ridosso se non stesser quieti. Primo, e Varo allora non mancarono di mandar più volte a offerire a Vitellio salvezza, danari, e le delizie di Terra di Lavoro; se egli posate l'armi rimetteva sè, e i Figliuoli in Vespasiano. Il medesimo scrisse Muciano; del che Vitellio talora fidandosi, parlava del numero de' servi, e del luogo da eleggersi. Tanto era stordito, che se gli altri non si ricordavano che egli era Principe; ei se l'avrebbe dimenticato.

Trattasi con Vitellio che ceda: nè flutta.

Ad arma incitatur Flavius Sabinus, Vespasiani frater; sed invalidus aeneſta, conditiones pacis cum Vitellio agitat.

LXIV. *At Primores Civitatis, Flavium Sabinum Præfectum Vrbis, secretis sermonibus incitabant victoriæ famæque partem capesseret : Esse illi proprium militem cohortium Vrbanarum : nec defuturas vigilum cohortes, servitia ipsorum, Fortunam partium, & omnia prona victoribus. Ne Antonio, Varoque, de gloria concederet. Paucas Vitellio cohortes, & mœstis undique nuntiis trepidas : Populi, mobilem animum : &, si se Ducem præbuisset, easdem illas adulationes pro Vespasiano fore. Ipsum Vi-*

LXIV. Ma i primi di Roma segretamente mettevan su Flavio Sabino Prefetto a farsi partecipe di questa vittoria, e fama: Avere i soldati guardiani di Roma suoi propri: quei della notte non gli mancherieno: i loro schiavi, la Fortuna della parte, e riuscir ogni cosa a chi vince. A Primo, e Varo, non cedesse di gloria. A Vitellio rimanere pochi soldati, e spaventati dalle male nuove per tutto: il Popolo esser leggieri, e volterebbe, facendosene egli capo, le medesime adulazioni a Vespasiano.

Incitasi all'armi Flavio Sabino Fratello a Vespasiano: d'anni grave, tratta di pace muove con Vitellio.

(a) I Vitelliani disertarono con questa giunta d'obbrobrio, che potendolo fare furtivamente, lo fecero alla scoperta, e a bandiere spiegate.

Vitellium ne prosperis quidem parem, adeo ruentibus debilitatum. Gratiam patrati belli penes eum qui Vrbem occupasset. Id Sabino convenire, ut Imperium Fratri reservaret: id Vespasiano, ut ceteri post Sabinum haberentur.

LXV. *Haud quaquam erecto animo eas voces accipiebat, invalidus senecta. Erant, qui occultis suspicionibus incesserent; tamquam invidia & æmulatione Fortunam Fratris moraretur. Namque Flavius Sabinus ætate prior, privatis utriusque rebus, auctoritate, pecuniaque, Vespasianum anteibat. Et credebatur adfectam eius* (a) *fidem præiuvisse, domo, agrisque, pignori acceptis. Vnde, quamquam manente in speciem concordia, offensarum operta metuebantur. Melior interpretatio, mitem virum abhorrere a sanguine & cædibus; eoque crebris cum Vitellio sermonibus de pace, ponendisque per conditionem armis, agitare. Sæpe domi congressi, postremo in æde Apollinis, ut fama fuit, pepigere* (b). *Verba vocesque duos testes habebant, Cluvium Rufum & Silium Italicum. vultus procul visentibus notabantur, Vitellii proiectus & degener: Sabinus non insultans, & miseranti propior.*

no. Vitellio, sì scaduto, non potersi più reggere. Quando ella gli andasse bene: la guerra si riconoscerebbe finita da chi pigliasse Roma. Ciò convenire a Sabino per salvar l' Imperio al Fratello: ciò a Vespasiano, per far gli altri cedere a Sabino.

LXV. Egli, debole per la vecchiaia non ci andava di buone gambe. Altri credevano in segreto, che per invidia tardasse la fortuna al Fratello, che minor d' età nello stato privato, era avanzato da lui, in riputazione e ricchezze. E tenevasi, che Sabino gli avesse mantenuto il credito, preso in pegno sua casa, e poderi; onde temeasi, che tra loro bollissero occulti umori, benchè salvassero l' apparenza. Altri la pigliavano più dolcemente: che quest' uomo buono abborrisse le crudeltà, e 'l sangue; però spesso in casa sua trattò con Vitellio di posar l' arme, e far pace. Le condizioni, si disse, fermò nel tempio d' Apolline con due testimoni Cluvio Rufo, e Silio Italico. quegli ch' eran discosto notavano i visaggi: Vitellio avvilito, e abbietto: Sabino non oltraggioso, e volto a compassione.

Vitellius ad fortitudinem exstimulatur.

LXVI. *Quod si tam facile suorum mentes flexisset Vitellius, quam ipse cesserat; incruentam Vrbem Vespasiani exercitus intrasset. Ceterum ut quisque Vitellio fidus, ita pacem & conditiones abnuebant; discrimen ac dedecus ostentantes, & fidem in libidine victoris: Nec tantam Vespasiano superbiam, ut privatum Vitellium pateretur: ne victos quidem laturos. Ita periculum ex misericordia. Ipsum sane, senem, & prosperis adversisque satiatum. Sed quod nomen, quem statum Filio eius Germanico fore? Nunc pecuniam, & familiam, & beatos Campaniæ sinus, promitti. sed*

LXVI. E se Vitellio agevolmente disponeva i suoi, come egli s' abbiosciò; l' esercito di Vespasiano entrava in Roma senza sangue. Ma i più fedeli a Vitellio, più gli dannavano le condizioni di quella pace brutta, non sicura, a discrezione del Vincitore: „ Il „ quale " (dicevano) „ non esser tanto superbo ch' ei patisse che tu vi„ vessi privato, nè i vinti lo patirie„ no; così la misericordia ti arreche„ rebbe pericolo. Sii vecchio, sii stuc„ co de' beni, e de' mali; ma Germa„ nico tuo Figliuolo, che nome, che „ stato avrebbe? Offerisconti danari, „ corte, paradisi; ma, come Vespasia„ no

Vitellio spronato a fortezza.

(a) Spiega ciò pur bene il Chiar. Huezio: credeasi che Sabino avesse fatto malleveria per Vespasiano, già fallito, e che tenesse in pegno le case, e i poderi di Vespasiano. V. Sveton. in Vespas. IV. ove parla del Proconsolato di quest' Imperadore fatto in Affrica.

(b) Per quanto fosse pattuito ce 'l fa sapere Svetonio *in Vitell.* 15. *Vitellius ubique aut superatus aut proditus salutem sibi & millies sestertium a Flavio Sabino Vespasiani fratre pepigit* &c.

sed ubi Imperium Vespasianus invasevit ; non ipsi , non Amicis eius , non denique exercitibus , securitatem , nisi exstincto æmulatu , redituram . Fabium illis Valentem , captivum & casibus dubiis reservatum , prægravem fuisse ; nedum Primus , ac Fuscus , & specimen partium Mucianus , ullam in Vitellium nisi occidendi licentiam habeant . Non a Cæsare Pompeium , non ab Augusto Antonium incolumes relictos ; nisi forte Vespasianus altiores spiritus gerat Vitellii clicus (a) *; cum Vitellius collega Claudio foret . Quin ut Censuram Patris , ut tres Consulatus , ut tot egregiæ domus honores deceret ; desperatione saltem in audaciam actingeretur . Perstare militem , superesse studia Populi . Denique nihil atrocius eventurum , quam in quod sponte ruant . Moriendum victis , morieudum deditis . id solum referre : novissimum spiritum per ludibrium & contumelias effundant , an per virtutem .*

„ no fosse in sella, non terrebbe sicu-
„ ro sè, nè gli Amici, nè gli eser-
„ citi, sino a che non vedesse spento
„ il tuo seme emolo. Agro è lor sa-
„ puto tener vivo per tutti i casi Va-
„ lente in prigione; non che Primo,
„ e Fusco, e Muciano, principal di
„ quella parte, avesser licenza di far
„ altro di te, che ucciderti. Non la
„ perdonò Cesare a Pompeo, non Au-
„ gusto ad Antonio; se già più alti
„ spiriti di loro non porta Vespasia-
„ no stato cortigiano di Vitellio,
„ quando egli era Consolo con Clau-
„ dio. Che non più tosto muoverti,
„ come la Censura, e i tre Consola-
„ ti di tuo Padre, tanti onori di tua
„ nobil Famiglia, ricercherebbono, a
„ prendere dalla disperazione ardi-
„ mento? I soldati ti tengono il fer-
„ mo: t'avanza il favor del Popolo.
„ Peggio non può avvenirci, che in
„ questo modo gittarci via. O vinti,
„ o arresi, morti siamo. è pur me-
„ glio con virtù, che con istrazzi, e
„ scherni; render l'ultimo fiato ".

At ignavus, concinnem habet, & imperio cedit. Reclamantibus tamen, qui adsiterant, in palatium sedite cogitur.

LXVII. *Surdæ ad fortia consilia Vitellio aures . Obruebatur animus miseratione curaque ; ne pertinacibus armis, minus placabilem victorem reliuqueret Coniugi , ac Liberis . Erat illi & fessa ætate Pareus* (b) *, quæ tamen paucis ante diebus opportuna morte excidium Domus prævenit ; nihil Priucipatu Filii adsecuta , nisi luctum , & bonam famam . XV. Kalend. Ianuar. audita defectione Legionis , cohortiumque , quæ se Narniæ dediderant ; pullo amictu Palatio degreditur , mœsta circum Familia : simul ferebatur lecticula parvulus Filius , velut in funebrem pompam . Voces Populi blandæ , & intempestivæ : miles minaci silentio .*

LXVII. Vitellio era sordo a' forti consigli. Scoppiavagli il cuore, persistendo nell' armi, d' aver a lasciare il vincitore; più crudo a sua Moglie, e Figliuoli. La vecchia Madre pochi dì prima morì a tempo, che non vide rovinata la Casa sua. Del Principato del Figliuolo non cavò altro, che pianto, e nome di bontà. A' diciotto di Dicembre, udita la rivolta della Legione, e Gente, datesi a Narni; s' uscì di Palagio vestito di nero in mezzo alla mesta Famiglia col Figlioletto in lettighina, che sembrava un mortorio. Il Popolo, gli era lusinghevole fuor di tempo: i soldati cheti, e in cagnesco.

Per lusingardie, arringa, e cede l' Impero. Reclamano gli astanti e 'l ritraggono a Palazzo.

LXVIII. *Nec quisquam adeo rerum humanarum immemor , quem non com-*

LXVIII. Non è cuore umano che non fusse intenerito a vedere il Roma-

no

(a) Vitellio sotto Claudio potè assai, e promosse Vespasiano, che s' aitò anco del favore di Narcisso. Lipsio ed Erasto, a' quali accordasi anco Brotier, son di parere, che eien superflue, ed inserite da' copisti nell' originale le parole *Cum Vitellius collega Claudio foret*, come aborrenti dal laconismo di Tacito.

(b) Per nome Sestilia. Vi fu sospetto che suo figlio Vitellio effrettasse col veleno di questa sua vecchia Madre la morte, sicuro dal Vaticinio d' una tal Cetta, in cui molta fede avea, che saldo e lungo impero avrebbe a sopravvivere alla Madre. Vedi Svetonio *in Vitell.* 14.

moveret illa facies: Romanum Principem, & Generis humani paulo ante dominum, relicta Fortunæ suæ sede, per Populum, per Vrbem, exire de Imperio. Nihil tale viderant, nihil audierant. Repentina vis Dictatorem Cæsarem oppresserat: occultæ Caium insidiæ: nox & ignotum rus, fugam Neronis absconderant: Piso & Galba, tamquam in acie cecidere; in sua concione Vitellius inter suos milites, prospectantibus etiam feminis, pauca, & præsenti mœstitiæ congruentia, locutus: Cedere se pacis & Reipublicæ caussa: retinerent tantum memoriam sui, Fratremque & Coniugem, & innoxiam Liberorum ætatem miserarentur. Simul Filium protendens, modo singulis, modo universis commendans; postremo fletu præpediente, adsistenti Consuli (Cæcilius Simplex erat) exsolutum a latere pugionem, velut ius necis, vitæque, Civium, reddebat. Adspernante Consule, reclamantibus qui in concione adstiterant; ut in ade Concordiæ positurus insignia Imperii, domumque Fratris petiturus, discessit. Maior hic clamor obsistentium Penatibus privatis, in Palatium vocantium; interclusum aliud iter, idque solum quod in Sacram Viam pergeret, patebat. Tum, consilii inops, in Palatium rediit.

no Principe, dianzi Padron del Mondo, abbandonato il Trono della sua grandezza, per mezzo della Città, e del Popolo, uscirsi dell' Imperio. Cosa non veduta, non udita più unque. Fu Cesare Dettatore di repente ucciso: Caio in occulto tradito: Nerone nascoso di notte in villa sconosciuta: Pisone, e Galba caddero, quasi in battaglia; ma Vitellio, in suo parlamento, tra' suoi soldati, a vista delle donne, dopo alcune parole, e a sua fortuna convenienti: Che per la pace, e ben publico cedeva: avessono al meno di lui memoria, e compassione de' suoi innocenti, Fratello, Moglie, e piccoli Figliuoli. e ora a tutti, ora a uno a uno porgendo Germanico, lo raccomandava; finalmente soffocato dal piagnere, si trasse da canto il pugnale, e lo diede a Cecilio Semplice Consolo, quasi dandogli la podestà sopra la vita, e morte, de' Cittadini. Recusandolo egli, nè consentendolo gli uditori; si partì per portare nel tempio della Concordia le insegne dell' Imperio, e tornarsene a casa del suo Fratello. Raddoppiaron le grida: „ Non in casa privata: in „ Palagio ". E chiuser le strade, da quella in fuori che va in Via Sagra, Allora egli non sapendo che farsi, tornò in Palagio.

Interim Sabinus Rempublicam susceperat; aderantque primores Senatûs, plerique equestris ordinis, miles urbanus & vigiles. Id segre ferunt Germanicæ cohortes. Leve prælium Vitellianis prosperum. Capitolium tamen occupat Sabinus.

LXIX. *Prævenerat rumor: eiurari ab eo Imperium, scripseratque Flavius Sabinus cohortium Tribunis, ut militem cohiberent. Igitur, tamquam omnis Respublica in Vespasiani sinum cessisset; Primores Senatus, & plerique Equestris Ordinis, omnisque miles urbanus, & vigiles, domum Flavii Sabini complevere. Illuc de studiis vulgi, & minis Germanicarum cohortium, adfertur. Longius iam progressus erat, quam ut regredi posset: & suo quisque metu, ne desiectos, eoque minus validos, Vitelliani consectarentur, cunctantem in arma impellebant. sed, quod in eiusmodi rebus accidit, consilium ab omnibus datum est: periculum pauci sumpsere. Circa lacum Fundani, descendentibus qui Sabinum comitabantur armatis, occurrunt promptissimi Vitellianorum. Modicum ibi prælium, improviso tumultu; sed prospe-*

LXIX. Già era sparso che egli renunziava l' Imperio. e Flavio Sabino avea scritto a' Tribuni, che tenessero i soldati a freno. Come se adunque a Vespasiano tutta la Repubblica fusse caduta in grembo; i primi Senatori, i più de' Cavalieri, tutti i soldati di Roma, e la guardia di notte, empieron la casa di Sabino. Ove fu riferito dell' affezion del Popolo, e come i soldati Germani minacciavano. Ma Sabino era passato tanto oltre, che non poteva tornar indietro: e ciascuno per paura di sè, e per non esser da' Vitelliani assaliti sparsi e deboli, lo spignevano tardo, e lento all'arme. ma, come in tali casi avviene, fu buono ogn' uno a consigliare, e pochi a entrar nel pericolo. Scendendo Sabino con armati, l'affrontano dal Lago Fondano valorosissimi Vitelliani, i quali, dopo sprovveduta, e breve scaramuccia, ri-

Sabino fassi padron della Repubblica, assistito da' primi Senatori, il più degli Equestri, l' urbana milizia, i Vigili, a malincuor delle Germane coorti: scaramuccia a' Vitelliani propizia. Sabino occupa il Campidoglio.

rum

ma-

rum Vitellianis fuit. Sabinus, re trepida, quod tutissimum e præsentibus, arcem (a) *Capitolii insedit, mixto milite, & quibusdam Senatorum, Equitumque: quorum nomina tradere haud promptum est; quoniam victore Vespasiano, multi id meritum erga partes simulavere. Subierunt obsidium etiam Feminæ: inter quas maxime insignis Verulana Gracilia, neque Liberos, neque Propinquos, sed bellum, secuta. Vitellianus miles, custodia socordi clausos circumdedit, eoque, concubia nocte, suos Liberos Sabinus, & Domitianum Fratris Filium, in Capitolium accivit. At Sabinus, misso per neglecta ad Flavianos Duces nuntio, qui: circumsideri ipsos, & ni subveniretur, arctas res nuntiaret; noctem adeo quietam egit, ut digredi sine noxa potuerit. Quippe miles Vitellii adversus pericula ferox, laboribus & vigiliis parum intentus erat. & hibernus imber repente fusus, oculos, auresque, impediebat.*

LXX. *Luce prima Sabinus, antequam invicem hostilia cœptarent, Cornelium Martialem e Primipilaribus, ad Vitellium misit, cum mandatis, & questu: Quod pacta turbarentur. Simulationem prorsus & imaginem deponendi Imperii fuisse; ad decipiendos tot illustres Viros. Cur enim e rostris, Fratris domum imminentem Foro, & irritandis hominum oculis; quam Aventinum & Penates Vxoris* (b), *petisset? Ita privato, & omnem Principatus speciem vitanti, convenisse. Contra Vitellium in Palatium, in ipsam Imperii arcem regressum. inde armatum agmen emissum, stratam innocentium cædibus celeberrimam Vrbis partem: ne Capitolio quidem abstineri. Togatum nempe se, & unum e Senatoribus; dum inter Vespasianum ac Vitellium præliis Legionum, captivitatibus Vrbium, deditionibus cohortium iudicatur. Iam Hispaniis, Germaniisque, & Britannia, desciscentibus; Fratrem Vespasiani mansisse in fide, donec ultro ad*

masero al disopra. Sabino spaventato si ritirò per la più sicura in rocca di Campidoglio co' suoi soldati, e qualche Senatore, e Cavaliere. Non posso dire i nomi, per li molti che si fecer di quelli, quando Vespasiano ebbe vinto. Vi si rinchiusero insino delle Donne, e per la più notabile, Gracilia Verulana, non per seguitar Figliuoli, nè Parenti, ma la guerra. L'assedio de' Vitelliani fu sì largo, che Sabino la notte per luoghi non guardati vi fece entrar i Figliuoli suoi, e Domiziano suo nipote: e uscir un messaggio a' Capi Flaviani, a chieder soccorso; perchè le cose erano strette. Non vi fu quella notte romore, e poteva uscirsene; essendo i soldati di Vitellio feroci al combattere, ma alle fatiche, e vigilie poco intenti, e una subita vernina pioggia, non gli lasciava vedere, nè udire.

LXX. La mattina a dì, innanzi che si cominciasse a rompere, mandò Cornelio Marziale di Primopilo a Vitellio a lamentarsi: Che questi non erano de' patti; far le viste di lasciar l'Imperio, per ingannare tante persone illustri. E perchè altro essersi egli sceso di ringhiera, e avviato verso casa il Fratello in testa alla piazza a mostrarsi al Popolo, e non verso Aventino a casa (*) la Moglie; come conveniva, volendo esser privato, e fuggire ogni apparenza di Principe? Tutto il contrario aver fatto; tornatosene in Palagio, rocca dell'Imperio, mandato indi masnade a coprir la più calcata contrada di Roma di morti innocenti: combattere anche Campidoglio. Essere stato sempre in toga, e un Senatore, come gli altri; mentre Vespasiano, e Vitellio contendono con battaglie di Legioni, sforzamenti di Città, arrendimenti di soldati. Il Fratello pur di Vespasiano, quando già Spagna, Germania, Brettagna, erano rivolte, es-

(a) Nomavasi anco *arx romana*, come è scritto negli Annali al Lib. XI. cap. 23.

(b) Avea nome Galeria questa sua moglie.

(*) Cioè della Moglie. come due versi più su; a casa del Fratello. v. Prefaz. del Tradutt. di Brotier. T. I.

ad conditiones vocaretur. Pacem, & concordiam, victis utilia; victoribus tantum pulchra esse. Si conventionis pœniteat; non se, quem perfidia deceperit, ferro peteret: non Filium Vespasiani vix puberem. Quantum occisis uno Sene, & uno Iuvene profici? Iret obviam legionibus, & de summa rerum illic certaret: cetera secundum eventum prælii cestura. Trepidus ad hæc Vitellius, pauca purgandi sui causa respondit, culpam in militem conferens; cuius nimio ardori imparem esse modestiam suam. Et monuit Martialem: ut per secretam ædium partem occulte abiret; ne a militibus internuntius invisæ pacis interficeretur. Ipse neque iubendi, neque vetandi potens, non iam Imperator, sed tantum belli causa erat.

Oppugnatur & incenditur Capitolium.

LXXI. *Vix dum regresso in Capitolium Martiale, furens miles aderat, nullo Duce, sibi quisque auctor. cito agmine Forum, & imminentia Foro templa* (a), *prætervecti, erigunt aciem per adversum collem, usque ad primas Capitolinæ arcis fores. Erant antiquitus porticus in latere clivi, dextræ subeuntibus. in quarum tectum egressi, saxis, tegulisque, Vitellianos obruebant; neque illis manus nisi gladiis armatæ, arcessere tormenta, aut missilia tela, longum videbatur. Faces in prominentem porticum iecere, & sequebantur ignem. ambustasque Capitolii fores penetrassent; ni Sabinus revulsas undique statuas, decora Maiorum, in ipso aditu vice muri obiecisset. Tum diversos Capitolii aditus invadunt, iuxta lucum* (b) *Asyli, & qua Tarpeia rupes centum gradibus aditur. Improvisa utraque vis, propior atque acrior per Asylum ingruebat: nec sisti poterant, scandentes per coniuncta ædificia, quæ, ut in multa pace, in altum edita, solum Capitolii æqua-*

essere stato saldo in fede, sino a che chiamato fu all' accordo. La pace e concordia esser a' vinti utile; a' vincitori solamente onorevole. Se si pentiva delle capitolazioni, non perseguitasse lui col ferro, come fatto avea con poca fede: non il Figliuolo di Vespasiano, a pena fuor di fanciullo. Uccidere un Vecchio, e un Giovanetto che pro? Alle Legioni mostrasse il viso: ivi dell' Imperio combattesse; il restante sarebbe di chi vincesse. Vitellio rispose timoroso poche parole; incolpando il troppo ardire de' soldati: non averlo potuto tener la modestia sua. e rimandò Marziale per un uscio segreto; acciò i soldati non l' ammazzassero, come mezzano di odiata pace. Egli non potendo più comandare, nè proibire; non era più Imperadore, ma pietra di scandolo.

Campidoglio preso, e arso.

LXXI. Appena rientrato Marziale in Campidoglio, eccoti soldati infuriati senza capo, ciascun dassè, correre in frotte in Piazza, a' tempj, che le stanno a cavaliere: salire al monte schierati alle prime porte di Campidoglio. Già v' erano logge a marritta di chi sale. Gli assediati escon fuora in su quelle tetta: e con tegoli, e sassi ne cacciano i Vitelliani, che altro non aveano che spade, né tempo a mandar per mangani, o saettume. Lanciano il fuoco nella prima parte della loggia, e gli van dietro. E già aveva arso la porta. non potettero entrare, perchè Sabino la turò in vece di muro con le statue, splendori delli Antichi, di qualunque luogo sbarbate. Allora assalissono per due altre sprovvedute vie: lungo il boschetto dell' Asilo, e pe' cento scaglioni, onde si sale a Tarpeo. Era improvviso l' uno, e l' altro assalto. quello per lo boschetto più da vicino, più fiero, e senza riparo; montandosi per li congiunti edificj, alzati per la lunga pace al piano di Campidoglio. Qui

si

(a) Erano questi i tempj della Fortuna primigenia, di Giove Tonante, di Saturno, della Concordia. Vedi il Pitanesi, Antichità romane al Tom. I. sul fine, *Tavola del monte Capitolino*.

(b) Fondato già da Romolo: era tra le due rupi del monte Capitolino, in una delle quali stava il tempio di Giove Capitolino, nell' altra i tempj di Giove Feretrio, e di Marte Capitolino, ove al presente è *Ara Cœli*: ove era il boschetto dell' asilo, è ora la *Piazza del Campidoglio*.

æquabant. Hic ambigitur, ignem tectis oppugnatores iniecerint: an obsessi, quæ crebrior fama est, quo nitentes, ac progressos, depellerent. Inde lapsus ignis in porticus, appositas ædibus; mox sustinentes fastigium aquilæ, vetere ligno traxerunt flammam, aluerumque. Sic Capitolium, clausis foribus, indefensum, & inuiolatum, conflagravit.

Super eo facinore querela; & Capitolii usque ad Vitellium vices.

LXXII. *Id faciuus post conditam Vrbem luctuosissimum fœdissimumque Populo Romano accidit; nullo externo hoste: propitiis, si per mores uostros liceret, Deis: Sedem Iouis optimi maximi, auspicato a Maioribus, piguus* (a) *Imperii, conditam, quam non Porsena dedita Vrbe, neque Galli capta, temerare potuisseut; furore Priucipum exscindi? Arserat & ante Capitolium ciuili bello, sed fraude priuata; nuuc palam obsessum, palam incensum. quibus armorum caussis? quo tantæ cladis pretio? pro Patria bellauimus? Voverat Tarquinius Priscus Rex, bello Sabino, inceratque fundamenta; spe magis futuræ magnitudinis, quam quo modicæ adhuc Populi Romani res sufficerent. mox Seruius Tullius, Sociorum studio: deinde Tarquinius Superbus, capta Suessa Pometia, hostium spoliis exstruxere. sed gloria operis, Libertati reservata. Pulsis Regibus, Horatius Pulvillus, iterum Consul, dedicavit, ea magnificentia, quam immensæ postea Populi Romani opes ornarent potius, quam augereut. Iisdem rursus vestigiis situm est, postquam interiecto CCCCXV. annorum spatio, L. Scipione, C. Norbano Coss. flagraverat. Curam victor Sulla suscepit, neque tamen dedicavit: hoc solum felicitati eius uegatum. Lutatii Catuli nomeu, iuter tot Cæsarum opera, usque ad Vitellium mansit. Ea tunc ædes cremabatur.*

si dubita se il fuoco fu messo da que' di fuori, o pur, come si crede più, da que' di drento, per discostarsi i nimici già alle costole. Parte di quel fuoco s' appiccò alle logge dinanzi al tempio: la fiamma s'avventò all'aquile di legname antico che reggevano il frontespizio, e furono esca all'arsione, così seguita a porte chiuse, del Campidoglio non difeso, non saccheggiato.

Lamenti per tal orrore: vicende di quello insino a tal dì.

LXXII. Fatto di tutti i fatti, da che Roma è Roma, dolentissimo, e bruttissimo; non di nimico barbaro, ma quando ci erano (se meritato l'avessimo) propizj gl' Iddii: che quel seggio di Giove ottimo massimo, piantato da' nostri Maggiori con buoni augurj, pegno sicuro del nostro Imperio, oui nè Porsena, quando la Città si rese, nè i Galli, quando la presero, avrebber potuto contaminare; dal furor de' Principi sprofondasse! Arse anche prima Campidoglio nella guerra civile, ma per inganno privato; ora alla scoperta assediato, alla scoperta abbruciato. e qual guerra cagionò? qual pregio di tanto male? Salvar la Patria forse? Gettonne per boto i fondamenti il Re Tarquinio Prisco, per la guerra Sabina, non dicevoli allora alle deboli forze di Roma; ma risguardò la speranza della futura grandezza. Alzaronlo Servio Tullio con l'aiuto de' collegati: e Tarquinio Superbo, presa Suessa Pomezia con le spoglie nemiche. Ma la gloria dell'averlo compiuto fu serbata a Roma libera. Cacciati i Re; Orazio Pulvillo nel suo Consolato secondo, lo dedicò con tal magnificenza, che poi la smisurata Potenza del Popol Romano lo potè adornare, non accrescere. Quattrocento venticinque anni dapoi nel Consolato di L. Scipione, e C. Norbano, arse di nuovo, e fu rifatto sopra la medesima pianta. Sulla vittorioso n'ebbe la cura, e non lo dedicò (ciò solo alla sua felicità fu negato); ma Lutazio Catulo, il cui nome tra tante memorie di Cesare vi si lesse insino a Vitellio. Sì fatto tempio allora ardeva;

(a) Vedi L. Floro. I. 7.

Digitized by Google

Sabinus & Atticus consul capti.

LXXIII. *Sed plus pavoris obsessis, quam obsessoribus intulit; quippe Vitellianus miles, neque astu, neque constantia, inter dubia indigebat. ex diverso, trepidus miles, Dux segnis, & veluti captus animi, non lingua, non auribus competere, neque alienis consiliis regi, neque sua expedire: huc illuc clamoribus hostium circumagi, quæ iusserat vetare, quæ vetuerat iubere. mox, quod in perditis rebus accidit, omnes præcipere, nemo exsequi. Postremo abiectis armis, fugam, & fallendi artes, circumspectabant. Irrumpunt Vitelliani: & cuncta sanguine, ferro, flammisque miscent. Pauci militarium Virorum, inter quos maxime insignes, Cornelius Martialis, Æmylius Pacensis, Casperius Niger, Didius Scæva, pugnam ausi, obtruncantur. Flavium Sabinum inermem, neque fugam cœptantem, circumsistunt, & Quinctium Atticum Consulem, umbra honoris & suamet vanitate, monstratum; quod edicta in Populum pro Vespasiano magnifica, probrosa adversus Vitellium eecerat. Ceteri per varios casus elapsi, quidam servili habitu, alii fide clientium contecti, & inter sarcinas abditi. Fuere qui excepto Vitellianorum signo, quo inter se noscebantur, ultro rogitantes respondentesve, audaciam pro latebra haberent.*

LXXIII. con più paura delli assediati, che de' Vitelliani, forti ne' pericoli, e astuti; dove in quelli erano i soldati timidi, il Capo dappoco, che non trovava spedienti da sè, nè prendeva que' d' altri: correva qua, e là, alle grida de' nimici: comandava quel che aveva vietato, e vietava il comandato. e, quel che nelle cose disperate avviene, ogn' un comandava, e niuno eseguiva. All' ultimo gittate giu l' armi guardavano, dove, e come fuggire. Entrano con furore i Vitelliani: e mettono ogni cosa a ferro, e fuoco, e sangue. Pochi di que' soldati, che arditon combattere, tra' quali Cornelio Marziale, Emilio Pacense, Casperio Nigro, Didio Sceva, piu segnalati, n' andarono in pezzi. Accerchiano Flavio Sabino, che era disarmato, e non fuggiva: e Quinzio Attico Consolo, che si faceva conoscer per l' ombra del grado, e per li sciocchi bandi mandati nel Popolo, pieni d' onori di Vespasiano, e vituperi di Vitellio; gli altri per varj modi scapparono travestiti da schiavi, trafugati da' loro creati, tra le some nascosti. Alcuni saputo il nome, e contrassegno de' Vitelliani; lo davano, e chiedevano: e sotto tale audacia coperti passavano.

Sabino, e Attico Console presi.

Domitianus, sollertia liberti occultatus, delitescit. Sabinus ad Vitellium ductus. eoque invito confossus, in Gemonias trahitur.

LXXIV. *Domitianus, prima irruptione apud ædituum* (a) *occultatus, sollertia liberti, lineo amictu turbæ Sacricolarum* (b) *immixtus, ignoratusque, apud Cornelium Primum paternum clientem, iuxta Velabrum, delituit. Ac potiente rerum Patre, dissecto æditui contubernio, modicum sacellum* IOVI CONSERVATORI, *aramque posuit: casusque suos in marmore expressit. Mox Imperium adeptus,* IOVI CVSTODI *templum ingens, seque in sinu Dei sacravit. Sabinus & Atticus onerati catenis, & ad Vitellium ducti, nequaquam infesto sermone vultuque excipiuntur; frementibus qui ius cædis, & pramia navatæ operæ,*

LXXIV. Domiziano alla prima furia si nascose in cella del tempiere: un accorto liberto gli mise la cotta, e mescolato tra la turba de' Sacerdoti passò via, sconosciuto, insino al Velabro, e a casa * Cornelio Primo, creatura di suo Padre; il qual, suo Padre poi regnando, esso Domiziano, rovinata la casa, vi fece un tempietto con l' altare a GIOVE CONSERVADORE, e 'l suo caso vi scrisse in marmo: e fatto Imperadore sagrò un gran tempio a GIOVE CVSTODE, con sè ingrembogli. Sabino, e Attico in catena furon menati a Vitellio, che non fece loro mal viso, nè cattive parole; adirandosene quei che pretendevan ragione d'

Domiziano da scaltro liberto è occultato. Sabino tratto a Vitellio, malgrado di quello ucciso è rotolato per le Gemonie.

(a) Il Tempiere di Giove Capitolino.
(b) D' Iside; come distintamente leggesi in Svetonio, *in Domitiano* I.

(*) Cioè, di Cornelio Primo. v. Prefaz. del Tradutt. di Brotier. T. I.

xæ, petebant. Clamore a proximis orto, sordida pars plebis supplicium Sabini exposcit, minas, adulationesque, miscet. Stantem pro gradibus Palatii Vitellium, & preces parantem, pervicere ut absisteret. Tum confossum, conlaceratumque, & abscisso capite, truncum corpus Sabini, in gemonias trahunt.

Sabini laus. Atticus, incendisse se Capitolium confessus, aut mentitus, servatur.

LXXV. *Hic exitus Viri haud sane spernendi. Quinque & xxx. stipendia in Republica fecerat, domi militiæque clarus. Innocentiam, iustitiamque, eius, non adgueres: sermonis nimius erat. id unum septem annis, quibus Mœsiam; duodecim, quibus Præfecturam Vrbis obtinuit, calumniatus est rumor. In fine vitæ, alii segnem, multi moderatum, & civium sanguinis parcum, credidere. Quod inter omnes constiterit, ante Principatum Vespasiani, decus Domus penes Sabinum erat. Cædem eius lætam fuisse Muciano accepimus. Ferebant plerique, etiam paci consultum; dirempta æmulatione inter duos, quorum alter se Fratrem Imperatoris, alter Consortem Imperii cogitaret. Sed Vitellius Consulis supplicium poscenti Populo restitit, placatus, ac velut vicem reddens; quod interrogantibus, quis Capitolium incendisset, se reum Atticus obtulerat. eaque confessione, sive aptum tempori mendacium fuit; invidiam, crimenque, agnovisse, & a partibus Vitellii amolitus, videbatur.*

Virtù di Sabino. Attico che, vero o falso, fassi reo dell' arso Campidoglio, è salvato.

Tarracina a L. Vitellio obsessa, & capta, jugulatur Iulianus.

LXXVI. *Iisdem diebus L. Vitellius, positis apud Feroniam castris, excidio Tarracinæ imminebat; clausis illic gladiatoribus, remigibusque, qui non egredi mœnia, neque periculum in aperto audebant. Præerat, ut supra memoravimus, Iulianus gladiatoribus, Apollinaris remigibus; lascivia, socordiaque, gladiatorum magis, quam Ducum similes. Non vigilias agere, non intuta mœnium firmare, noctu dieque fluxi, & amœna litorum personantes, in ministerium luxus dispersis militibus, do bello tantum inter convivia loquebantur. Paucos ante dies discesserat Apinius Tiro: donisque, ac pecuniis, acerbe per municipia conquirendis, plus invidiæ quam virium, partibus addebat.*

Terracina da Vitellio stretta, e presa: Sgonzato Giuliano.

LXXVII. *Interim ad Vitellium servus Verginii Capitonis perfugit, pollici-*

d' ammazzarli, e chiedevano premio di loro opere. Con grida cominciate da' più vicini l'infima plebe minacciando, e adulando insieme, chiedeva Sabino al supplizio. Cominciando Vitellio in su le scalee del Palagio a raccomandarlo; il fecer chetare. Allora fu Sabino ferito, lacerato, dicapitato, strascinato alle gemonie il tronco.

LXXV. Tal fine fece quest' uomo certo da non disprezzare. Trentacinqu' anni militò per la Repubblica, fuori, e dentro chiaro. Non lo sapresti dir reo, nè ingiusto: favellava troppo; ciò solo gli fu apposto in sette anni che governò la Mesia, e dodici Roma. In quest' ultimo il tennе chi dappoco, chi moderato, e non sanguigno: ogn' uno, il perno di casa sua innanzi che Vespasiano fusse Principe. Odo, che a Muciano questa morte fu cara, e buona per la pace; perchè conoscendosi l' uno Fratello d' Imperadore, l' altro nell' Imperio compagno: si sarebbero invidiati. Gridando il Popolo: muoia il Consolo; Vitellio nol consentì, placato seco, e quasi per gratitudine, dell' aver Attico, interrogato, Chi mise fuoco nel tempio? risposto: „ Io fui "; e con tal confessione, o bugia, opportuna, scolpato di sì gran fallo; Vitelliani, e tiratosi tutto l' odio.

LXXVI. In que' giorni L. Vitellio pose il Campo a Feronia, per ispiantar Terracina, ove stavan chiusi accoltellanti, e ciurme, che non ardivano uscir fuori delle mura a combattere. Guidava, come dicemmo, li accoltellanti Giuliano, le ciurme Apollinare; non come Capitani, ma licenziosi, e pigri come la lor gentaglia. non usavano scolte, non mura deboli fortificare; di e notte poltrire; per li giardini far rombazzo: a' piaceri, vagando, attendere; non di guerra, se non a tavola, ragionare. Apinio Tirone uscito fuori pochi dì innanzi a mugnere quelle terre acerbamente, dava più carico che utile alla parte.

LXXVII. Vno schiavo di Verginio Capitone fuggì a L. Vitellio, e offer-

se,

citusque, si præsidium acciperet, vacuam arcem furtim traditurum. multâ nocte cohortes expeditas summis montium iugis, super caput hostium sistit. Inde miles ad cædem magis, quam ad pugnam decurrit. Sternuntur inermes, aut arma capientes, & quosdam somno excitos; cum tenebris, pavore, sonitu suarum, clamore hostili, turbarentur. Pauci gladiatorum resistentes, neque inulti cecidere. Ceteri ad naves ruebant, ubi cuncta pari formidine implicabantur, permixtis paganis, quos nullo discrimine Vitelliani trucidabant. Sex Liburnicæ inter primum tumultum evasere, in quis Præfectus classis Apollinaris: reliquæ in litoræ captæ, aut nimio ruentium onere pressas mare hausit. Iulianus ad L. Vitellium perductus, & verberibus fœdatus, in ore eius iugulatur. Fuere qui Vxorem L. Vitellii Triariam (a) incusserint; tamquam gladio militari cincta, inter luctum cladesque expugnatæ Tarracinæ, superbe sæveque egisset. Ipse lauream prosperæ gestæ rei ad Fratrem misit: percunctatus, statim regredi se, an perdomandæ Campaniæ insistere, iuberet. Quod salutare non modo partibus Vespasiani, sed Reipublicæ fuit; nam, si recens victoria miles, & super insitam pervicaciam secundis, ferox, Romam contendisset; haud parva mole certatum, nec sine exitio Vrbis foret. quippe L. Vitellio, quamvis infami, inerat industria: nec virtutibus, ut boni, sed quo modo pessimus quisque, vitiis valebat.

Flaviani, Antonii incertum an Muciani culpa, constantes, obsessi Capitolii fama excitî, ad Vrbem properant.

LXXVIII. *Dum hæc in partibus Vitellii geruntur, digressus Narnia Vespasiani exercitus, festos Saturni (b) dies Otriculi per otium agitabat. Causa tam pravæ moræ; ut Mucianum opperirentur. Nec defuere qui Antonium suspicionibus arguerent; tamquam dolo cunctantem, post secretas Vitellii epistolas: quibus Consulatum & nubilem Filiam, & desales opes, pretium proditionis, offerebat. Alii, ficta hæc, & in gratiam Muciani composita. Quidam,*

se, avendo compagni, dargli d' imbolio la rocca non guardata. A notte scura con geote spedita saglie il monte in capo a' nimici. Indi a rovina corre a tagliargli a pezzi, non a combatterli. Disarmati, o correnti per l' arme, li sbatacchia, chi sonnacchiosi, chi sbalorditi dal buio, spavento, nimiche trombe, e grida. Pochi accoltellanti, che fecer testa, caddero vendicati, gli altri si gittavano a scavezzacollo alle navi, ov' era il medesimo terrore, e scompiglio; mescolativi paesani, cui, come gli altri, i Vitelliaoi ammazzavano. Nel primo tumulto scamparon sei galee coo Apollinare Ammiraglio: l' altre o furon prese, o affondarono dalla folla, e peso, di quei che vi si gettavano. Giuliano fu menato, frustato, e scannato dinanzi a L. Vitellio. Fu chi incolpò Triaria sua Moglie d' avere, cinta di spada, usato superbia, e crudeltà, fra le miserie della sforzata Terracina. Egli ne mandò al Fratello la lettera con l' alloro, e domandandogli, se dovea tornarsene, o finir di domar Terra di Lavoro; il che fu la salute non pur della parte Vespasiana, ma della Repubblica. perchè, se que' soldati in su la vittoria feroci, per natura ostinati, si difilavano a Roma; la battaglia era grossa, e la rovina della Città. perchè L. Vitellio, benchè infame, era industrioso, e assai valeva: non con le virtù, come i buoni; ma co' vizj, come i pessimi.

I Flaviani che per colpa d' Antonio, o Muciano balocano, destî dall' avviso del Campidoglio assediato affrettansi a Roma.

LXXVIII. Mentre i Vitelliaoi facevano queste cose; l'esercito di Vespasiano partito da Narni, si stava ne' giorni di Saturno in Otricoli, ozioso a gittar via questo tempo, per aspettar Muciano. Nè mancò chi dicesse, che Antonio il fece ad arte; perchè Vitellio gli scrisse segretamente, che, volendo servir lui, il faria Consolo, e suo Genero con ricca dote. Altri dicevano, che questo cardo gli era dato per compiacer Muciano. Alcuni, che ciò

(a) Triaria, *ultra feminam*, ferox, come si è detto nel Lib. II. di queste Storie, 63.

(b) Le Feste di Saturno, dette i Saturnali, che cominciavano a' 17. dicembre. Se n' è parlato spesso in altri luoghi.

dam, omnium id Ducum consilium fuisse: Ostentare potius Vrbi bellum, quam inferre; quando validissimæ cohortes a Vitellio descivissent, & abscissis omnibus præsidiis, cessurus Imperio videbatur. Sed cuncta festinatione, deinde ignavia Sabini corrupta: qui sumptis temere armis, munitissimam Capitolii arcem, & ne magnis quidem exercitibus expugnabilem, adversus tris cohortes tueri nequisset. Haud facile quis uni adsignaverit culpam, quæ omnium fuit; nam & Mucianus, ambiguis epistolis, victores morabatur: & Antonius, præpostero obsequio, vel dum regerit invidiam, crimen meruit: ceterique Duces, dum peractum bellum putant, finem eius insignivere. Ne Petilius quidem Cerialis, cum mille equitibus præmissus, ut transversis itineribus per agrum Sabinum, Salaria via Vrbem intreiret, satis maturaverat; donec obsessi Capitolii fama cunctos simul exciret.

ciò fu consiglio di tutti i Capi: mostrar la guerra a Roma, e non farla, vedendo che Vitellio piantato da' soldati migliori, e da tutti gli aiuti, avrebbe ceduto l'Imperio. Ma ogni cosa guastò la fretta, e poi la dappocaggine di Sabino, che prese l'armi sconsiderato, e non seppe difendere da tre coorti Campidoglio, rocca sicura da grandissimi eserciti. Non può darsi a uno quella colpa che fu di tutti; perchè Muciano con le lettere di due sensi ritardava i vincitori: Antonio con ubbidire arrovescio, e incolparne gli altri, sè caricò: gli altri Capi, per creder la guerra finita, le diedon fine più ricordevole. Anche Petilio Ceriale mandato innanzi con mille cavalli ad attraversare il piano de' Sabini, e per la via Salaria entrar in Roma, molto penò; finchè la fama dell' assediato Campidoglio fece destare ognuno.

Haud procul Vrbe equestre prælium his adversum.

LXXIX. *Antonius per Flaminiam ad Saxa Rubra, multo iam noctis, serum auxilium venit. Illic interfectum Sabinum, conflagrasse Capitolium, tremere Vrbem, mœsta omnia; accepit. plebem quoque & servitia pro Vitellio armari, nuntiabatur. Et Petilio Ceriali equestre prælium adversum fuerat; namque incautum, & tanquam ad victos ruentem, Vitelliani interiectus equiti pedes excepere. Pugnatum haud procul Vrbe, inter ædificia hortosque, & anfractus viarum: quæ gnara Vitellianis, incomperta hostibus, metum fecerant. neque omnis eques concors; adiunctis quibusdam, qui nuper apud Narniam dediti, fortunam partium speculabantur. Capitur Præfectus alæ, Tullius Flavianus; ceteri fœda fuga consternantur, non ultra Fidenas secutis victoribus.*

LXXIX. Antonio per la via Flaminia a molte ore di notte giunse a' Sassi Rossi; aiuto tardo. Ivi intese di Sabino morto, Campidoglio arso, Roma in tremito, ogni cosa dolore, e che la plebe, e schiavi, s' armavano per Vitellio. E Petilio Ceriale co' suoi cavalli fu rotto da' pedoni Vitelliani, a' quali corse addosso, come a vinti, non cauto; e trovò riscontro. Combattessi poco fuor di Roma tra quelle case, orti, e traverse, che note a' Vitelliani, e non a' nimici, gl' impaurirono: nè tutti i cavalli eran d' accordo; perchè alcuni delli arresi a Narni stavano a veder chi vincesse. Fu preso Tullio Flaviano Capitano d' una compagnia di essi cavalli: gli altri fuggirono bruttamente, seguitati non oltre Fidene.

Ivi presso tutta di Cavalleria lor contraria.

Pro pace tamen sub inducis frustra a Vitellianis missi legati & virgines Vestales.

LXXX. *Eo successu studia Populi aucta. vulgus Vrbanum arma cepit. paucis scuta militaria: plures raptis quod cuique* (a) *obvium telis, signum pugnæ exposcunt. Agit grates Vitellius,*

LXXX. Questo successo accrebbe l' affezione del Popolo. la plebe di Roma prese l' armi: pochi aveano scudo: i più dando di piglio a ciò che veniva loro alle mani, chieggon battaglia. Vi-

Pure per pace o tregua mandan indarno Legati e Vestali i Vitelliani.

(a) Così Virgilio, *Æneid.* VII. 507.
. . . . *quod cuique repertum*
Rimanti, telum ira facit.

lius, & ad tuendam Vrbem prorumpere iubet. Mox, vocato Senatu, deliguntur Legati ad exercitus, ut, prætextu Reipublicæ, concordiam pacemque suaderent. Varia Legatorum sors fuit. qui Petilio Ceriali occurrerant, extremum discrimen adiere; adsperuante milite conditiones pacis. Vulneratur Prætor Arulenus Rusticus. auxit invidiam, super violatum Legati Prætorisque nomen, propria dignatio Viri. Palantur comites: occiditur proximus lictor, dimouere turbam ausus. &, ni dato a Duce præsidio defensi forent, sacrum etiam inter exteras gentes Legatorum ius, ante ipsa Patriæ mœnia, ciuilis rabies usque in exitium temerasset. Æquioribus animis accepti sunt qui ad Antonium venerant; non quia modestior miles: sed Duci plus auctoritatis.

Vitellio li ringrazia: comanda che corrino a difender Roma: raguna il Senato: mandano Ambasciatori alli eserciti a persuadere, sotto pretesto della Repubblica, accordo, e pace. Questi ebbero fortuna varia. que' che incontraron Petilio Ceriale, furon per capitar male; non volendo i soldati udir nulla di pace. Vi fu ferito Aruleno Rustico Pretore, il che dispiacque; oltre all' aver violato uno Ambasciadore e Pretore, per la sua propria degnità. Sbaragliossi sua comitiva: il littore che volle fargli far largo, fu morto. e, se non che la guardia che Petilio diè loro, li difese; l' Ambasceria, sagra anche a i barbari, era dalla rabbia civile, in su le mura della Patria, violata fin con la morte. Li Ambasciadori ad Antonio, ebbero meglio fare; per avere, non più modestia i soldati, ma più autorità il Capitano.

LXXXI. *Miscuerat se Legatis Musonius Rufus Equestris Ordinis, studium Philosophiæ, & placita Stoicorum æmulatus: cœptabatque permixtus manipulis, bona pacis, ac belli discrimina, disserens, armatos monere. Id plerisque ludibrio, pluribus tædio. Nec deerant qui propellerent proculcarentque; ni admonitu modestissimi cuiusque, & aliis minitantibus, omisisset intempestivam Sapientiam. Obviæ fuere & Virgines Vestales* (a), *cum epistolis Vitellii ad Antonium scriptis. Eximi supremo certamini unum diem postulabant; si moram interiecissent, facilius omnia conventura. Virgines cum honore dimissæ. Vitellio rescriptum: Sabini cæde, & incendio Capitolii, dirempta belli commercia* (b).

LXXXI. Ingerissi tra li Ambasciadori Musonio Rufo Cavaliere, Filosofo Stoico, e sputava sentenze de' beni della pace, e mali della guerra, fra le squadre de' soldati. A molti moveva riso, a' più fastidio. Altri lo spignevano, o calpestavano; tanto che, da chi ammonito, e da chi minacciato, si rimase di quel filosofare a sproposito. Incontrarono ancora Vergini Vestali con una lettera di Vitellio ad Antonio, chiedente soprattenersi il combattere un giorno solo; chè s' acconcerebbe agevolmente ogni cosa. Alle Vergini fu dato licenza onorevole: a Vitellio risposto, che, Sabino ucciso, e Campidoglio arso, non pativano accordi.

Flaviani, tripartito agmine, Vrbi propinquant. Prælia ante Vrbem multa & varia. Flauianis semper prospera. Vitelliani in Vrbe congregantur.

LXXXII. *Tentavit tamen Antonius vocatas ad concionem Legiones mitigare; ut, castris iuxta Pontem Milvium positis, postera die Vrbem ingrederentur. Ratio cunctandi, ne adsperatus prælio miles, non Populo, non Senatui, ne templis quidem ac delubris Deorum*

LXXXII. Nondimeno Antonio parlò a' soldati di posarsi a Pontemolle, per l' altro dì entrare in Roma. Questa dimora tentava, per mitigare essi soldati, accaniti per detta battaglia, che al Popolo, al Senato, a' tempj, e luoghi sagri avesson riguardo. Ma essi d'o-

I Flaviani in tre corpi s'accostano a Roma. Pugne ivi presso molte e varie, prospere più a' Flaviani: Adunansi i Vitelliani.

(a) Per meglio intendere questo passo leggasi Svetonio *in Vitell.* 16. *Suasitque Senatoribus, ut legatos cum Virginibus Vestalibus mitterent* &c.

(b) Tregue, trattati, maneggi, &c.

rum consuleret. Sed omnem prolatationem ut inimicam victoriæ suspectabant. simul fulgentia per colles vexilla, quamquam imbellis populus sequeretur; speciem hostilis exercitus fecerant. Tripartito agmine: pars, ut adstiterat, Flaminia via: pars iuxta ripam Tiberis incessit: tertium agmen per Salariam Collinæ portæ propinquabat. Plebes, invectis equitibus fusa. Miles Vitellianus, armis & ipse præsidiis occurrit. Prælia ante Vrbem multa, & varia; sed Flavianis consilio Ducum præstantibus, sæpius prospera. Ii tantum conflictati sunt qui in partem sinistram Vrbis ad Sallustianos hortos per angusta & lubrica viarum flexerant. Superstantes maceriis hortorum Vitelliani ad serum usque diem, saxis, pilisque, subeuntes arcebant; donec ab equitibus, qui porta Collina irruperant, circumvenirentur. Concurrêre & in Campo Martio infestæ acies. Pro Flavianis Fortuna, & parta totiens victoria; Vitelliani desperatione sola ruebant: & quamquam pulsi, rursus in Vrbe congregabantur.

Recrudescunt prælia. Fœda lasciviente Vrbis facies: pugnantibus adest spectator Populus & plaudens.

LXXXIII. *Aderat pugnantibus spectator populus, utque in ludicro certamine, hos modo, rursus illos clamore, & plausu fovebat: quotiens pars altera inclinasset, abditos in tabernis, aut si quam in domum perfugerant, erui iugulariique expostulantes, parte maiore prædæ potiebantur; nam militi ad sanguinem & cædes obverso, spolia in vulgus cedebant. Sæva, ac deformis Vrbe tota facies: alibi prælia & vulnera, alibi balineæ, popinæque. simul cruor & strues corporum: iuxta scorta, & scortis similes. Quantum in luxurioso otio libidinum, quidquid in acerbissima captivitate scelerum: prorsus, ut eamdem Civitatem & furere crederes, & lascivire. Conflixerant ante armati exercitus in Vrbe, bis L. Sulla, semel Cinna, victoribus: nec tunc minus crudelitatis; nunc inhumana securitas, & ne minimo quidem temporis voluptates intermissæ: velut festis diebus id quoque gaudium accederet; exultabant, fruebantur, nulla partium cura, malis publicis læti.*

d' ogni indugio sospettavano, come nimico della vittoria: e le insegne rilucenti per li colli, benchè con plebaglia dietro non da guerra, parevan loro nimico esercito. Mossersi verso Roma in tre parti: una da via Flaminia, ove si trovava: altra dalla ripa del Tevere: la terza per via Salaria s' accostava a porta Collina. La plebe fu sbaragliata da' cavalli. I soldati Vitelliani altresì fecero tre riscontri: scaramucce fuor di Roma molte, e varie: e più prospere a' Flaviani, meglio capitanati. Que' soli ebber che fare che voltarono a sinistra della Città alli orti Salustiani per vie strette, e mollicciche; perchè i Vitelliani sopra le mura degli orti co' sassi, e dardi gli ributtavano: finchè vennero verso la sera cavalli da porta Collina, e circondaronli. Appiccossi anche in Campo Marzio grande zuffa. Favoriva i Flaviani la Fortuna, e la tante volte acquistata vittoria: i Vitelliani, portati dalla disperazione, fulminavano: e cacciati si rattestavano nella Città;

Inferocisce Marte: Roma lasciva per lascivie: il Popolo assiste e applaude a' combattenti.

LXXXIII. veggente il popolo, che, quasi a una festa, ora a questi, ora a quelli con le grida applaudeva: quando l' una parte fuggiva, i nascosti per le case, o botteghe facevan trar fuora, e uccidere, e toccava loro quasi tutta la preda; perchè i soldati attendevano a far carne, e il popolo bottino. Crudele, e sozza cosa era a veder per tutta la Città, qui battaglie, e ferite: qua stufe, e taverne: sangue, e cadaveri: bagasce, e lor simili. Quivi era ogni abominazione di libidinoso ozio: ogni scelleratezza di sforzata Città: cacciata pareva esser dalle Furie, e la medesima, nelle morbidezze notare. Combatterono già in Roma con eserciti vittoriosi L. Silla due volte, e Cinna una, con crudeltà non minori; ora con bestial sicurtà, e senza lasciare un menomo de' piaceri, come se alla festa di quei giorni nuova letizia s' aggiugnesse; si rallegravano per li mali pubblici, non per affezione alla parte.

Castra prætoria oppugnata.

LXXXIV. *Plurimum molis in oppugna-*

LXXXIV. La fatica maggiore fu pi-

Il Pretorio assalito.

glia-

gnatione castrorum (a) *fuit, quæ acerrimus quisque, ut novissimam spem, retinebant. Eo intentius victores, præcipuo veterum cohortium studio, cuncta validissimarum Urbium excidiis reperta, simul admovent, testudinem, tormenta, aggeres, facesque: quidquid tot præliis laboris, ac periculi, hausissent, opere illo consummari clamitantes. Urbem Senatui, ac Populo Romano, templa Diis reddita; proprium esse militis decus in castris: illam Patriam, illos Penates. ni statim recipiantur, noctem in armis agendam. Contra Vitelliani, quamquam numero, fatoque, dispares, inquietare victoriam, morari pacem, domos, aras que, cruore fœdare, suprema victis solatia, complectebantur. Multi semianimes, super turres & propugnacula mœnium exspiravere. Convulsis portis, reliquus globus obtulit se victoribus: & cecidere omnes contrariis vulneribus versi in hostem. Eâ cura etiam morientibus decori exitus fuit.*

Vitellius, capta Urbe, e pudenda latebra protrahitur: cæsusque, ad gemonias propellitur.

LXXXV. *Vitellius, capta Urbe, per aversam Palatii partem, Aventinum in domum Uxoris sellula defertur; ut si diem latebra vitavisset, Tarracinam ad cohortes, Fratremque, perfugeret. Dein mobilitate ingenii, &, quæ natura pavoris est, cum omnia metuenti, præsentia maxime displicerent; in Palatium regreditur, vastum desertumque: dilapsis etiam infimis servitiorum, aut occursum eius declinantibus. Terret solitudo, & tacentes loci. tentat clausa, inhorrescit vacuis: fessusque misero errore, & pudenda latebra* (b) *semet occultans, ab Iulio Placido Tribuno cohortis protrahitur. Vinctæ post tergum manus, laniata veste, fœdum spectaculum ducebatur, multis increpantibus, nullo illacrymante: deformitas exitus misericordiam abstulerat. Obvius e Germanicis militibus Vitellium infesto ictu* (c), *per iram, vel quo maturius lu-*

gliare il Campo, difeso da' migliori per ultima speranza. Cotanto più studiosamente i vincitori, spezialmente i vecchi soldati, vi piantano quantunque ingegni mai si trovaro a prese di fortissime Città; testuggini, mangani, bastioni, fuochi, quantunque fatiche, e pericoli, mai sopportarono, gridavan, doversi terminare in quest' opera. Esser renduto la Città al Senato, e Popolo Romano: i templi alli Iddii; il Campo, proprio onore de' soldati, lor Patria, lor casa, dovere, non v' entrando subito, star tutta notte in arme. All' incontro i Vitelliani, benchè non pari di numero, e di Fortuna, inquietavano la vittoria, turbavano la pace, imbrodolavano di sangue case, e altari, ultimi conforti de' vinti. Molti sopra torri, o difese di mura spirarono. sbarrate le porte, si voltò contro a' vincitori tutta la folla: e caddero con le ferite dinanzi, e facce volte al nemico. Tanto stimaron l' onore fin sul morire!

Vitellio, presa Roma, da sporco nascondiglio estratto, è morto, e gittato nelle gemonie.

LXXXV. Vitellio, quando fu presa Roma, s' uscì di Palagio dalla parte di dietro: e fecesi portar in seggiola a casa la (*) Moglie in Aventino, per nascondervisi, e la notte fuggirsene a Terracina al Fratello, e a' soldati. Ma come era voltabile (e natura è delli spaventati), dispiacendogli ogni partito, massimamente l' ultimo; tornò in Palagio, rimaso una spilonca: o essendosi partiti insino alli infimi schiavi, o sfuggendo di riscontrarlo. Arricciagli quel silenzio i capelli: cerca le camere; non v' è anima nata: nascondesi il misero, stracco, e per perduto in luogo schifo. Giulio Placido Tribuno di coorte nel trae fuore, e con man legate di dietro, e veste stracciata, fu menaro a mostra. Molti gli diceano male: niuno il piangea: avealo privo di misericordia sì sozzo fine. Avventossi a lui uno de' soldati di Germania, per ira, o per levarlo tosto da

(a) Il campo Pretorio.

(b) Nello stanzino dell' usciere, ove erasi ricovrato. Leggi Svetonio *in Vitell.* 16.

(c) Dione mette in bocca a questo soldato tai parole: *Ego tibi quam possum operam feram. Itaque illum percussit, deinde sibi manum attulit.* Dio. LXV. pag. 743.

(*) Cioè, della Moglie. v. Prefaz. del Tradutt. di Brotier. T. I.

ludibriis eximeret, an Tribunum appetierit, in incerto fuit: aurem Tribuni amputavit, ac statim confossus est. Vitellium infestis mucronibus coactum, modo erigere os & offerre contumeliis: nunc cadentes statuas suas, plerumque rostra, & Galbæ occisi locum, contueri: postremo ad gemonias, ubi corpus Flavii Sabini iacuerat, propulere. Vox una non degeneris animi excepta, cum Tribuno insultanti: Se tamen Imperatorem eius fuisse, respondit. Ac deinde ingestis vulneribus concidit. Et vulgus eadem pravitate insectabatur interfectum, qua foverat viventem.

da quello scherno, gli tirò un colpo, e colse il Tribuno (e forse tirò a lui), e gli tagliò un orecchio, e subito fu ammazzato. Vitellio con le punte delle spade era fatto ora alzare il viso, e porgerlo alli scherni: ora guatar le sue statue cadenti, o la ringhiera, o il lungo dove fu morto Galba: finalmente lo rotolarono alle gemonie, dove era stato gittato il corpo di Sabino. Vna sola parola n'uscì da animo grande, quando al Tribuno, che lo straziava, disse: „ Io pur sono stato tuo „ Imperadore ". E quivi, raddoppiategli le ferite, morì. Il popolaccio lo perseguitava sciaguratamente morto, come l'aveva favorito vivo.

Vita morsque Vitellii. Domitianus consalutatur Cæsar.

LXXXVI. *Pater illi L. Vitellius. Septimum & quinquagesimum ætatis annum explebat. Consulatum, Sacerdotia, nomen locumque inter Primores, nulla sua industria, sed cuncta Patris claritudine adeptus. Principatum ei detulere qui ipsum non noverant. Studia exercitus, raro cuiquam bonis artibus quæsita perinde adfuere; quam huic per ignaviam. Inerat tamen simplicitas ac liberalitas: quæ, ni adsit modus, in exitium vertuntur. Amicitias, dum magnitudine munerum, non constantia morum, continere putat, meruit magis quam (a) habuit. Reipublicæ haud dubie intererat, Vitellium vinci. Sed imputare perfidiam non possunt qui Vitellium Vespasiano prodidere, cum a Galba descivissent. Præcipiti in occasum die; ob pavorem Magistratuum, Senatorumque, qui dilapsi ex Vrbe, aut per domos clientium semet occultabant, vocari Senatus non potuit. Domitianum, postquam nihil hostile metuebatur, ad Duces partium progressum, & Cæsarem consalutatum, miles frequens, utque erat in armis, in paternos Penates deduxit.*

Sua vita, e costumi: Domiziano acclamato Cesare.

LXXXVI. Suo Padre fu L. Vitellio: finiva cinquanzette anni. Ebbe Consolato, Sacerdozj, nome, e luogo tra' Principali, non per suoi meriti; ma per lo splendore paterno. Ebbe il Principato da chi nol conosceva. Pochi acquistarono l'amor delli eserciti con le virtù, come questi col poltroneggiare. Era nondimeno bonario, e liberale; che conduce chi è troppo, a rovina. Amicizie, volendole mantenere con largo donare, non con saldezza di costumi, più meritò, che non ebbe. Che Vitellio perdesse, si fece senza dubbio per la Repubblica. Non perciò possono coloro che tradirono Vitellio a Vespasiano, mettere a questo conto la lor perfidia; avendo essi fatto il simile a Galba. Il Sole tramontava: e i Magistrati, e Senatori, per la paura s'erano usciti di Roma, o nascosti per le case di loro creature; però non si potè ragunar il Senato. Domiziano, cessato il pericolo, se n'andò da' Capi della parte: fu salutato Cesare: e da molti soldati armati accompagnato a casa (*) suo Padre.

(a) Il Chiariss. Huezio vorrebbe che qui Tacito dicesse *habuit magis, quam meruit*; e par ch'abbia ragione. Non può dirsi che meriti esser amato, chi regala; i regali non partoriscono vero e cordiale amore. ma questo *meruit* ha qui un significato dall' Huezio non ben capito. A me sembra che il sentimento sia questo: Che meritò tali amicizie come può meritarle un che regala bene: non le ebbe veramente; perchè non è vero Amico, chi lo è per regali.

(*) Cioè, di suo Padre. v. Prefaz. del Tradut. di Brotier. T. I.

IL FINE DEL TERZO LIBRO.

IL

IL QVARTO LIBRO

DELLE STORIE

DI

C. CORNELIO TACITO.

BREVIARIVM LIBRI QVARTI.

I. Victores Flaviani in Vrbe saeviunt. II. L. Vitellius, licet deditus, interficitur. III. Composita Campania, obsequium Senatus in Vespasianum. IV. Muciani, Antonii, ceterorumque belli Ducum honores. Restituendi Capitolii consilia. Libertati consulit Helvidius Priscus. V. Helvidii Prisci vita & mores. VI. Inter eum & Eprium Marcellum acre iurgium. IX. De impensis publicis dissensio. X. Musonius Rufus in P. Celerem invehitur. XI. Mucianus, Vrbem ingressus, cuncta in se trahit. Calpurnii Galeriani caedes, aliaque huius generis facinora. XII. Initia belli Germanici, duce Claudio Civili. XIV. Primi in arma ruunt Batavi & Cauninefates. XV. Accitis Frisiis, occupata duarum cohortium hiberna. XVI. Parta Civilis dolo de Romanis victoria. XVII. Eius fama excita Germaniae auxilia ultro offerunt. Civilis Galliarum societatem adfectat. XVIII. Hordeonii Flacci segnitia. Vitelli Romani in Vetera castra fugiunt. XIX. Batavorum & Cauninefatium cohortes, quae in Vrbem pergebant, corruptae, Civili iunguntur; & Bonnensi praelio Romanorum aciem perfringunt. XXI. Suos tamen in verba Vespasiani adegit Civilis, ne hostilia velaret. XXII. Statimque Vetera obsidet. XXIV. Hordeonius Flaccus, seditione conflictatus, tandem rerum Vocula permittit. Adsumunt Gallorum auxilia. XXVI. Herennius Gallus, in partem curarum Vocula additus, re infeliciter gesta, verberatur. Nova seditio. XXVIII. Germani praedas e Gallis agunt. XXIX. Varia Germanos inter & Romanos certamina. XXXI. Auxilia Gallorum, nuntiato Cremonensi praelio, a Vitellio discedunt. Dictum quoque ab Hordeonio Flacco Vespasiani sacramentum. XXXII. Tum Montanus ad Civilem mittitur, ut eum a bello retrahat. Ipse Montanum, paratum in res novas, ad bellum impellit. XXXIII. Mox adversus Voculam partem copiarum mittit. Praelia Germanis primo, dein Romanis prospera. XXXV. Vocula male utitur victoria. XXXVI.

SOMMARIO DEL LIBRO IV.

I. Crudeltà de' vincitori Flaviani. II. L. Vitellio s' arrende, e pure è ucciso. III. Quetata Campagna ossequi del Senato a Vespasiano. IV. Onori di Muciano, d' Antonio, degli altri Duci. Trattasi di rifare il Campidoglio: Libertà salva Elvidio Prisco. V. Vita e costumi di costui. VI. Aspra rissa tra lui ed Eprio Marcello. IX. Discordia sulle publiche spese. X. Musonio Rufo contro P. Celere. XI. Muciano venuto a Roma fa da capo, Calpurnio Galeriano è ucciso, con altri tali forfatti. XII. Claudio Civile comincia la guerra germanica. XIV. Primi in armi Batavi, e Canninefati. XV. Aggiuntisi i Frigioni, s' occupano i quartieri di verno di due coorti. XVI. Vinti i Romani, per arte di Civile. XVII. Sua fama i Germani muove ad offrir aiuti. Civile tira ad associarsi i Galli. XVIII. Pigrizia d' Ordeonio Flacco. I Romani vinti fuggono al campo Vecchio. XIX. Le coorti Batave e Canninefate dirette a Roma, sedotte van da Civile, e nell' attacco di Bonna dan rotta a' Romani. XXI. Pure i suoi Civile fa giurare a Vespasiano per mascherarsi. XXII. E tosto occupa il campo Vecchio. XXIV. Ordeonio Flacco da sedizione avvilito sostituisce Vocola. Di qua e di là aiuti Galli. XXVI. Erennio Gallo a parte delle cure da Vocola chiamato, riuscitoli male l' affare, è scopato: nuovo tumulto. XXVIII. I Germani depredano i Galli. XXIX. Varie zuffe tra Germani, e Romani. XXXI. I Galli aiuti, udito il caso di Cremona, lascian Vitellio. Anco Ordeonio Flacco giura a Vespasiano. XXXII. Montano mandasi a Civile per tirarlo da guerra: questi trae lui portato a novità. XXXIII. Parte della truppa stacca contro Vocola. Battaglie a' Germani, poi a' Romani prospere. XXXV. Vocola mal usa della vittoria. XXXVI. Civile prende Gelduba. Romani in discordia: uccidono Ordeonio

*XXXVI. Civilis Geldubam capit. Inter Romanos discordia. Hordeonium Flaccum interficiunt. Eadem tempestas Voculam ferme peculit. XXXVII. Mogontiacum obsessum. Treveri nunc fidi, mox rebelles. XXXVIII. Interim in Vrbe falsi ab Africa pavores. XXXIX. Domitianus Prætor. Potentia Antonii Primi a Muciano infracta. XL. Restituuntur Galbæ honores. P. Celer, aliique famosi delationibus, damnati. XLII. Aquilium Regulum, a Messala Fratre defensum, premit Curtius Montanus. XLIII. Eprius quoque Marcellus ab Helvidio corripitur. XLIV. At ne longius abiret hæc cognitio, abolita priorum temporum memoria. In paucos & viles sævitum. XLV. Senenses ob pulsatum Senatorem puniti. Antonius Flamma lege repetundarum damnatus. XLVI. Prætorianorum seditio a Muciano composita. XLVII. Abrogati Consulatus, quos Vitellius dederat. Funus Censorium Flavio Sabino ducum. XLVIII. L. Pisonis, Africæ proconsulis, cædes. L. Ophensum Leptisanorumque discordia: fusi Garamantes. LI. Oblata a Parthis auxilia non recipit Vespasianus. LII. Illum Domitiano infensum Titus mitigat. LIII. Cura vestituendi Capitolii in L. Vestinum collata. LIV. Ob Vitellii necem, duplicatum in Germania bellum: nec hostilem animos iam dissimulat Civilis. Treveri ac Lingones a Romanis deficiunt, Classico, Tutore & Julio Sabino Ducibus. Nutant reliquæ Galliæ. Incerta ipsarum legionum fides. LIX. Vocula occiditur: & pro Galliarum Imperio iuratum. LX. Legiones, in Veteribus castris obsessæ, eadem in verba adactæ. LXI. Tum Civilis, voti compos, crinem ponit. Inde quoque maior Veledæ auctoritas. LXII. Captarum legionum mœstum silensque agmen. Alæ Picentinæ virtus. LXIII. Colonia Agrippinensis, Transrhenanis gentibus invisa, in summum discrimen adducitur. LXVI. Civilis Claudium Labeonem, resistere ausum, vincit: Betasios Tungrosque in fidem recipit. LXVII. Lingones tamen a Sequanis fusi; victusque Julius Sabinus latet. LXVIII. Tanta armorum moribus auxius Mucianus, cum Domitiano ad bellum accingitur. Legiones quatuor præmissæ: aliæ accitæ. LXIX. Galli deliberant; & plerique, æmulatione Provinciarum deterriti, Romanam fidem retinent. LXX. Nec Civili, Classico, cæterisque Ducibus satis consilii ac concordiæ. LXXI. Interea Petilius Cerialis Mogontiacum venit: Valentinum, hostium Ducem, magna clade Rigoduli adficit. LXXII. Victæ ante legiones in castra Romana receptæ. LXXIII. Cerialis Treveros ac Lingones adloquitur & componit. LXXV. Atrox prælium, quo Germani primum victores, dein Cerialis constantia vincuntur. LXXIX. Agrippinenses a Germanis desciscunt. LXXX. Mucianus Filium Vitellii interfici iubet. Antonio Flacco. Lo stesso nembo Vocola per poco non assorbe. XXXVII. Magonza assediata. Treviresi da fidi, ribelli. XXXVIII. Falsi timori d' Africa in Roma. XXXIX. Domiziano Pretore. Il poter d' Antonio Primo conquiso da Muciano. XL. Onori resi a Galba. Condannato P. Celere e altri, famose spie. XLII. Aquilio Regolo dal fratel Messala difeso, attaccato da Curzio Montano. XLIII. Eprio Marcello accusato da Elvidio. XLIV. Per finirla con tai processi, mettesi il passato in oblio. Pochi e vili alla mazza. XLV. Sanesi pel battuto Senatore castigati. Antonio Fiamma condannato per legge del maltolto. XLVI. Pretoriani tumultuanti, cheta Muciano. XLVII. Abrogati i Consolati dati da Vitellio: Censorio mortoro a Flavio Sabino. XLVIII. Vcciso L. Pisone d' Africa Proconsole. L. Ofenso, e Leptitani in discordia: Garamanti rotti. LI. Aiuti da' Parti offerti, rifiutati da Vespasiano. LII. Sue ire contro Domiziano placa Tito. LIII. L. Vestino incaricato di riedificare il Campidoglio. LIV. La strage di Vitellio addoppia la guerra in Germania. Si smaschera Civile. Treviresi e Lingoni ribelli a' Romani, sotto i Duci Classico, Tutore e Giulio Sabino. Resto della Gallia indeciso: incerta la stessa fede delle legioni. LIX. Vocola ucciso: giuro dato all' Impero Gallico. LX. Legioni nel campo Vecchio assediate, astrette allogiuro. LXI. Civile ottenuta la grazia si taglia la chioma. Indi cresce in autorità Veleda. LXII. Mesto silenzio delle legioni cattive. Valor della banda Picentina. LXIII. Colonia Agrippina a' Trasrenani odiosa in sommo rischio. LXVI. Claudio Labeone osò resistere, vinto da Civile, che riceve i Betasii, e i Tungri. LXVII. Lingoni rotti da' Sequani. Giulio Sabino vinto s' appiatta. LXVIII. Da tante mosse nemiche Muciano agitato, con Domiziano a guerra s' accinge. Quattro legioni spedite, altre fatte venire. LXIX. Bilanciano i Galli: e i più dall' emulazione delle Provincie atterriti, tengonsi fidi a' Romani. LXX. Civile, Classico, e gli altri Duci non ben consigliati, nè concordi. LXXI. Petilio Ceriale a Magonza: dà gran rotta a Valentino. Duce nemico a Rigodulo. LXXII. Legioni già vinte ammesse nel Campo romano. LXXIII. Ceriale parla a' Treveri, e Lingoni, e li accheta. LXXV. Atroce battaglia: i Germani pria vincitori, son vinti per la fermezza di Ceriale. LXXIX. Agrippinesi dipartonsi da' Germani. LXXX. Muciano fa uccidere il Figlio di Vitellio. Antonio Primo viene a Vespasiano: non n' è accolto come spera-

nius Primus ad Vespasianum venit, nec pro spe sua excipitur. LXXXI. Miracula Alexandriæ a Vespasiano edita. LXXXII. Adit templum Serapidis. LXXXIII. Huius Dei origo. LXXXV. Valentinus, victus, nec degener, punitur. LXXXVI. Domitianus, cum frustra Cerialem tentasset, ut sibi exercitum imperiumque traderet, otium studiaque Literarum simulat.

va. LXXXI. Miracoli di Vespasiano in Alessandria. LXXXII. Entra al tempio di Serapide. LXXXIII. Origine di questo Dio. LXXXV. Valentino vinto, nè tralignante, è punito. LXXXVI. Domiziano dopo tentato indarno Ceriale per farsi dar esercito e impero; infingesi scioperato, e dedito alle Lettere.

HÆC GESTA, PARTIM FLAGRANTIBVS ADHVC VITELLII ET VESPASIANI CIVILIBVS BELLIS, PARTIM

AVVENIMENTI, PARTE NELLE GVERRE CIVILI TRA VITELLIO E VESPASIANO, PARTE

AN. V. C. DCCCXXIII. ÆR. CHR. 70. *Coss.* FLAVIO VESPASIANO AVG. II. TITO VESPASIANO CÆSARE.

AN. di Roma *sotto i* DCCCXXIII. di Cristo 70. *Consoli.* FLAVIO VESPASIANO AVG. II. TITO VESPASIANO CESARE.

Victores Flaviani in Vrbe sæviunt.

I. *INTERFECTO Vitellio, bellum magis desierat, quam pax cœperat. Armati per Vrbem victores, implacabili odio, victos consectabantur. plenæ cædibus viæ, cruenta fora templaque; passim trucidatis, ut quemque Fors obtulerat. Ac mox, augescente licentia, scrutari, ac protrahere abditos: si quem procerum habitu, & iuventa conspexerant, obtruncare; nullo militum, aut populi discrimine. Quæ sævitia, recentibus odiis, sanguine explebatur; dein verterat in avaritiam. nihil usquam secretum aut clausum sinebant, Vitellianos occultari simulantes. Initium id perfringendarum domuum; vel, si resisteretur, causa cædis. nec deerat egentissimus quisque ex plebe, & pessimi servitiorum prodere ultro dites dominos: alii ab amicis monstrabantur. Vbique lamenta, conclamationes, & fortuna captæ Vrbis; adeo ut Othoniani, Vitellianique, militis, invidiosa antea petulantia, desideraretur. Duces partium, accendendo civili bello acres, temperandæ victoriæ impares. Quippe in turbas, & discordias, pessimo cuique plurima vis; pax, & quies, bonis artibus indigent.*

I. MORTO Vitellio, mancò più tosto la guerra, che cominciasse la pace. I vincitori armati per la Città con fellonissimo animo davano addosso a' vinti. eran le vie piene di morti, le piazze, e tempj di sangue; uccisi qualunque presentava la sorte. Crescendo l' insolenza, si davano alla cerca, e strascicavan fuora i nascosti. se vedevano un grande, atante, e giovane; il tagliavano a pezzi, o soldato, o cittadino. La qual crudeltà nell' ira fresca si sfogava col sangue, poscia passò in avarizia; frugavano ogni ripostiglio, fingendo di cercare i Vitelliani. Quindi si cominciò a sfondar case, ammazzando chi s' opponeva: la canaglia morta di fame aiutava: i pessimi schiavi insegnavano i ricchi padroni: e altri n' eran mostrati da amici. Per tutto grida, e lamenti, e faccia di sforzata Città; talchè la già odiata insolenza de' soldati d' Otone, e di Vitellio, si benediva. I Capi della parte, fieri accenditori della civile guerra, non potevano temperare la vittoria. conciossiachè nelle discordie, e garbugli, vagliono i pessimi; la pace, e quiete, vogliono virtù.

Crudeltà de' vincitori Flaviani.

L. Vitellius, licet deditus, interficitur.

II. *Nomen, sedemque, Cæsaris, Domitianus acceperat, nondum ad curas intentus, sed stupris & adulteriis Filium Principis agebat. Præfectura Prætorii, penes Arrium Varum. Summa potentiæ, in Primo Antonio. is pecuniam familiamque e Principis domo, quasi Cremonensem prædam rapere; cæteri modestia vel ignobilitate, ut in bello obscuri, ita præmiorum ex-*

II. Domiziano prese di Cesare il nome, e la residenza: non ancora volto a negozj; solo con li sverginamenti, e adulterj, si mostrava Figliuol del Principe. Il Prefetto del Pretorio era Arrio Varo. Antonio Primo poteva ogni cosa; il quale spogliava la casa del Principe di danari, e schiavi, quasi fussero preda Cremonese. gli altri per lor modestia, o ignobiltà, quasi non si fus-

L. Vitellio s' arrende, e pure è ucciso.

ser

expertes. Civitas pavida, & servitio parata, occupari redeuntem Tarracina L. Vitellium cum cohortibus, exstinguique reliqua belli, postulabat. Præmissi Ariciam equites: agmen Legionum intra Bovillas stetit. Nec cunctatus est Vitellius: seque & cohortes arbitrio victoris permittere. Et miles infelicia arma, haud minus ira, quam metu abiecit. Longus deditorum ordo, septus armatis, per Vrbem incessit. Nemo supplici vultu; sed tristes, & truces, & adversum plausus, ac lasciviam, insultantis vulgi immobiles. paucos erumpere ausos circumiecti pressere: ceteri in custodiam conditi. Nihil quisquam locutus indignum: &, quamquam inter adversa, salva virtutis fama. Dein L. Vitellius interficitur, par vitiis Fratris, in Principatu eius vigilantior: nec perinde prosperis socius, quam adversis abstractus.

ser fatti conoscere in guerra, non ebber nulla. Roma spaurita, e a servire acconcia, chiedeva, che si tagliasse la via a L. Vitellio, che tornava con sua gente da Terracina; e si troncasse questo racimolo di guerra. e furon mandati cavalli innanzi alla Riccia. la battaglia delle Legioni si fermò di qua da Boville. Non la stette Vitellio a pensare: e rimise in mano del vincitore sè e i soldati. i quali per non minor rabbia che paura, scagliarono in terra le infelici armi. Passavano per Roma in lunga fila in mezzo d'armati. Viltà ne' lor visaggi non era: ma maninconosa fierezza. Saldi alli scherni, e alle fischiate del volgo; pochi che ardirono scappar per forza, furono circondati, e oppressi: gli altri incarcerati. Parola non uscì da loro non degna: e, benchè in avversità, salvaron virtù, e fama. Poscia L. Vitellio fu morto: vizioso quanto il Fratello: nel Principato di lui, più desto: per le cui felicitadi non s'alzò, quanto per le miserie precipitò.

Composita Campania, obsequium Senatus in Vespasianum.

III. *Iisdem diebus Lucilius Bassus, cum expedita equite, ad componendam Campaniam mittitur; discordibus Municipiorum animis, magis inter semet, quam contumacia adversus Principem. Viso milite; quies: & minoribus Coloniis impunitas. Capuæ, legio Tertia, hiemandi caussa locatur. & Domus illustres adflictæ; cum contra, Tarracinenses nulla ope iuvarentur* (a). *Tanto proclivius est, iniuriæ* (b), *quam beneficio vicem exsolvere; quia gratia oneri, ultio in questu habetur. Solasio fuit servus Verginii Capitonis, quem proditorem Tarracinensium diximus, patibulo adfixus, in iisdem annulis* (c) *quos acceptos a Vitellio gestabat. At Romæ Senatus cuncta Principibus* (d) *solita, Vespasiano decernit, lætus, & spei certus. Quippe, sumpta per Gallias, Hispaniasque, civilia arma, motis ad bellum Germanis,*

Quetata Campagna, ossequii del Senato a Vespasiano.

III. In questi giorni fu mandato Lucilio Basso con cavalleria leggera a quietar in Terra di Lavoro gli animi de' Popoli discordanti tra loro più tosto, che disubbidienti al Principe. Veduti i soldati, s'accomodarono: e alle Colonie minori fu perdonato. La legion Terza fu messa in Capua a svernare: le Famiglie nobili mal trattate: nè ebbero all'incontro i Terracinesi sussidio alcuno. Tanto è più agevole render l'ingiuria, che 'l benefizio; stimandosi aggravio il guiderdone, e 'l vendicarsi guadagno. Consolaronsi del veder crocifisso quello schiavo di Verginio Capitone che tradì, come dicemmo, Terracina, con quegli anelli in dito, che Vitellio gli donò. In Roma il Senato decretò a Vespasiano tutti gli onori usati a' Principi, lieto, e come sicuro. Perciocchè l'armi civili, prese nelle Gallie, e Spagne (sollevati i Germani, poscia l'Il-

li-

(a) Aveano essi favorito il partito di Vespasiano, come leggesi al Libro antecedente, cap. 76.

(b) E' troppo vero, e vien confermato da Seneca *de Benefic.* l. 1. *Cum ita Natura comparatum sit, ut altius iniuria quam merita descendant, & illo cito defluant, hæc tenax memoria custodiat.*

(c) Avea costui avute tali anella da Vitellio in premio del tradimento. Erano le anella fregio, e marca dell'Equestre dignità. V. nel I. delle Storie 23.

(d) Cioè titolo d'Imperadore, di Cesare, d'Augusto; podestà tribunizia &c.

nis, mox Illyrico; postquam Ægyptum, Iudæam, Syriamque, & omnis Provincias, exercitusque lustraverant, velut expiato Terrarum Orbe, cepisse finem videbantur. Addidere alacritatem Vespasiani litteræ, tanquam manente bello scriptæ: ea, prima specie, forma. ceterum ut Princeps loquebatur; civilia de se, de Republica egregia. Nec Senatus obsequium deerat; ipsi Consulatus cum Tito Filio, Prætura Domitiano & Consulare imperium, decernuntur.

Muciani, Antonii, ceterorumque belli Ducum honores. Restituendi Capitolii consilia. Libertati consuluit Helvidius Priscus.

IV. *Miserat & Mucianus epistolas ad Senatum, quæ materiam sermonibus præbuere: Si privatus esset, cur publice loqueretur? Potuisse eadem, paucos post dies, loco sententiæ dici. Ipsa quoque insectatio in Vitellium, sera & sine libertate: id vero erga Rempublicam superbum, erga Principem contumeliosum; quod, in manu sua fuisse Imperium, donatumque Vespasiano iactabat. Ceterum invidia, in occulto; adulatio in aperto, erant. Multo cum honore verborum, Muciano Triumphalia de bello civili data; sed in Sarmatas expeditio fingebatur. Adduntur Primo Antonio Consularia, Cornelio Fusco & Arrio Varo, Prætoria insignia. Mox Deos respexere. restitui placuit Capitolium: eaque omnia Valerius Asiaticus, Consul designatus, censuit; ceteri vultu manuque: pauci, quibus conspicua dignitas, aut ingenium adulatione exercitum, compositis orationibus assentiebantur. Ubi ad Helvidium Priscum Prætorem designatum ventum; prompsit sententiam, ut honorificam in bonum Principem (*): falsa aberant, & studiis Senatus adtollebatur. Isque præcipuus illi dies, magnæ offensæ initium, & magnæ gloriæ fuit.*

Helvidii Prisci vita & mores.

V. *Res poscere videtur, quia iterum in mentionem incidimus Viri sæpius memorandi; ut vitam, studiaque eius, & quali fortuna sit usus, paucis repetam. Helvidius Priscus, regione (a) Italiæ, Tar-*

liria), essendo scorse nell' Egitto, Giudea, e Soria, in tutte le Provincie, in tutti gli eserciti, quasi purgato tutto l' Vniverso; parevano aver posa. Accrebbero l' allegrezza sue lettere scritte, in prima apparenza, come se la guerra durasse; ma in effetto parlava come Principe, con modestia di sè, magnificenza della Repubblica. Il Senato rendè a lui osservanza: fecelo Consolo con Tito suo Figliuolo: Domiziano Pretore, con podestà di Consolo.

Onori di Muciano, d'Antonio, degli altri Duci. Trattasi di rifare il Campidoglio: Libertà salva Elvidio Prisco.

IV. Anche Muciano scrisse al Senato, e diede che dire: Se egli era privato, perchè fare uficio publico? aver potuto tra pochi di quelle cose dire in voce, come Senatore: e quel lacerare i Vitelliani fuor di tempo, non era zelo; ma quel vantarsi che avea l' Imperio in pugno, e lo donò a Vespasiano, era superbia verso la Repubblica, e ingiuria al Principe. ma l' odio verso lui era nascosto, e l' adulazione scoperta. Con molta pompa di parole furono date a Muciano le insegne Trionfali; in verità, della guerra civile: ma in nome, della spedizion ne' Sarmati. Ad Antonio Primo le Consolari: a Cornelio Fusco, e Arrio Varo le Pretorie. Poscia riguardando a gl' Iddii; piacque, che il Campidoglio si rifacesse. Ordinate furon tutte queste cose per sentenza di Valerio Asiatico eletto Consolo: gli altri le approvavano per cenni di volto, o mano: pochi de' più segnalati, o pratichi nell' adulare, con diceric pensate. Quando toccò a Elvidio Prisco, eletto Pretore; pronunziò cose onorevoli a buon Principe, niente adulatrici, esaltatissime dal Senato: e quel giorno gli fu gran gloria, e principio di suo gran danno.

Vita e costumi di costui.

V. L' avere nominato due volte questo memorevole uomo, richiede ch' io tocchi alquanto di sua vita, professione, e sorte. Nacque in Terracina, Terra municipale, di Cluvio Capitano di

Pri-

(a) Queste due parole *regione Italiæ*, come affatto superflue, e contrarie al laconico scrivere di Tacito, aggiugnendosi *Terracina municipio*, vanno cancellate. In fatti non le traduce il Davanzati.

(*) *ita falsa aberant.*

Tarracinæ municipio, Cluvio Patre, qui ordinem Primipili duxisset, ingenium illustre altioribus Studiis iuvenis admodum dedit, non, ut plerique, ut nomine magnifico segne otium velaret; sed, quo firmior adversus fortuita, Rempublicam capesseret. Doctores Sapientiæ (a) secutus est, qui sola bona quæ honesta, mala tantum quæ turpia: potentiam, nobilitatem, ceteraque extra animum, neque bonis, neque malis, adnumerant. Quæstorius adhuc, a Pæto Thrasea Gener delectus, e moribus Soceri nihil æque ac Libertatem hausit; Civis, Senator, Maritus, Gener, Amicus, cunctis vitæ officiis æquabilis, opum contemptor, recti pervicax, constans adversus metus.

Intat eum & Eprium Marcellum acra iurgium.

VI. *Erant quibus appetentior Famæ videretur: quando etiam Sapientibus, cupido gloriæ, novissima exuitur. Ruina Soceri, in exilium pulsus; ut Galbæ Principatu rediit, Marcellum Eprium delatorem Thraseæ accusare aggreditur. Ea ultio, incertum maior an iustior, Senatum in studia diduxerat. Nam si caderet Marcellus, agmen reorum sternebatur. Primo, minax certamen, & egregiis orationibus utriusque, testatum. Mox dubia voluntate Galbæ, multis Senatorum deprecantibus, omisit Priscus; variis, ut sunt hominum ingenia, sermonibus, moderationem laudantium, aut constantiam requirentium. Ceterum eo Senatus die, quo de Imperio Vespasiani censebant (b); placuerat mitti ad Principem Legatos. Hinc inter Helvidium, & Eprium, acre iurgium. Priscus eligi nominatim a Magistratibus iuratis: Marcellus urnam postulabat; quæ Consulis designati sententia fuerat.*

VII. *Sed Marcelli studium proprius rubor excitabat, ne aliis electis post-ha-*

Primopilo, molto giovane impiegò il chiaro ingegno in Filosofia: non, come i più, per vivere disutile sotto questo nome ampio, ma per governare la Repubblica (c), ben tetragono a' colpi di ventura. Seguitò i maestri che tengono (d): Esser beni le sole cose oneste: e mali le brutte: potenza, nobiltà, e ciocchè è fuori del nostro animo, nè beni nè mali. Non ancora stato più che Questore, fu da Trasea Peto fatto Genero; dal Suocero niente apprese, più che esser libero Cittadino. Senatore, Marito, Genero, Amico, fu sempre buono egualmente; sprezzator di ricchezze: costante nel giusto: da paura sicuro.

Aspra riszа tra lui ed Eprio Marcello.

VI. Apponevangli alcuni troppa voglia di fama; ma la gloria è l'ultima vesta che lascino anche i Filosofi. Per la rovina del Suocero fu cacciato, rimesso da Galba, prese ad accusare Marcello Eprio, accusatore di Trasea. Questa vendetta, dubbia qual fosse più tra giusta, e grande, divise il Senato; perchè se Marcello cadeva, sfragellava un mondo di rei. Contesero prima con minacce, e belle dicerie di qua e di là: poi, perchè Galba non si lasciava intendere, e molti Senatori ne 'l pregavano; Prisco se ne tolse giù: chi diceva per moderanza: chi, secondo i cervelli, per debolezza. Il giorno che in Senato si dava l' Imperio a Vespasiano fu risoluto mandargli Ambasciadori. Qui fu acerba contesa: Elvidio voleva, che li nominassero i Magistrati col giuramento: Marcello, che s' imborsassero, come aveva pronunziato il Consolo eletto;

VII. ma diceva così, acciocchè se altri fosse eletto, egli non paresse lascia-

(a) Della Filosofia Stoica.

(b) Il Senato decretò a Vespasiano tutto quanto a Principi si solea, come s' è detto più sopra al cap. 3. allora fu fatto un decreto di Senato, detto anco *legge regia*, che tuttavia conservasi incisa in bronzo nel Campidoglio. E' questo un bel monumento d' antichità, e può leggersi in Grutar. *Thes. Inscript.* pag. CCXLII. comincia, *Fadusque cum quibus volet facere liceat*; e giugne ben a luogo.

(c) Ben tetragono a' colpi di ventura: è questo un verso di Dante. Parad. c. XVII. v. 25., da un gran Prosatore tolto ad un gran Poeta; che fa onore all' uno e all' altro. La sentenza è d' Aristotile nell' Etica: *Virtute præditus fortunæ prosperæ & adversæ fert ubique omnino prudenter, ut bonus tetragonus tuto vituperio existens.* Tetragono è la figura solida del cubo, o sia del dado, che comunque sia balzato, cada sempre in piedi, e ben fondato sulla sua base; simbolo della vera e solida Virtù, salda sempre e costante in se stessa a tutte pruove.

(d) Gli Stoici.

habitus crederetur. Paulatimque, per alterationem, ad continuas & infestas orationes provecti sunt; quærente Helvidio: Quid ita Marcellus indicium Magistratuum pavesceret? Ecce illi pecuniam, & eloquentiam, quis multos anteiret; ni memoria flagitiorum urgeretur. Sorte & urna, mores non discerni; suffragia & existimationem Senatus reperta, ut in cujusque vitam, famamque, penetrarent. pertinere ad Vespasiani honorem, occurrere illi quos innocentissimos Senatus habeat, qui honestis sermonibus aures Imperatoris imbuant. Fuisse Vespasiano amicitiam cum Thrasea, Sorano, Sentio; quorum accusatores, etiam si puniri non oporteat, ostentari non debere. Hoc Senatus judicio, velut admoneri Principem, quos probet, quos reformidet. nullum majus boni Imperii instrumentum, quam bonos Amicos. Esse satis Marcello, quod Neronem in exitium tot innocentium impulerit. frueretur præmiis, & impunitate, Vespasianum melioribus relinqueret.

VIII. *Marcellus, non suam sententiam impugnari, sed Consulem designatum censuisse dicebat; secundum vetera exempla, quæ sortem Legationibus posuissent, ne ambitioni aut inimicitiis locus foret. Nihil evenisse cur antiquitus instituta exolescerent, aut Principis honor in cujusquam contumeliam verteretur. Sufficere omnes obsequio. id magis vitandum; ne pervicacia quorundam irritaretur animus novo Principatu suspensus, & vultus quoque, ac sermones, omnium circumspectans. Se meminisse temporum quibus natus sit, quam Civitatis formam Patres, Avique, instituerint: ulteriora mirari, præsentia sequi: bonos Imperatores voto expetere, qualescumque tolerare. Non magis sua oratione* (a) *Thraseam, quam judicio Senatus afflictum. Sævitiam Neronis, per hujusmodi imagines illusisse: nec mi-*

sciato in dietro. Vennero da queste dispute a dir di molte, e male parole: Perchè tanta paura, diceva Elvidio, aver Marcello del giudicio de' Magistrati? Esso aver moneta, aver eloquenza da passar molti, se il baco delle tristizie non lo rodesse. Borsa, e sorte, non discerner bontadi: il passare per le filiere delli squittini esser trovato, per riprova della vita, e fama, di ciascheduno, andarne l'utile della Repubblica, l'onore di Vespasiano, che il Senato gli mandi incontro sceltissimi Uomini, che gli orecchi empiano dell' Imperadore di santissimi ragionari. Essere stati Trasea, Sorano, e Senzio, amici di Vespasiano; non doverseli i loro accusatori, ancorchè non punibili, mandare in su gli occhi. Questa scelta d' Uomini che il Senato fa, quasi ammonire il Principe: di quali fidar si debba, o temere. maggiore stromento non aver il buono Imperio, che i buoni amici. A Marcello dover bastare avere spinto Nerone a disperder cotanti innocenti. godessesi i guiderdoni, e l' esserne andato netto: e lasciasse Vespasiano a' migliori.

VIII. Rispondeva Marcello: Che qui non si dava contro a lui; ma al Consolo, che aveva pronunziato secondo gli Antichi, che, per levare competenze, e nimicizie, facevano gli Ambasciadori per sorte. Non era nato cosa da scambiar gli antichi ordini: nè da rendere l'onore del Principe, disonore d' altrui. A questo complimento era atto ciascuno. guardassesi più tosto, che l' ostinazione d' alcuno non irritasse il Principe nuovo, sospeso, e osservante i volti, e le parole, di tutti. Ricordarsi in che tempo era nato, e che forma di governo avessero ordinato i Padri, e gli Avoli: ammirar le cose passate, e seguitar le presenti: pregar d' aver buoni Imperadori, e torglisi chenti sono. Che la sentenza del Senato, e non lo suo aringare, afflisse Trasea; avendo Nerone usato sue crudeltà per

tali

(a) E' riportata quest' arringa nel Lib. XVI. degli Annali, 28.

minus sibi anxiam talem amicitiam, quam aliis exsilium. Denique, constantia, fortitudine, Catonibus, & Brutis, æquaretur Helvidius; se unum esse ex illo Senatu, qui simul servierit. suadere etiam Prisco, ne supra Principem scanderet: ne Vespasianum, senem, triumphalem, Iuvenum Liberorum Patrem, præceptis coerceret. Quo modo pessimis Imperatoribus sine fine dominationem; ita quamvis egregiis modum libertatis placere. Hæc magnis utrimque contentionibus iactata, diversis studiis accipiebantur. Vicit pars quæ sortiri Legatos malebat, etiam mediis Patrum adnitentibus retinere morem. Et splendidissimus quisque eodem inclinabat, metu invidiæ si ipsi eligerentur.

tali mezzi: nè la sua pratica gli fu men grave, che agli altri l'esiglio. Fusse finalmente Elvidio per costanza per fortezza, un Catone, un Bruto; egli essere uno di quel Senato che insieme ha servito. gli darebbe bene un buon consiglio, di non fare il satrapo co' Principi: non dar il compito a Vespasiano, vecchio, trionfatore, e Padre di Figliuoli non più fanciulli. Però che, sì come i pessimi Imperadori voglion dominar senza freno; così i quantunque ottimi, che non si abusi la libertà. Datesi queste punture; il favore fu diviso: e vinse il fare gli Ambasciadori per tratta; avendo anche i neutrali puntato, che si mantenesse il costume: e quei di più splendore temuto dell'invidia, se fussero eletti.

De Impensis publicis dissensio.

IX. *Secutum aliud certamen. Prætores ærarii (nam tum a Prætoribus tractabatur ærarium) publicam paupertatem questi, modum impensis postulaverant. Eam curam Consul designatus, ob magnitudinem oneris, & remedii difficultatem, Principi reservabat. Helvidius, arbitrio Senatus agendum censuit. Cum perrogarent sententias Consules; Vulcatius Tertullinus Tribunus plebis intercessit: ne quid super tanta re, Principe absente, statueretur. Censuerat Helvidius, ut Capitolium publice restitueretur, adiuvaret Vespasianus. Eam sententiam modestissimus quisque silentio, deinde oblivio transmisit. fuere qui & meminissent.*

Discordia sulle publiche spese.

IX. Seguitò un' altra contesa de' Pretori dell'erario (perchè allora essi lo maneggiavano); dolendosi, che il Comune impoveriva, chiedevano regola alle spese. Il Consolo eletto, per la importanza, e difficultà della cosa, la rimetteva al Principe. Elvidio disse: Che la determinasse il Senato. Domandando i Consoli de' pareri; Volcazio Tertullino Tribuno della plebe oppose: che di tanta cosa non si deliberasse in assenza del Principe (*a*). Elvidio ancora propose: che Campidoglio si rifacesse del publico, e Vespasiano porgesse aiuto. Questo parere fu da' più modesti con silenzio passato; poscia dimenticato: e fuvvi chi lo ricordò.

Musonius Rufus in P. Celerem invehitur.

X. *Tum invectus est Musonius Rufus in Publium Celerem, a quo Baream Soranum falso testimonio circumventum arguebat. Ea cognitione renovari odia accusationum videbantur; sed vilis, & nocens, reus, protegi non poterat. quippe Sorani sancta memoria: Celer professus Sapientiam (b), dein testis in Baream, proditor corruptorque Amici, & cuius se magistrum ferebat. Proximus dies, caussæ destinatur. Nec tam Musonius, aut Publius, quam*

Musonio Rufo contro P. Celere.

X. Allora Musonio Rufo si levò contro a P. Celere, accusandolo di falsa testimonianza contro a Barea Sorano. Questa causa pareva che rinovasse l'odio delle passate accuse; ma il reo vile, e nocente, non poteva esser difeso; perchè la memoria di Barea era santa: e Celere che si spacciava per Filosofo, gli testimoniò contro, traditore, violatore dell'Amico, di cui si predicava maestro. La causa fu rimessa al primo dì; aspettandosi che

(*a*) Leggi nel Tom. III. Vespasiano c. 2. l'indomita tracotanza di questo Stoico, contro Vespasiano, e la sua fine.

(*b*) La Sapienza, o sia Filosofia Stoica. *Corruptio optimi pessima.*

quam Priscus, & Marcellus, ceteri-que, motis ad ultionem animis, ex-spectabantur.

Mucianus, Vrbem ingressus, cuncta in se trahit. Calpurnii Galeriani cædes, a iisque huius generis iactatora.

XI. *Tali rerum statu, cum discordia inter Patres, ira apud victos, nulla in victoribus auctoritas, non leges, non Princeps in Civitate essent; Mucianus Vrbem ingressus cuncta simul in se traxit. Fracta Primi Antonii, Variique Arrii potentia; male dissimulata in eos Muciani iracundia, quamvis vultu tegeretur. Sed Civitas rimandis offensis sagax, verterat se, transtulerat-que. Illic unus ambiri, coli. nec deerat ipse, stipatus armatis, domos hortosque permutans, apparatu, incessu, excubiis, vim Principis complecti, nomen remittere. Plurimum terroris intulit cædes Calpurnii Galeriani. Is fuit Filius C. Pisonis, nihil ausus; sed nomen insigne, & decora ipsi iuventa, rumore vulgi celebrabantur. eranique in Civitate adhuc turbida, & novis sermonibus læta, qui Principatus inanem ei famam circumdarent. Iussu Muciani, custodia militari cinctus, ne in ipsa Vrbe conspectior mors foret, ad quadragesimum ab Vrbe lapidem, via Appia, fuso per venas sanguine, exstinguitur. Iuliue Priscus, Prætoriarum sub Vitellio cohortium Præfectus, se ipsum interfecit; pudore magis quam necessitate. Alphenus Varus, ignaviæ, infamiaque, suæ superfuit. Asiaticus (enim is libertus) malam potentiam, servili supplicio, expiavit.*

che non più Musonio, e Publio, che Prisco, e Marcello, e gli altri mossi a vendetta, venissero in campo.

XI. Essendo le cose in tale stato: i Padri mal d'accordo: i vinti arrabbiati: i vincitori senz'autorità: non leggi, non Principe, in Roma; v'entrò Muciano, e tirò in sè ogni cosa subitamente. Abbassò la potenza d'Antonio, e di Varo; per cruccio contro di loro mal coperto, quantunque se ne sforzasse nel volto. E la Città, fine (*) degli umori ripescatrice, a lui si voltò e girtò. Egli solo era il bramato, il corteggiato. e si aiutava con andar con seguito d'armati: con l'andatura: mutar palagi, e giardini: tener arredo, sentinelle; ogni cosa da Principe, dal nome in fuori. e ognuno atterrì con la morte di Calpurnio Galeriano. Questi fu Figliuolo di C. Pisone: niente tentò; ma il Popolo quel gran nome, e sì bel Giovane ammirava: e taluno in quella Città non bene ancor chiara, e vaga di novità, e vanità, facea correr voce: Che sarebbe un dì Principe. Muciano lo fece corrè in mezzo a' soldati: e per fuggir l'occhio della Città, quaranta miglia lontano, nella via Appia, segargli le vene. Giulio Prisco, Prefetto del Pretorio sotto Vitellio, s'ammazzò per la vergogna, non per necessità. Alfeno Varo sopravvisse a sua poltroneria, e infamia. Asiatico, che era liberto, col supplizio da schiavo pagò il fio di sua mala potenza.

Mucieno venuto a Roma fa da capo, Calpurnio Galeriano è ucciso con altri tali forfatti.

Initia belli germanici, duce Claudio Civili.

XII. *Iisdem diebus, crebrescentem cladis Germanicæ famam, nequaquam mœsta Civitas excipiebat. Cæsos exercitus, capta Legionum hiberna, descivisse Gallias; non ut mala loquebantur. Id bellum quibus caussis ortum, quanto externarum, sociarumque, Gentium motu flagraverit; altius expediam. Batavi, donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum, seditione domestica pulsi; extrema Gallicæ ora vacua cultoribus, simulque Insulam inter vada sitam, occupavere, quam mare Oceanum (a) a fron-*

XII. In questi giorni, rinfrescando male nuove di Germania; Roma non parea che le avesse per male. Discorreva d'eserciti tagliati a pezzi, alloggiamenti presi, Gallie ribellate; come di cose che non importassero. Le cagioni di questa guerra, e quanta fiamma levasse di Genti straniere, e amiche, narrerò da più alto principio. I Batavi, quando abitavano oltre Reno, erano parte de' Catti. cacciati dalle parti, occuparono l'estrema Gallia, vota d'abitatori: e insieme l'Isola posta

Claudio Civile comincia la guerra germanica.

(*) *fine*, cioè fina. i Toscani fanno *fine*, come *dolce*. Ora sarebbe quasi un'affettazione l'usarla; essendosi reso affatto comune anco alle buone penne il *fine*.

(a) Leggi *Oceanus*: non si sa che possa usarsi addiettivamente, nè è un nome neutro.

fronte, Rhenus amnis tergum, ac latera, circumluit. nec opibus Romanis, societate validiorum, attriti; viros tantum, armaque, Imperio ministrant. diu Germanicis bellis exerciti: mox aucta per Britanniam gloria, transmissis illuc cohortibus, quas vetere instituto, nobilissimi popularium regebant. Erat & domi delectus eques, præcipuo nandi studio, arma equosque retinens, integris turmis, Rhenum perrumpere.

XIII. *Iulius Paullus, & Claudius Civilis, Regia stirpe, multo ceteros anteibant. Paullum Fonteius Capito, falso rebellionis crimine interfecit. Iniectæ Civili catenæ, missusque ad Neronem, & a Galba absolutus; sub Vitellio rursus discrimen adiit, flagitante supplicium eius exercitu. Inde caussæ irarum, spesque ex malis nostris. Sed Civilis, ultra quam barbaris solitum, ingenio sollers, & Sertorium se, aut Hannibalem ferens, simili oris dehonestamento, ne ut hosti obviam iretur, si a Populo Romano palam descivisset, Vespasiani amicitiam, studiumque partium, prætendit; missis sane ad eum Primi Antonii litteris, quibus avertere accita a Vitellio auxilia, & tumultus Germanici specie, retentare Legiones iubebatur. Eadem Hordeonius Flaccus præsens monuerat, inclinato in Vespasianum animo, & Reipublicæ cura; cui excidium adventabat, si redintegratum bellum, & tot armatorum millia Italiam irrupissent.*

Primi in arma ruunt Batavi & Canninefates.

XIV. *Igitur Civilis desciscendi certus, occultato interim altiore consilio, cetera ex eventu iudicaturus; novare res hoc modo cœpit: Iussu Vitellii; Batavorum iuventus ad delectum vocabatur; quem suapte natura gravem, onerabant ministri avaritia ac luxu, senes aut invalidos conquirendo, quos pretio dimitterent: rursus impubes; sed forma conspicui (& est plerisque procera pueritia) ad stuprum trahebantur. Hinc invidia: & compositis seditionis auctores perpulere, ut delectum abnuerent, Civilis Primores Gentis, & promptissimos vulgi, specie epularum, sacrum in nemus vocatos; ubi nocte ac lætitia incaluisse vidit;*

a lau-

sta tra li stagni, bagnata dall'Oceano a fronte, e dal Reno a' fianchi, e spalle. Non aggravati dalla Potenza romana, nè da altre leghe; danno all' Imperio solamente uomini, e armi. Molto sono esercitati nelle guerre di Germania. In Britannia hanno accresciuto gloria lor fanterie mandatevi, rette, per costume antico, da' più Nobili di lor Gente. Hanno buona cavalleria, sì bene instrutta al nuoto; che passano il Reno a cavallo armati in ordinanza.

XIII. Giulio Paulo, e Claudio Civile, Reali di sangue, sovrastavano di gran lunga a tutti. Fonteio Capitone uccise Paulo, per falsa accusa di essersi ribellato: e Civile mandò in catena a Nerone. Galba lo liberò. sotto Vitellio l'esercito di nuovo il chiedeva al supplizio. Quinci nacquero le loro ire, e speranze ne' nostri mali. Ma Civile più destro che non sogliono i barbari (e' s'appellava Sertorio, e Annibale, per esser, come loro, cieco d'un occhio), temendo di guerra, se dal Popolo Romano si ribellava alla scoperta; s'infinse amico di Vespasiano, e tutto di sua parte. Ebbe certamente ordine per lettere d' Antonio Primo, di divertire gli aiuti inviati a Vitellio: e ritenere le Legioni, quasi per li tumulti di Germania. Il medesimo di presenza gli avea ordinato Ordeonio Flacco, per amore che portava a Vespasiano, e per zelo della Repubblica, che andava in rovina; rinnovandosi guerra, e tante migliaia d' armati l' Italia inondando.

Primi in armi Batavi, e Canninefati.

XIV. Civile adunque risoluto di spiccarsi, ma non si scoprire, per far poi secondo gli avvenimenti; cominciò a ingarbugliare in questa maniera: Per ordine di Vitellio si scrivevano i giovani Batavi da portar arme; cosa grave per sè, e aggravata dall' avarizia, e libidine, de' ministri, che scrivevano vecchi, e non abili, per licenze vendere; e bei donzelli d' alta statura (che molti ve ne ha), per male adoperargli. Quindi l' odio: e gli autori del sollevamento gli spinsero a non volere essere scritti. Civile chiama sotto spezie di convito in un sagro bosco li principali, e de' popolari i più animosi: e quando li vede bene annot-

ta-

a laude, gloriaque, Gentis orsus, inirias & raptus, & cetera servitii mala enumerat: Neque enim societatem, ut olim, sed tamquam mancipia haberi. Quando Legatum, gravi quidem comitatu, & superbo cum imperio, venire? Tradi se Præfectis, centurionibusque; quos ubi spoliis & sanguine expleverint, mutari, exquirique novos sinus, & varia prædandi vocabula. Instare delectum, quo Liberi a parentibus, Fratres a Fratribus, velut supremum dividantur. Numquam magis adflictam rem Romanam, nec aliud in hibernis quam prædam, & senes. Attollerent tantum oculos, & inania Legionum nomina ne pavescerent. Esse sibi robur peditum equitumque: consanguineos Germanos: Gallias idem cupientes. ne Romanis quidem ingratum id bellum, cuius ambiguam fortunam Vespasiano imputaturos: victoriæ rationem non reddi.

tati, e allegri; fatto preambolo della laude e gloria di lor gente, conta le ruberíe, gli sforzamenti, e gli altri mali, del lor servire: Non esser tenuti, come già, per compagni, ma per ischiavi, e quanto si starà a veder venire un Legato con quel lungo codazzo, e superbo imperio? A' lor Prefetti, a' loro centurioni, esser dati a mangiare: e quando son pieni di loro carne, e sangue, trovarsi altre gole affamate, e altre invenzioni da ingoiarli. Doversi scrivere la gioventù, cioè dir l' ultimo addio, i Figliuoli a' Padri, i Fratelli a' Fratelli. Non essere stati mai i Romani in peggior termine: non avere ne' loro alloggiamenti, che vecchi, e preda. Alzasson un poco gli occhi, e non si facesson paura di que' nomi vani di Legioni. Avere essi nerbo di cavalli, e uomini: parenti i Germani: le Gallie bramose del medesimo: nè a' Romani stessi spiacerebbe questa guerra; perchè, perdendo, se ne farieno onore con Vespasiano: e vincendo, non se n'avrebbe a render conto.

Accitis Frisiis, occupata duarum cohortium hiberna.

XV. *Magno cum assensu auditus, barbaro ritu, & patriis exsecrationibus, universos adigit. Missi ad Canninefates, qui consilia sociarent. Ea Gens partem Insulæ colit, origine, lingua, virtute, par Batavis: numero superantur. Mox occultis nuntiis, pellexit Britannica auxilia, Batavorum cohortes, missas in Germaniam, ut supra retulimus, ac tum Magontiaci agentes. Erat in Canninefatibus, stolidæ audaciæ Brinio, claritate natalium insigni. Pater eius multa hostilia ausus, Caianarum expeditionum (a) ludibrium impune spreverat. Igitur ipse rebellis Familiæ nomine placuit; impositusque scuto, more gentis, & sustinentium humeris vibratus, Dux deligitur. statimque accitis Frisiis (Transrhenana Gens est) duarum cohortium hiberna, proxima occupatu, Oceano irrumpit. Nec præviderant impetum hostium milites: nec, si prævidissent, sa-*

Aggiuntisi i Frigioni, s' occupano i quartieri di verno di due coorti.

XV. Vdito con grande approvanza di tutti, li fece con loro barbare sconsiurazioni obbligare. Mandò a far lega co' Canninefati. Questi abitano parte dell' Isola: sono della medesima origine, lingua, e valore: minor numero. Voltò segretamente li Brettagni aiuti, ciò sono que' fanti Batavi venuti di Brettagna, e poi mandati in Germania, come dissi, che allora erano in Maganza. Tra' Canninefati era un Brinio avventato bestione, d' alto legnaggio. Suo padre ci fece molti danni, e le matte spedizioni di Caio sprezzò senza pena. Costui, come di sangue ribello, parve il caso: e lui, alzato in uno scudo, e portato in su le spalle a loro usanza, fecero Capitano. Incontanente chiamati i Frisj (Gente oltre Reno), per lo vicino Oceano assalisce i prossimi alloggiamenti di due coorti. Questo impeto non fu saputo: nè, se l' avesser saputo, v' era forze da re-

(a) Leggi queste ridevoli spedizioni di Caligola contro i Germani nel Supplemento al Lib. VIII. degli Annali di Tacito, 38.

satis virium ad arcendum erat. Capta igitur & direpta castra, deinvagos, & pacis modo, effusos lixas, negotiatoresque Romanos, invadunt. simul exeidiis castellorum imminebant; quæ a Præfectis cohortium incensa sunt, quia defendi nequibant. Signa, vexillaque, & quod militum, in superiorem Insulæ partem congregantur, Duce Aquilio primipilari, nomen magis exercitus, quam robur. Quippe viribus cohortium abductis, Vitellius e proximis Noviorum, Germanorumque, pagis, segnem numerum armis oneraverat.

Parte Civilis dolo de Romanis victoria.

XVI. *Civilis dolo grassandum ratus, incusavit ultro Præfectos, quod castella deseruissent; se cum cohorte cui præerat, Canninefatem tumultum compressurum: illi sua quisque hiberna repeterent. Subesse fraudem consilio, & dispersas cohortes facilius opprimi, nec Brinionem Ducem eius belli, sed Civilem esse, patuit; erumpentibus paulatim indiciis, quæ Germani læta bello Gens, non diu occultaverant. Vbi insidiæ parum cessere, ad vim transgressus, Canninefates, Frisios, Batavos propriis cuneis componit. Directa ex diverso acies, haud procul a flumine Rheno, & adversis in hostem navibus, quas, incensis castellis, illuc appulerant. Nec diu certato; Tungrorum cohors signa ad Civilem transtulit: perculsique milites improvisa proditione, a sociis, hostibusque, cædebantur. Eadem etiam navibus perfidia. Pars remigum e Batavis, tamquam imperitia, officia nautarum, propugnatorumque, impediebant: mox contra tendere, & puppes hostili ripæ obiicere: ad postremum gubernatores, centurionesque, nisi eadem volentis, trucidant; donec universa quatuor & viginti navium classis, transfugeret, aut caperetur.*

Vinti i Romani, per arte di Civile.

XVI. Civile volrosi all' inganno, vinti i Romani, per arte di Civile, biasimò i Capitani d' aver abbandonate le castella; fermerebbe egli con la coorte sua il tumulto de' Canninefati: tornassero ne' loro alloggiamenti. Seppesi il consiglio frodolente dello sbrancare le coorti, perchè fussero meglio oppressi: e che non Brinio, ma Civile governava; scoprendosi a poco a poco quegli indizj che i Germani, che si rallegrano della guerra, non seppero ritenere. Fallitogli lo ingannare, passa alla forza. Ordina di Canninefati, Frisi, e Batavi, tre proprie punte. Schieransi i Romani all' incontro presso al Reno, e con le prue volte al nimico delle navi quivi approdate, dopo le castella arse. Non s' era molto combattuto; quando i Tungri passaron con le insegne a Civile. Colti a tal tradigione i soldati nostri, e spaventati; erano uccisi da' nemici, e da' compagni. Nelle navi ancora eran traditi. Parte de' vogatori Batavi impedivano gli uficj de' marinari, e de' soldati, quasi per non sapere. si contrappongono, e voltano alla riva nimica le poppe. finalmente ammazzano i governatori, e' centurioni, se non vogliono quello che essi; tantochè tutta quella armata di ventiquattro legni fu presa, o si ribellò.

Rius fama excitæ Germaniæ animia ultro offerunt. Civilis Galliarum societatem adfectat.

XVII. *Clara ea victoria in præsens, in posterum usui: armaque & naves, quibus indigebant, adepti, magna per Germanias Galliasque fama, Libertatis auctores celebrabantur. Germaniæ statim misere Legatos, auxilia offerentes. Galliarum Societatem, Civilis, arte, donisque adfectabat; captos cohortium Præfectos suas in Civi-*

Sua fama i Germani mandano ad offrir aiuti. Civile tira ad associarsi i Galli.

XVII. Gloriosa allora, e poi utile fu quella vittoria; acquistate armi, e navi, onde erano bisognosi, vennero per le Germanie, e Gallie, in gran fama di ricuperatori di Libertà. Mandarono le Germanie subitamente Ambasciadori offerendo aiuti. Civile cercava con presenti, e arte, congiugnersi con le Gallie; rimandando i Capitani pri-

vitates remittendo, cohortibus abire an manere mallent data potestate: manentibus, honesta militia, digredientibus, spolia Romanorum offerebantur. Simul secretis sermonibus, admonebat malorum quæ tot annis perpessi: Miseram servitutem falso pacem vocarent: Batavos, quamquam tributorum expertes, arma contra communes Dominos cepisse: prima acie, fusum, victumque, Romanum; quid si Galliæ iugum exuant? quantum in Italia reliquum? Provinciarum sanguine Provincias vinci. Ne Vindicis aciem cogitarent; Batavo equite prostratos Æduos, Arvernosque: fuisse inter Verginii auxilia Belgas. Vereque reputantibus, Galliam suismet viribus concidisse; nunc easdem omnium partes, addito si quid militaris disciplinæ in castris Romanorum vigueris. Esse secum veteranas cohortes, quibus nuper Othonis Legiones procubuerint. Servirent Syria, Asiaque, & suetus Regibus, Oriens. Multos adhuc in Gallia vivere, ante tributa genitos. Nuper certe, cæso Quintilio Varo, pulsam e Germania servitutem, nec Vitellium Principem, sed Cæsarem Augustum bello provocatum. Libertatem Natura, etiam mutis animalibus, datam. Virtutem proprium hominis bonum. Deos fortioribus adesse. Proinde arriperent vacui occupatos, integri fessos; dum alii Vespasianum, alii Vitellium foveant, patere locum adversus utrumque.

prigioni alle lor terre: dando a' soldati elezione d'andarsene con le spoglie de' Romani, o rimaner con soldo onorato. Segretamente ancora tutte le sollevava; ricordando i mali sopportati tanti anni: Che falsamente chiamavan pace lor misera servitù: che i Batavi, benchè franchi di tributo, avevan prese l'arme contro a' comuni Padroni: alla prima battaglia li cacciarono, e vinsero; che avverrebbe se le Gallie scotessero il giogo? e che rimanere a' Romani in Italia? Col sangue degli Stati pigliarsi li Stati. Non si guardasse alla battaglia di Vindice; perchè i cavalli Batavi sconfissero gli Edui, e gli Alverni: e tra gli aiuti di Verginio vi ebbe Belgi. e la Gallia, chi ben guarda, fu fatta cader dalle proprie forze; oggi tutte unite, e vantaggiate di quanto saper di guerra fu mai ne' Campi romani. Aver seco que' vecchi soldati che poco fa atterrarono le Legioni d' Otone. Stessonsi serve la Soria, e l' Asia, e l' Oriente, uso ad aver Re. Vivere in Gallia molti nati innanzi a' posti tributi. Essersi cacciato per certo non ha molto di Germania la servitù; tagliato a pezzi Quintilio Varo: e provocato con guerra, non Vitellio Imperadore, ma Cesare Augusto. Che la Natura ciò libere insino alle bestie. la virtù è dell' uomo proprio bene. gl' Iddii aiutano i forti. Assalissono ora liberi e freschi, gli stracchi, e impacciati, mentre uno vuole Vespasiano, altri Vitellio; esser la via aperta contro ambi.

Hordeonii Flacci segnitia. Victi Romani in Vetera castra fugiunt.

XVIII. *Sic in Gallias, Germaniasque, intentus, si destinata provenissent, validissimarum ditissimarumque Nationum Regno imminebat. At Flaccus Hordeonius, primos Civilis conatus per dissimulationem aluit. Vbi expugnata castra, deletas cohortes, pulsum Batavorum Insula Romanorum nomen, trepidi nuntii adferebant; Mummium Lupercum Legatum (is duarum Legionum hibernis præerat) egredi adversus hostem iubet. Lupercus legionarios e præsentibus, Vbios e proximis, Treverorum equites, haud longo agentes, raptim transmisit: addita Batavorum ala, quæ iam pridem cor-*

Pigrizia d' Ordeonio Flacco. I Romani vinti fuggono al Campo Vecchio.

XVIII. Così, Civile, le Gallie e Germanie adocchiando; era, se riuscito gli fosse, per farsi Re di due gagliardissime, e ricchissime Nazioni. Ma Ordeonio Flacco, da prima infingendosene, gli diè campo. Avute le male nuove de' presi alloggiamenti, disfatte coorti, cacciato dell' Isola il nome Romano; comanda a Mummio Luperco Legato, che governava due Legioni in guarnigione, che esca contro al nimico. Luperco prestamente mette in campagna i legionari presenti, gli Vbii vicini, i cavalli Treveri non lontani: e più, una compagnia di cavalli Batavi, acconci più fa

se-

corrupta, fidem simulabat; ut proditis in ipsa acie Romanis, maiore pretio fugeret. Civilis, captarum cohortium signis circumdatus, ut suo militi recens gloria ante oculos, & hostes memoria cladis terrerentur: Matrem suam, Sororesque, simul omnium Coniuges, parvosque Liberos, consistere a tergo iubet: hortamenta victoriæ, vel pulsis pudorem. Vt virorum cantu, fœminarum ululatu, sonuit acies; nequaquam par a Legionibus, cohortibusque, redditur clamor. Nudaverat sinistrum cornu Batavorum ala transfugiens, statimque in nos versa. Sed legionarius miles, quamquam rebus trepidis, arma ordinesque retinebat. Vbiorum, Treverorumque, auxilia fœda fuga dispersa, totis campis palantur. Illuc incubuere Germani. Et fuit interim effugium Legionibus, in castra quibus Veterum nomen est. Præfectus alæ Batavorum, Claudius Labeo, oppidano certamine æmulus Civili, ne interfectus invidiam apud populares, vel si retinuerentur, semina discordiæ præberet; in Frisios avehitur.

Batavorum & Canninefatium cohortes, quæ in Vrbem pergebant, corruptæ, Civili iunguntur; & Bonnensi prætio Romanorum aciem perfringunt.

XIX. *Iisdem diebus Batavorum & Canninefatium cohortes, cum iussu Vitellii in Vrbem pergerent, missus a Civile nuntius adsequitur. Intumuere statim superbia, ferociaque, & pretium* (a) *itineris, donativum, duplex stipendium, augeri equitum numerum, promissa sane a Vitellio, postulabant; non ut adsequerentur, sed caussam seditioni. Et Flaccus multa concedendo, nihil aliud effecerat, quam ut acrius exposcerent, quæ sciebant negaturum. Spreto Flacco, inferiorem Germaniam petiere, ut Civili iungerentur. Hordeonius, adhibitis Tribunis centurionibusque, consultavit: num obsequium abnuentes vi coerceret. Mox insita ignavia, & trepidis ministris, quos ambiguus auxiliorum animus, & subito delectu suppletæ Legiones angebant; statuit continere intra castra militem. Dein pœnitentia, & arguen-*

ti-

segretamente, a fuggire in su 'l combattere, e tradire i Romani con danno maggiore. Civile in mezzo alle guadagnate insegne per innanimire i soldati suoi con la gloria fresca, e atterrire i nimici con la trista memoria; pose dietro all'ordinanza sua Madre, e Sorelle, e le Mogli, e Figliuolini di tutti, per metter coraggio a vittoria, e vergogna di fuga. Le grida de' nostri non furon rigogliose, come il canto levatosi de' loro uomini, e urla delle donne. La banda Batava si fuggì dal nostro corno sinistro, e rivoltoccisi contro. Ma i soldati di Legione, benchè in mal termine, si mantenevano in battaglia. Gli aiuti Vbj, e Treveri, bruttamente la diedono a gambe per quelle pianure; i Germani si difilarono addosso a loro. Intanto si potero le Legioni ricoverare nelli alloggiamenti appellati li Vecchi. Claudio Labeone Capitano della banda Batava competendo con Civile, come spesso fanno i compatriotti; fu da lui fatto portar in Frisia, per levare occasione di discordie, o d'avelo a uccidere, e dispiacere a' suoi.

Le coorti Batave e Canninefate dirette a Roma, sedotte vanno da Civile, e nell'attacco di Bonna dan rotta a' Romani.

XIX. In questo tempo le Genti Canninefate, e Batave, che andavano a Roma per ordine di Vitellio; furon raggiunte da' messaggi di Civile: e subito gonfie di superbia, e inferocite, domandarono pagamento del viaggio: donativo: paga doppia: più numero di cavalli (cose tutte promesse da Vitellio); non per averle, ma per muover cagioni di tumulto. E Flacco col troppo conceder, non fece altro che ringrandirle a chiedere le pazzie. Fattosi beffe di Flacco, s'avviarono nella Germania bassa, per congiugnersi con Civile. Ordeonio fece consiglio di Tribuni, e centurioni, se fusse bene farle ubbidire per forza. Poi per sua fiacchezza naturale, e perchè i ministri temevan forte della fede degli aiuti, e della nuova gente, onde erano rifornite le Legioni; risolvè di tenere i soldati dentro alli alloggiamenti. Ripenti-

to,

(a) Detto, *vistico*, di cui vedi nel I. Libro di queste Storie, 57.

tibus ipsis qui suaserant, tamquam secuturus; scripsit Herennio Gallo, legionis Primæ Legato, qui Bonnam obtinebat, ut arceret transitu Batavos: se cum exercitu, tergis eorum hæsurum. Et opprimi poterant; si hinc Hordeonius, inde Gallus, motis utrimque copiis, medios clausissent. Flaccus omisit inceptum: aliisque litteris Gallum monuit, ne terreret abeuntes. Unde suspicio, sponte Legatorum excitari bellum; quin cuncta quæ acciderant, aut metuebantur, non inertia militis, neque hostium vi; sed fraude Ducum evenire.

XX. Batavi, cum castris Bonnensibus propinquarent, præmisere qui Herennio Gallo mandata cohortium exponerent: Nullum sibi bellum adversus Romanos, pro quibus totiens bellassent. longa atque irrita militia fessis, Patriæ, atque otii, cupidinem esse. Si nemo obsisteret, innoxium iter fore; sin arma occurrant, ferro viam inventuros. Cunctantem Legatum milites perpulerant, fortunam prælii experiretur. Tria (a) *millia legionariorum, & tumultuariæ Belgarum cohortes, simul paganorum, lixarumque, ignava, sed procax ante periculum, manus, omnibus portis erumpunt; ut Batavos, numeros impares, circumfundant. Illi, veteres militiæ, in cuneis congregantur, densi undique, & frontem, tergaque, ac latus, tuti. Sic tenuem aciem nostrorum perfringunt. Cedentibus Belgis, pellitur Legio, & vallum, portasque, trepidi petebant. Ibi plurimum cladis: cumulatæ corporibus fossæ: nec cæde tantum & vulneribus; sed ruina, & suis plerique telis, interiere. Victores, Colonia Agrippinensium vitata, nihil ceteri in itinere hostile ausi, Bonnense prælium excusabant; tamquam petita pace, postquam negabatur, sibimet ipsi consuluissent.*

to, e fatto ricredere da' medesimi che l' aveano consigliato; scrisse, quasi volesse seguitarli, ad Erennio Gallo Legato della legion Prima, alloggiato in Bonna: Che non li lasciasse passare, e che sarebbe loro alle spalle. E li avrebber disfatti, se Ordeonio, e Gallo, li si coglievano con lor gente in mazzo. Ma Flacco variò, e riscrisse a Gallo: che li lasciasse andare. Onde si suspicò nutrire i Capi la guerra: e per loro cattività, non per difetto de' soldati, nè per forza de' nemici, essere ogni male avvenuto, e avvenire.

XX. Appressandosi i Batavi alli alloggiamenti di Bonna, mandaron a dire a Gallo: Non aver guerra alcuna co' Romani, per cui tante volte aveano combattuto: stracchi per sì lunga, e disutile milizia andarsene a casa a riposare: non impediti, passerebbon quieti: dovendo venire all' armi, troverebbero la via col ferro. Dubitando il Legato, fu spinto da' soldati a tentar la battaglia. Escono delle porte tremila soldati di Legione, alcune compagnie di Belgi fatte in furia, e una mano di Vitelliani, e saccomanni poltroni, e innanzi al cimento insolenti: e vogliono i Batavi di minor numero circondare. Essi, che pratichi soldati erano; si ristringono in puntoni in fronte, fianchi, e spalle forti, e sicuri. così rompono la sottile ordinanza de' nostri. Fuggendo i Belgi, la Legione fu smossa: e fuggivansene allo steccato, e alle porte. Quivi fu la mortalità: colmaronsi i fossi di corpora, nè solamente di ferro, e ferite, ma di rovina, e di loro armi medesime morirono molti. Scansata Colonia Agrippina, i vincitori seguitarono il lor viaggio senza fare altro danno; scusandosi del conflitto di Bonna: Che avevano chiesto pace: e poichè fu negata, pensato al fatto loro.

Suos tamen in verba Vespasiani adegit Civilis, ut ostilia velaret.

XXI. Civilis, adventu veteranarum cohortium, iussi iam exercitus Dux, sed consilii ambiguus, & vim Romanam reputans; cunctos qui aderant, in ver-

XXI. Civile, arrivate le vecchie coorti, diventò Capitano di giusto esercito. ma stando intraddue, e ponderando la Romana potenza; fece a tut-

Pure i suoi Civile fa giurare a Vespasiano per mascherarsi.

(a) Si diminuile avea già Vitellio queste Legioni, ch' erano la metà di meno, anzi anco sotto alla metà, di quello che dovevano essere.

verba Vespasiani adigit : mittitque Legatos ad duas Legiones, quæ priore acie pulsæ, in Vetera Castra concesserant ; ut idem sacramentum acciperent. Redditur responsum : Neque proditoris, neque hostium, se consiliis uti. esse sibi Vitellium Principem, pro quo fidem, & arma, usque ad supremum spiritum retenturos ; proinde perfuga Batavus arbitrum rerum Romanarum ne ageret, sed meritas sceleris pœnas exspectaret. Quæ ubi relata Civili, incensus ira, universam Batavorum Gentem in arma rapit. Iunguntur Bructeri, Tencterique : & excita nuntiis Germania, ad prædam, famamque.

Statimque Veteta obsidet.

XXII. *Adversus has belli concurrentis minas, Legati Legionum, Mummius Lupercus, & Numisius Rufus, vallum, murosque, firmabant : subversa longæ pacis opera, haud procul castris in modum municipii* (a) *exstructa, ne hostibus usui forent. Sed parum provisum, ut copiæ in castra conveherentur : rapi permisere. ita paucis diebus per licentiam absumpta sunt quæ adversus necessitates in longum sufficissent. Civilis medium agmen cum robore Batavorum obtinens ; utramque Rheni ripam, quo truculentior visu foret, Germanorum catervis complet, adsultante per campos equite. Simul naves in adversum Amnem agebantur. Hinc veteranarum cohortium signa, inde depromptæ silvis, lucisque, ferarum imagines, ut cuique Genti inire prælium mos est ; mixta belli civilis externique facie obstupefecerant obsessos. & spem oppugnantium augebat amplitudo valli, quod duabus Legionibus situm, vix quinque millia armatorum Romanorum tuebantur ; sed lixarum multitudo, turbata pace illuc congregata, & bello ministra aderat.*

XXIII. *Pars castrorum, in collem leniter adsurgens, pars æquo adibatur ; quippe illis hibernis obsideri premique Germanias Augustus crediderat : neque unquam id malorum, ut oppugna-*

tutti i presenti giurar fedeltà a Vespasiano : e mandò Ambasciadori alle due Legioni scacciate nella prima battaglia, e ricoverate nel Campo Vecchio per lo medesimo giuramento. Risposero : Che non volevan consigli di traditore, nè di nimici ; Vitellio esser lor Principe, e per lui terrebbon fede, e armi sino all'ultimo spirito : non facesse 'l fuggitivo Batavo l'arbitro delle cose Romane ; ma aspettasse di sua fellonia degno gastigo. Acceso d'ira di tal risposta, arma tutta la gente Batava in caccia e 'n furia. Collegasi co' Brutteri, co' Tenteri : e levasi la Germania al grido, alla preda.

E tosto occupa il Campo Vecchio.

XXII. Contro a tanto romor di guerra da ogni banda, Mummio Luperco, e Numisio Rufo, Legati di quelle Legioni, fortificano steccato, e mura : rovinano i borghi presso al Campo, edificati per la lunga pace come terre, perchè non servissero a' nimici. Non fu avvertito a riporre i viveri in Campo : lasciaronli rubare : e fu straziato in pochi dì quello, che sarebbe bastato molto tempo alla necessità. Civile, messosi nel mezzo della battaglia col fiore de' suoi Batavi ; empiè le rive del Reno di Germani, per far vista terribile : nel piano fa scorrere i cavalli : e le navi venire all'insù. Di qua mette soldati vecchi : di là altre Nazioni con loro insegne innanzi in forme diverse, secondo che ciascuna usa, di fiere di loro boschi, e foreste : mettendo, con mostra di guerra civile, e di straniera, terrore nelli assediati ; dove a' suoi cresceva la speranza il giro delli alloggiamenti, fatto per due Legioni, e non v'era cinque mila armati : ma moltitudine di gente, che servono il Campo, concorsavi per la rotta pace.

XXIII. L'alloggiamento era parte in piano, parte saliva alquanto ; perchè Augusto con esso a ridosso credeva tener le Germanie in cervello : nè pensò mai tanta sciagura, che quelle

si

(a) Innanzi al Campo eran quelli che Festo chiama *procestria*, cioè un posto ove non i soli bagaglioni, e gli altri che servivano all' esercito, ma mercatanti anco, e bottegai ricettavansi per esservi al coperto. Simili edifizj per lunga pace s'erano ampliati tanto, che facevano come un municipio.

gnatum ultro Legiones nostras venirent. Inde non loco, neque munimentis, labor additus; vis, & arma, satis placebant. Batavi, Transrhenanique, quo discreta virtus manifestius spectaretur, sibi quæque Gens consistunt, eminus lacessentes. Post, ubi pleraque telorum turribus, pinnisque mœnium, irrita hærebant, & desuper saxis vulnerabantur; clamore, atque impetu, invasere vallum, appositis plerique scalis, alii per testudinem suorum. scandebantque iam quidam; cum gladiis, & armorum incussu, præcipitati, sudibus, & pilis obruuntur, præferoces initio, & rebus secundis nimii. sed tum prædæ cupidine, adversa quoque tolerabant. Machinas etiam, insolitum sibi, ausi: nec ulla ipsis sollertia. Perfugæ, captivique, docebant struere materias in modum pontis, mox subiectis rotis propellere; ut alii superstantes, tamquam ex aggere præliarentur: pars intus, occulti muros subruerent. Sed excussa balistis saxa, stravere informe opus: & crates, vineasque, parantibus, adactæ tormentis ardentes hastæ: ultroque ipsi oppugnatores ignibus petebantur; donec, desperata vi, verterent consilium ad moras, haud ignari, paucorum dierum inesse alimenta, & multum imbellis turbæ. Simul ex inopia proditio, & fluxa servitiorum fides, ac fortuita belli sperabantur.

Hordeonius Flaccus, seditione conflictatus, summam rerum Voculæ permittit. Adfluunt Gallorum auxilia.

XXIV. *Flaccus interim, cognito castrorum obsidio, & missis per Gallias qui auxilia concirent; lectos e Legionibus Dillio Voculæ Duodevicesimæ legionis Legato tradit, ut quam maximis per ripam itineribus celeraret. Ipse pavidus torpere, invisus militibus; neque enim ambigue fremebant: Emissas a Magontiaco Batavorum cohortes, dissimulatos Civilis conatus, adsciri in societatem Germanos. non Primi Antonii, neque Muciani ope Vespasianum magis adolevisse; aperta odia, armaque palam depelli: fraudem & dolum, obscura, eoque inevitabilia. Civilem stare contra, struere aciem; Hordeonium e cubiculo, & lectulo, iubere quidquid hosti conducat. Tot armatas fortissimorum virorum manus, unius Senis valetudine regi. Quin potius interfecto tradito-*

si movessero ad affrontare le nostre Legioni; perciò nè al situar, nè al fortificare, pose gran cura; bastandoli forza, e armi. I Batavi, e quei d'oltre Reno, per meglio mostrare ciascheduna Nazione sua virtù; comparsero separati, e cominciarono a lanciare. Percotendo in vano torri, o mura, e sopra loro piombando sassi; assalirono con grida, e impeto, lo steccato. salgono chi con le scale, chi sopra alle testuggini de' loro. sono con le spade, e targhe precipitati: con pali, e picche trafitti; essendo feroci nel principio: troppo ardenti nelle cose prospere: e allora per l'agonia della preda, sostenevano anco le avverse. Cimentarono anche le macchine a lor nuove, nè saputo usare. I fuggiti, e prigioni, insegnaron loro adattar legnami a guisa di ponte, e con ruote sotto spignerlo, da potervi altri star sopra, e, come da bastioni, combattere: e altri sotto tagliar le mura. Ma le pietre tratte co' mangani nel dificio mal fatto, lo mandaro in fascio. ordinando graticci, e tavole per coprirsi; v' eran lanciate aste ardenti; e li stessi assaltanti col fuoco assaliti. Disperati della forza, si gittaron all' assedio; sapendo esservi da vivere per pochi dì, e molte bocche disutili: e speravasi tradimento per la fame, e dislealtà delli schiavi: o qualche accidente di guerra.

Ordeonio Flacco; da sedizione avvilito sostituisce Vocola. Di qua e di là aiuti Galli.

XXIV. Flacco in questo mezzo, inteso l' assedio del Campo, vi manda Dillio Vocula Legato della legione Ventiduesima col fiore delle Legioni; perchè egli andasse lungo la ripa a grandissime giornate: e spedisce per le Gallie a chiedere aiuti. Egli pauroso, e lento, era in odio a' soldati, che dicevano fuor de' denti: Aver egli lasciati uscir i Batavi di Maganza: chiuso gli occhi agli andamenti di Civile: e chiamare i Germani in suo aiuto. non esser tanto cresciuto Vespasiano, per opera d' Antonio Primo, e Muciano. alle nimicizie, e arme aperte esser riparo: inganno, e froda nascondersi; però non potersi schifare. Civile mostrar il viso, ordinar la battaglia; Ordeonio in camera, e nel letto, comandar l' utile del nimico, tante schiere di fortissimi ar-

re (a) *fortunam, virtutemque suam, malo omine exsolverent. His inter se vocibus instinctos, flammavere insuper allatæ a Vespasiano litteræ, quas Flaccus, quia occultari nequibant, pro concione recitavit: vinctosque qui attulerant, ad Vitellium misit.*

XXV. *Sic mitigatis animis, Bonnam, hiberna Primæ legionis ventum. Infensior illic miles, culpam cladis in Hordeonium vertebat: Eius iussu directam adversus Batavos aciem, tamquam a Magontiaco Legiones sequerentur: eiusdem proditione cæsos, nullis supervenientibus auxiliis. Iguota hæc ceteris exercitibus, neque Imperatori suo nuntiari; cum accursu tot Provinciarum, extingui repens (b) perfidia potuerit. Hordeonius exemplaria omnium litterarum, quibus per Gallias, Britanniamque, & Hispanias, auxilia evabat, exercitui recitavit: instituitque pessimum facinus, ut epistolæ aquiliferis Legionum traderentur, a quis ante militi quam Ducibus legebantur. Tum e seditiosis unum vinciri iubet, magis usurpandi iuris, quam quia unius culpa foret. Motusque Bonna exercitus, in Coloniam Agrippinensem; adfluentibus auxiliis Gallorum, qui primo rem Romanam enixe iuvabant. Mox valescentibus Germanis, pleræque Civitates adversum nos armatæ, spe Libertatis: &, si exuissent servitium, cupidine imperitandi. Gliscebat iracundia Legionum: nec terrorem unius militis vincula indiderant; quin idem ille arguebat ultro conscientiam Ducis, tamquam nuntius inter Civilem, Flaccumque, falso crimine, testis veri opprimeretur. Conscendit tribunal Vocula, mira constantia, prehensumque militem, ac*

mati reggersi da un Vecchio infermo. Che non più tosto uccider quel traditore, e liberar lor fortuna, e virtù, da sì fatto malanno? Riscaldandosi insieme con questi parlari, gl'infiammò una lettera di Vespasiano, che Flacco, non la potendo nascondere, lesse in parlamento: e mandò prigioni a Vitellio gli apportatori.

XXV. Così mitigati gli animi, s'andò a Bonna, alloggiamento della legion Prima. Il luogo accrebbe l'ira; e di quella sconfitta incolpavano Ordeonio, che gli avea fatti combatter co' Batavi, con intenzione, che di Maganza verrebbero le Legioni in aiuto: e, per non esser venute, gli aveva traditi, e disfatti. che gli altri eserciti, nè l'Imperadore, non sapevano queste cose; chè sarebbon corsi i vassalli al riparo della nascente perfidia. Ordeonio lesse all'esercito le copie delle lettere scritte in Gallia, Britannia, e Spagna, chiedendo aiuti: e mise pessima usanza, di dar le lettere alli alfieri delle legioni a legger a' soldati prima che a' Capitani. Allora fece legare uno de' fastidiosi; più per mantenersi l'autorità, che per aver peccato quel solo. E mosse l'esercito da Bonna in Colonia Agrippina; concorrendovi aiuti di Galli, che prima a lor potere aiutavano i Romani. poscia avanzandosi i Germani, molti Popoli ci presero l'armi contro, sperando Libertà: e dopo questa, dominio. Cresceva la collora de' soldati: e non aveva il legar un solo messo terrore; anzi perciò si credeva, costui portasse le ambasciate tra Flacco, e Civile: e perchè non potesse dir questo vero, gli apponesse il falso. Vocula salì in su 'l tribunale, e con forte animo il soldato preso, e gridante, comando menarsi al suppli-

zio.

(a) Brotier vuole che si legga qui *traditeve*, cioè, consegnato a' nemici, co' quali si diceva ch' avesse fatto lega. La parola *Traditor*, dice egli, non è usata da veruno antico Scrittor latino, ma solo molti secoli dopo da Scrittori cristiani, che non possono far testo di lingua, essa già allora barbara. M' è piaciuto su tal vocabolo consultare il Forcellini alla voce *Traditor*, il quale altro sesto non cita che questo *traditori* di Tacito; ma aggiugne: *Vossius & Acidal. suspicantur corruptam esse vocem, & legendum* traditove; e veramente stando egualmente bene per il senso *traditove*, e non usandosi il *Traditor* in senso di *traditore* da Autor antico latino; è da stare al sentimento di Brotier.

(b) In iscambio di *eccens*; voce latina familia e a Tacito, come si vede spesso spesso nelle sue opere.

ac vociferantem, duci ad supplicium iussit. & dum mali pavent, optimus quisque iussis paruere. Exin, consensu Ducem Voculam posceutibus, Flaccus summam rerum ei permisit.

Herennius Gallus, in partem curarum Vocula additus, re infeliciter gesta, verberatur. Nova seditio.

XXVI. *Sed discordes animos multas efferabant; inopia stipendii frumentique: & simul delectus, tributaque, Galliæ adspernantes: Rhenus, incognita illi cælo siccitate, vix navium patiens: artis commeatus: dispositæ per omnem ripam stationes, quæ Germanos vado arcerent; eademque de caussa minus frugum, & plures qui consumerent. Apud imperitos prodigii loco accipiebatur ipsa aquarum penuria; tamquam nos Amnes quoque, & vetera Imperii munimenta, desererent. quod in pace, Fors, seu Natura; tunc Fatum, & ira Dei, vocabatur. Ingressis Novesium, Tertiadecima legio coniungitur. Additur Voculæ in partem curarum Herennius Gallus, Legatus: neo ausi ad hostem pergere; loco, Gelduba nomen est, castra fecere. Ibi struenda acie, muniendo valloque, & ceteris belli meditamentis militem firmabant. utque præda ad virtutem accenderetur; in proximos Gugernorum pagos, qui societatem Civilis acceperant, ductus a Vocula exercitus. Pars cum Herennio Gallo permansit.*

XXVII. *Forte navem, haud procul castris, frumento gravem, cum per vada hæsisset, Germani in suam ripam trahebant. Non tulit Gallus, misitque subsidio cohortem. auctus & Germanorum numerus: paulatimque aggregantibus se auxiliis, acie certatum. Germani, multa cum strage nostrorum, navem abripiunt. Victi (quod tum in morem verterat), non suam ignaviam, sed perfidiam Legati, culpabant. Protractum e tentorio, scissa veste, verberato corpore: quo pretio, quibus conscriis, prodidisset exercitum, dicere iubent. Redit in Hordeonium invidia. Illum auctorem sceleris, hunc ministrum vocant; donec exitium minitantibus exterritus, proditionem & ipse Hordeonio obiecit: vinctusque, adventu demum Voculæ, exsolvitur. Is postera die, auctores seditionis morte adfecit. Tanta illi exercitui diversitas inc-*

XXVI. Ma que' discordi animi s'imbestialivano per più conti; mancavano le paghe, e 'l grano: le Gallie non volevano dar soldati, nè tributo: il Reno, non più veduto sì basso, mal si potea navigare: eravi carestia di viveri: guardie per tutta la riva, per non lasciar passar a guazzo i Germani; il che cagionava più bocche, e meno da mangiare: i semplici si recavano la mancata acqua a ubbia, che insino a' fiumi, e l'antiche difese dell'Imperio, ci abbandonassero. quello che nella pace si dice caso, o Natura; allora si diceva destino, o ira d'Iddio. Entrati in Novesio, si unirono con la legione Tredicesima: e il Legato Erennio Gallo fu con Vocula compagno al governo. E non s'assicurando d'affrontare il nimico; posero il Campo nel luogo detto Gelduba. Quivi col mettere in ordinanza, fortificare, bastionare, e altri esercizj da guerra, facevan buoni i soldati, e per adescarli a virtù con la preda; Vocula condusse l'esercito ne' vicini villaggi de' Gugerni, collegatisi con Civile, lasciatone parte con Erennio.

Erennio Gallo a parte delle cure da Vocula chiamato, riuscito il male l'affare, è scopato: nuovo tumulto.

XXVII. Una nave di grano era per sorte arenata non lungi dal Campo: i Germani la tiravano alla lor proda. Erennio mandò una coorte per difenderla. Vennervi più Germani: e a poco a poco cresciuti aiuti, si combattè. I Germani con molta strage de' nostri presero la nave. I vinti (come s'eran fatto uso) non la davano a loro poltroneria; ma a perfidia del Legato. Tiranlo fuori del padiglione, straccian-gli i panni, domandangli a suon di bastone: per quanti danari, con qua' compagni avea tradito l'esercito. Tornano a maladire Ordeonio, lui autore, costui ministro del tradimento: egli per paura della morte minacciara, anch'egli, disse, averli traditi. Ordeonio fu legato: e, alla venuta di Vocula, sciolto; il quale il di seguente ammazzò i capi della sedizione. Tanto diversamente era quello esercito licen-

inerat, licentiæ, patientiæque. Haud dubie gregarius miles, Vitellio fidus: splendidissimus quisque, in Vespasianum proni. Inde scelerum, ac supplicium, vices: & mixtus obsequio furor; ut contineri non possent, qui puniri poterant.

Germani prædas e Gallis agunt.

XXVIII. *At Civilem immensis auctibus universa Germania extollebat; societate nobilissimis obsidum firmata. Ille, ut cuique proximum, vastari Vbios, Treverosque, & alia manu Mosam amnem transire iubet; ut Menapios, & Morinos, & extrema Galliarum, quaterent. Actæ utrobique prædæ, infestius in Vbiis, quod Gens Germanicæ originis, eiurata Patria, Romanorum nomine Agrippinensesset vocarentur. Cæsæ cohortes eorum, in vico Marcoduro, incuriosius agentes; quia procul ripa aberant. Nec quievere Vbii, quominus prædas e Germania peterent: primo impune: dein circumventi sunt; pee. omne id bellum meliore usi fide quam Fortuna. Contusis Vbiis; gravior, & successu rerum ferocior, Civilis, obsidium Legionum urgebat; intentis custodiis, ne quis occultus nuntius venientis auxilii penetraret. Machinas, molemque operum, Batavis delegat: Transrhenanos prœlium poscentis, ad scindendum vallum ire, detrusosque redintegrare certamen, iubet; superante multitudine, & facili damno: nec finem labori nox attulit.*

I Germani depredano i Galli.

XXVIII. Ma Civile ogni dì avanzandosi per grandissimi aiuti, che gli piovevano da tutta Germania, stabilita la lega con nobilissimi statichi; comandò ad ogni vicino dare il guasto alli Vbj, e Treveri: e parte passar la Mosa per intenebrare li Menapi, e' Morini, e' confini della Gallia. Furon fatte prede per tutto: nelli Ubj crudelissime, per chiamarsi Agrippinensi, essendo Germani: e rinegar la Patria per lo nome Romano. Tagliarono a pezzi lor genti nel borgo di Marcoduro, alloggiate con poca cura, per esser discosto alla riva. Nè si stettero essi Vbj di non predar la Germania: prima a man salva, poi furon colti in mezzo: ed ebbero in tutta questa guerra più fede che Fortuna. Battuti gli Vbj; Civile, diventato maggiore, e per li successi più fiero; stringeva l' assedio delle Legioni cinte di più guardie, perchè avviso non penetrasse del vegnente soccorso. Lascia la cura degl' ingegni, e lavorj a' Batavi: a quelli d'oltre Reno chiedenti l'assalto, commette che vadino a rompere le trincee: e essendo ributtati, comanda, che ritornino; essendovi gente troppa, e vile il danno, la notte non fermò la fatica.

Varie Germanos inter & Romanos certamina.

XXIX. *Congestis circum lignis, accensisque, simul epulantes; ut quisque vino incaluerat, ad pugnam temeritate inani ferebantur. Quippe ipsorum tela, per tenebras vana. Romani conspicuam barbarorum aciem, & si quis audacia aut insignibus effulgens, ad illum destinabant. Intellectum id Civili: & restincto igne, misceri cuncta tenebris & armis iubet. Tum vero strepitus dissoni, casus incerti: neque feriendi, neque declinandi providentia. Vnde clamor acciderat, circumagere corpora, tendere arcus: nihil prodesse virtus, Fors cuncta turbare: ignavorum sæpe telis fortissimi cadere. Apud Germanos, inconsul-*

Varie zuffe tra Germani, e Romani.

XXIX. Portanvi legne intorno, e l' accendono: levansi da mangiare: e, secondo ch'eran caldi dal vino, corrono a combattere all' impazzata; tirando a vanvera nel buio, e i Romani a mira nell' oste allumato: e scoprendosi alcuno apparente per addobbamento, o per ardire, te l' imberciavano. Civile sen' accorse: e fece spegnere i fuochi, e ogni cosa confondere d'armi, e di tenebre. Quivi pazzi strepiti, strani casi: non si sapeva dove ferire, nè come riparare: alle grida si correva, o frecciava: non valeva virtù; ma turbava tutto Fortuna: cadevano spesso di fortissimi per mani vilissime. Ne' Germani era imprudenza;

sulta ira; Romanus miles periculorum gnarus, ferratas sudes, gravia saxa, non forte iaciebat. Ubi sonus molientium, aut oppositæ scalæ, hostem in manus dederant; propellere umbone, pilo sequi: multos in mœnia egressos, pugionibus fodere. Sic exhausta nocte, novam aciem dies aperuit.

za; i Romani, come pratichi, avventavano bastoni col ferro, gran sassi, non al vento. Dove sentivano batter le mura, o appoggiare scale; facevano i nemici con le targate cadere: e seguitavanli con lanciotti: molti saliti in su le mura ferivano con pugnali. Così consumata la notte, a giorno apparì nuova foggia di combattere.

Auxilia Gallorum, nuntiato Cremonensi prœlio, a Vitellio deseiscunt. Dictum quoque ab Hordeonio Flacco Vespasiani sacramentum.

XXX. *Eduxerant Batavi turrim, duplici tabulato, quam Prætoriæ portæ (is æquissimus locus) propinquantem, promoti contra validi asseres, & incussæ trabes perfregere, multa superstantium pernicie. pugnatumque in perculsos, subita & prospera eruptione. simul a legionariis, peritia & arte præstantibus, plura struebantur. Præcipuum pavorem insulit suspensum & nutans machinamentum* (a), *quo repente demisso præter suorum ora singuli pluresve hostium sublime rapti, verso pondere, intra castra effundebantur. Civilis omissa oppugnandi spe, rursus per otium adsidebat; nuntiis & promissis fidem Legionum convellens.*

XXX. Avevano i Batavi rizzato una torre a due solai, la quale accostata alla porta Pretoria, luogo pianissimo, fu co' tavoloni e travi battuta, fracassata, con mortalità di chi v'era sopra. e usciti fuora fecero co' nemici sbattuti, subita, e prospera scaramuccia. e da' legionarii di più sottigliezza, e arte, si ordinavano altri ingegni. Spaventoso fu uno strumento sospeso in bilico, che di repente abbassato tirava su, a loro occhi veggenti, uno, o più de' nemici, e scagliavali, rivoltato il peso, nel Campo. Civile perduta la speranza d'averle per forza, vi si stava ozioso; tentando con ambasciate, e promesse le Legioni nella fede.

I Galli aiuti udito il caso di Cremona lasciano Vitellio. Anco Ordeonio Flacco giura a Vespasiano.

XXXI. *Hæc in Germania ante Cremonense prœlium gesta; cuius eventum litteræ Primi Antonii docuere, addito Cæcinæ edicto. & Præfectus cohortis e victis, Alpinus Montanus, Fortunam partium præsens fatebatur. Diversi hinc motus animorum. Auxilia e Gallia, quis nec amor, nec odium in partes, militia sine affectu; hortantibus Præfectis, statim a Vitellio deseiscunt. vetus miles cunctabatur; sed, adigente Hordeonio Flacco, instantibus Tribunis, dixit sacramentum, non vultu neque animo satis affirmans: & cum cetera iurisiurandi verba coniperent, Vespasiani nomen, hæsitantes, aut levi murmure, & plerumque silentio, transmittebant.*

XXXI. Queste cose seguirono in Germania innanzi alla giornata di Cremona, saputasi per lettere d' Antonio Primo, e bando di Cecina, e per l' appunto di bocca di Alpino Montano uno de' Prefetti vinti. Quindi nacquero diversità d' animi. Gli aiuti di Gallia, che non aveano nè amore, nè odio alla parte; subitamente di consiglio de' Capi si ribellano da Vitellio. i soldati vecchi nicchiano; pure, mossi da Ordeonio Flacco, e stimolati da' Tribuni, gli fecero omaggio: ma con mal viso, e animo, e con l' altre parole del giuramento spiccate, ma a stento, o tra i denti, o lasciato quel nome di Vespasiano.

Tum Montano

XXXII. *Lectæ deinde pro concione epi-*

XXXII. Furon lette in parlamento le

(a) Inventore di questa macchina fu l'immortale Archimede in occasione dell' assedio di Siracusa fatt da Marcello, come è descritto in Polibio VIII. pag. 517. Era questa macchina tante mani di ferro, che traevano in su i soldati con tutte l' arme, e ne faceano scempio. L' artifizio di quella è da leggersi nel citato passo di Polibio. Il celebre Trewleben nel Secolo passato, ad imitazione delle mani di ferro d' Archimede, colla stessa arte da vascelli sommersi da gran tempo, e sepolti in fondo al mare trasse su cannoni, gran copia d' argento in pasta e coniato &c. Vedi Van-Leon, *Histoire Métallique des XIII. Provinces des Pays Bas*. Tom. II. pag. 457.

tanus ad Civilem mittitur, ut eum a bello retrahat. Ipse Montanum, paratum in res novas, ad bellum impellit.

epistolæ Antonii ad Civilem, suspiciones militum irritavere; tamquam ad socium partium scriptæ, & de Germanico exercitu hostiliter. Mox adlatis Geldubam in castra nuntiis, eadem dicta factaque: & missus cum mandatis Montanus ad Civilem; ut absisteret bello, neve externa armis falsis velaret. si Vespasianum iuvare aggressus foret, satisfactum cœptis. Ad ea Civilis, primo callide: post, ubi videt Montanum præferocem ingenio, paratumque in res novas; orsus a questu periculisque quæ per quinque & viginti annos in castris Romanis exhausisset: „ Egregium", inquit, „ pretium laboris cepi, necem „ Fratris, & vincula mea, & sævissimas huius exercitus voces, quibus ad supplicium petitus, iure „ Gentium pœnas reposco. Vos autem „ Treveri, ceteræque servientium animæ, quod pretium effusi totiens „ sanguinis expectatis, nisi ingratam militiam, immortalia tributa, virgas, secures, & dominorum ingenia? En ego Præfectus unius cohortis, & Canninefates, Batavique, exigua Galliarum portio, vana illa castrorum spatia excidimus, „ vel septa ferro, fameque, premimus. Denique ausos aut Libertas „ sequetur: aut victi iidem erimus". Sic accensum, sed molliora referre iussum, dimisit. Ille, ut irritus legationis rediit, cetera dissimulans, quæ mox erupere.

mandasi a Civile per tirarlo da guerra: questi trae lui portato a novità.

le lettere d' Antonio a Civile, le quali insospettirono i soldati, quasi scritte a uno di sua fazione, e che di loro trattavan, come di nimici. Queste nuove vennero a Gelduba in Campo: e le cose medesime vi furon dette, e fatte: e mandato Montano a dire a Civile, che posasse l' armi straniere coperte con la maschera nostra. Se egli aveva inteso giovare a Vespasiano; bastare il già fatto. Civile rispose prima con astuzie: poi considerato, quanto Montano era di natura feroce, e pronto a novità; dolutosi delle sue fatiche, e pericoli di venticinque anni nel Campo romano: „ Belli meriti", disse, „ ora ne ricevo, la morte di mio Fratello, e le catene mie, „ e le crudelissime voci di questo esercito, che mi chiamava al supplizio, delle quali io cerco giusta vendetta. E voi, Treveri, e altre anime schiave, che guiderdone aspettate del vostro tante volte sparso „ sangue, se non milizia misgradita, „ tributi sempiterni, verghe, mannaie, e pazzi cervelli di padroni? „ Ecco che io con una sola coorte, „ e li Canninefati, e Batavi, uno „ spicchio di Gallia, abbiamo que' voti „ spazj d' alloggiamenti abbattuti: ovvero li stringhiamo con fame, e „ ferro. Il nostro ardire o ci farà „ Liberi: o vinti, saremo i medesimi". Così l' accese, e licenziò: ma disse, non facesse l' ambasciata così risentita. Montano tornò, come senza conchiusione: l' altre cose, che poi scoppiarono, dissimulò.

Mox adversa Vocula partem copiarum mittit. Prælia Germanis primo, dein Romanis prospera.

XXXIII. *Civilis, parte copiarum retenta, veteranas cohortes, & quod e Germanis maxime promptum, adversus Voculam, exercitumque eius, mittit, Iulio Maximo, & Claudio Victore Sororis suæ Filio, Ducibus. Rapiunt in transitu hiberna alæ Asciburgii sita: adeoque improvisi castra involavere; ut non adloqui, non pandere aciem, Vocula potuerit. Id solum, ut in tumultu, monuit, subsignano* (a) *milite media*

XXXIII. Civile, ritenutasi parte delle genti, mando i vecchi soldati, e il meglio de' Germani contro a Vocula sotto Giulio Massimo, e Claudio Vittore Figliuolo di sua Sorella. Rapiscono in passando gli alloggiamenti d' una banda di cavalli in Asciburgo sì fulminanti, che Vocula non ebbe agio di esortare, nè di mettere in battaglia. Solamente in quella furia mise nel mezzo soldati d' insegne: e d' intorno gli aiu-

Parte della truppa attacca contro Vocola. Battaglie a' Germani, poi a' Romani prospere.

(a) *Subsignano*, intende Brotier i soldati scelti dalle Legioni, de' quali si fa parola sopra al Cap. 24. se n' è parlato anco nel Lib. I. di queste Storie al cap. 70.

dia firmare: auxilia passim circumfusa sunt. Eques prorupit, exceptusque compositis hostium ordinibus; terga in suos vertit. cædes inde, non prælium. & Nerviorum cohortes, metu, seu perfidia, latera nostrorum nudavere. Sic ad Legiones perventum: quæ, amissis signis, intra vallum sternebantur; cum repente, novo auxilio, Fortuna pugnæ mutatur. Vasconum lectæ a Galba cohortes, ac tum accitæ, dum castris propinquant, audito prœliantium clamore; intentos hostes a tergo invadunt, latioremque, quam pro numero, terrorem faciunt; aliis a Novesio, aliis a Magontiaco universas copias advenisse credentibus. Is error Romanis addit animos: & dum alienis viribus confidunt, suas recepere. Fortissimus quisque e Batavis quantum peditum erat, funduntur: eques evasit, cum signis, captivisque, quos prima acie corripuerant. Cæsorum eo die, in partibus nostris, maior numerus & imbellior; e Germanis, ipsa robora.

XXXIV. *Dux uterque, pari culpa meritus adversa, prosperis defuere. Nam Civilis, si maioribus copiis instruxisset aciem; circumiri a tam paucis cohortibus nequisset: caseraque perrupta excidisset. Vocula, nec adventum hostium exploravit; eoque simul agressus, victusque. Dein victoriæ parum confisus, tritis frustra diebus, castra in hostem movit. quem si statim impellere, cursumque rerum sequi maturasset; solvere obsidium Legionum eodem impetu potuisset. Tentaverat interim Civilis obsessorum animos; tamquam perditæ apud Romanos res, & suis victoria provenisset. Circumferebantur signa, vexillaque: ostentati etiam captivi. ex quibus unus, egregium facinus ausus, clara voce gesta patefecit, confossus illic a Germanis; unde maior indici fides. Simul vastatione, incendiisque, flagrantium villarum, venire victorem exercitum intelligebatur. In conspectu castrorum constitui signa, fossamque, & vallum circumdari, Vocula iubet; ut depositis impedimentis, sarcinisque, expediti certarent. Hinc in Ducem clamor pugnam poscentium; & minari adsuerant. Ne tempore quidem ad ordinandam aciem*

aiuti. La cavalleria investì, e le fu risposto da' nimici ben ordinati. voltò le spalle per tornar a' suoi: e quivi si fece carne, non battaglia. Gli aiuti Nervj, o codardi, o traditori, lasciarono ignudi i nostri fianchi. Vennesi alle Legioni, le quali, perdute le insegne, erano uccise dentro allo steccato; ma subitano aiuto mutò Fortuna. Venivan chiamati que' Guasconi già scelti da Galba: e appressandosi agli alloggiamenti, udite le grida della zuffa; assaliscon di dietro i nimici occupati: e li spaventano più che il numero non chiedea; credendo, chi da Novesio, chi da Maganza, comparso ogni resto. Questo errore accrebbe animo a' Romani: e mentre sperano nelle forze altrui, ripiglian le loro. Tutti i pedoni Batavi andarono in rotta: i cavalieri con le insegne, e prigioni della prima battaglia scamparono; mentre morinne quel giorno più de' nostri, e i peggiori: de' Germani, i migliori.

XXXIV. L'uno, e l'altro Capitano con pari colpa si fece il male, e non seppe valersi del bene. Imperocchè, se Civile faceva più grossa oste; non era da così pochi circondata, e disfaceva il Campo già fracassato. nè Vocula la venuta de' nimici spiò; onde subito che uscì fuori, fu vinto. Poi confidando poco nella vittoria, spese in vano più giorni, e poi mosse verso il nimico. chè se lo caricava subito, e seguitava; poteva con quell'impeto levar l'assedio. Civile in questo mentre, tentò gli assediati; come se i Romani fussero distrutti, e i suoi vittoriosi: Portavansi a mostra le nostre insegne, stendali, e prigioni: uno de' quali con arditezza nobile, disse ad alta voce, come il fatto andò: e fu subito ucciso da' Germani, e tanto più creduto. e l'ardere, e guastare le ville era segno, che venisse l'esercito vincitore. Vocula fa piantar le insegne a vista del Campo, e tirar fossa, e steccaro, per mettervi le bagaglie, acciò combattessero più spediti. Il che fu loro occasione di gridar battaglia al Capitano; a minacciarlo già erano soliti. Senza aspettar d' ordinarsi cominciano a combattere stracchi, e scomposti;

capto, incompositi fessique prælium sumpsere; nam Civilis aderat, non minus vitiis hostium, quam virtute suorum fretus. Varia apud Romanos Fortuna: & seditiosissimus quisque ignavus. quidam recentis victoriæ memores, retinere locum, ferire hostem, sequi, & proximos hortari: & redintegrata acie, manus ad obsessos tendere, ne tempori deessent. Illi cuncta e muris cernentes, omnibus portis prorumpunt. Ac forte Civilis lapsu equi prostratus, credita per utrumque exercitum fama, vulneratum, aut interfectum; immane, quantum suis pavoris, & hostibus alacritatis indidit.

essendosi Civile fatto innanzi, confidato non meno de' difetti de' nimici, che nella virtù de' suoi. La Fortuna de' Romani fu varia: i più scandolosi erano i più poltroni: alcuni per la ricordanza della fresca vittoria, non uscivano del luogo, ferivano il nimico: sè, e chi era loro allato rincoravano: e rinnovata la zuffa, le mani sporgevano alli assediati: Che allora era tempo. Essi vedendo dalle mura il tutto, escono da tutte le porte: e per ventura a Civile cadde sotto il cavallo. voce andò per ambi gli eserciti che egli era ferito, o morto; non si direbbe quanto spavento mise a' suoi, e ardire a' nostri.

Vocula male utitur victoria.

XXXV. *Sed Vocula, omissis fugientium tergis, vallum turresque castrorum augebat; tamquam rursus obsidium immineret: corrupta totiens victoria, non falso suspectus bellum malle. Nihil æque exercitus nostros, quam egestas copiarum fatigabat. Impedimenta Legionum cum imbelli turba Novesium missa, ut inde terrestri itinere frumentum adveherent; nam flumine hostes potiebantur. Primum agmen securum incessit, nondum satis firmo Civile. qui, ubi rursus missos Novesium frumentatores, datasque in præsidium cohortes, velut multa pace, ingredi, accepit; rarum apud signa militem, arma in vehiculis, cunctos licentia vagos, compositus invadit: præmissis qui pontes, & viarum angusta, insiderent. Pugnatum longo agmine, & incerto Marte, donec prælium nox dirimeret. Cohortes Geldubam perrexere; manentibus, ut fuerant, castris, quæ relictorum illic militum præsidio tenebantur. Non erat dubium, quantum in regressu discriminis adeundum foret; frumentatoribus onustis, pauculisque. Addit exercitui suo Vocula mille delectos, e Quinta & Quartadecima legionibus apud Vetera obsessis, indomitum militem, & Ducibus infensum. Plures quam iussum erat profecti, palam in agmine fremebant: Non se ultra famem, insidias Legatorum, toleraturos. At qui remanserant, desertos se abducta parte Legionum querebantur. Duplex hinc seditio; aliis revocantibus Vocolam, aliis redire in castra abnuentibus.*

Vocula mal usa della vittoria.

XXXV. Ma Vocula in cambio di seguitar i fuggenti, alzava lo steccato, e le torri del Campo, come aspettasse altro assedio: e per aver guasto la vittoria tante volte, mise sospetto, non falso, di volere che la guerra durasse. Non patendo i nostri più che di fame, si mandarono a Novesio i carriaggi delle Legioni con la turba disutile; per quindi condur frumenti per terra, essendo del Fiume padroni i nimici. Andarono la prima volta sicuri, non essendo Civile ancor ben guarito; ma la seconda, quando intese delle compagnie date per guardia, e che andavano, come in molta pace, radi alle insegne, con l' arme in su carri, tutti licenziosi, e sparsi; gl' investisce ben ordinato, fatto prima pigliar i ponti, e passi stretti. La battaglia fu lunga, e dubbia, e divisa dalla notte. Le coorti se n' andaron a Gelduba, e rimase il Campo in suo essere, guardato da' soldati lasciativi. Nel ritorno s' andava a pericolo manifesto; essendo i frumentieri carichi, e pochi. Vocula chiama al suo esercito mille scelti delle legioni Quinta, e Quattordicesima assediate al Campo Vecchio, soldati superbi, e crucciati co' Capitani. ne venne più numero, e sbuffavano per l' esercito: Che non patirebbero oltre alla fame gl' inganni de' Legati: e quei che rimasero, si dolevano d' esser lasciati da quelli. onde nacque doppio sollevamento; altri richiamavano Vocula, altri non vi volevan tornare.

Civilis Geldubam perrexere.

XXXVI. *Interim Civilis Vetera circum-*

XXXVI. In tanto Civile assediò il Cam-

Civile prende

dubam capit. Inter Romanos discordia. Hordeonium Flaccum interficiunt. Eadem tempestas Voculam ferme perculit.

cumsedit. Vocula Geldubam, atque inde Novesium concessit. Civilis capit Geldubam. Mox haud procul Novesio, equestri prælio prospere certavit. Sed miles, secundis, adversisque, perinde, in exitium Ducum accendebatur. & adventu Quintanorum Quintadecimanorumque auctæ Legiones donativum exposcunt; comperto, pecuniam a Vitellio missam. Nec diu cunctatus Hordeonius, nomine Vespasiani dedit; idque præcipuum fuit seditionis alimentum. effusi in luxum & epulas & nocturnos cœtus, veterem in Hordeonium iram renovant: nec ullo Legatorum, Tribunorumve, obsistere ausо, (quippe omnem pudorem nox ademerat) protractum e cubili interficiunt. Eadem in Voculam parabantur; nisi servili habitu, per tenebras, ignoratus evasisset. Vbi, sedato impetu, metus rediit; centuriones cum epistolis ad civitates Galliarum misere, auxilia, ac stipendia, oraturos.

Campo Vecchio. Vocula andò a Gelduba, e quindi a Novesio. Civile prese Gelduba. Poi presso a Novesio combattè con la cavalleria; ed ebbero il meglio. ma i soldati nostri per le bonacce, come per le tempeste, s' infiammavano contro i Capitani. Arrivate le Legioni Quinta, e Quindicesima, tutti chieggono donativo; sapendo che Vitellio aveva mandato danari. Nè Ordeonio tardò a darlo a nome di Vespasiano; e fu nutrimento alla sollevazione. datisi a spendere, e sgavazzare, e far la notte ragunate; rinnuovano contro a Ordeonio l' ira. e non avendo nè Legato, nè Tribuno, ardire di tenerli; perchè la notte cuopre vergogna, lo tiron fuor del letto, e l' uccidono. L' appiccavano anche a Vocula; se travestito da schiavo, di notte cheto non iscappava. Fermò la furia, e tornò 'l timore. Mandano centurioni con lettere per le comunità delle Gallie, a chieder gente, e danari.

de Gelduba. Romani in discordia: uccidono Ordeonio Flacco. Lo stesso nembo Vocula per poco non assorbe.

Magontiacum obsessum. Treveri nunc fidi, mox rebelles.

XXXVII. *Ipsi (ut est vulgus sine rectore præceps, pavidum, socors), adventante Civile, raptis temere armis, ac statim omissis, in fugam vertuntur. Res adversæ discordiam peperere; iis qui e superiore exercitu erant, caussam suam dissociantibus. Vitellii tamen imagines, in castris, & per proximas Belgarum Civitates, repositæ; cum iam Vitellius occidisset. Dein mutati in pœnitentiam Primani, Quartanique, & Duodevicesimani; Voculam sequuntur. apud quem, resumpto Vespasiani sacramento, ad liberandum Magontiaci obsidium ducebantur. Discesserant obsessores, mixtus ex Cattis, Vsipiis, Mattiacis exercitus, satietate prædæ, nec incruenti. In via dispersos & nescios miles noster invaserat. Quin & loricam, vallumque, per fines suos Treveri struxere: magnisque invicem cladibus cum Germanis certabant; donec egregia erga Populum Romanum merita, mox rebelles, fœdarent.*

XXXVII. Sentendo che Civile s' avvicina (come il volgo senza Capo è precipitoso, pauroso, sconsiderato); piglion l' arme alla peggio, lascianle subito, e fuggonsi. L' avversità generò discordia; perchè quelli dell' esercito di sopra non concorsero. Pure in Campo, e per le terre Belge vicine, furon riposte le statue di Vitellio, quando egli era già rovinato. Poi ripentiti quei della Prima, Quarta, e Diciottesima, seguitan Vocula; il quale fattili ridar giuramento a Vespasiano, li menava a liberare dall' assedio Maganza. Ma li assedianti, cioè mescolati Catti, Vsipj, e Mattiaci, s' eran partiti sazj di preda, e non senza sangue. Così sparsi, e sicuri li affrontarono i nostri. e i Treveri avevano alle loro frontiere cortina, e steccato, e combattevano co' Germani con molto sangue; sino a che non guastarono quanto aveano meritato col Popol Romano, ribellandosi.

Maganza assediata. Treuiresi da fidi, ribelli.

Interim in Vrbe falsi ab Africa pavores.

XXXVIII. *Interea Vespasianus iterum, ac Titus, Consulatum absentes inierunt; mœsta & multiplici metu suspensa Civitate, quæ super instantia mala, falsos pavores induerat: Descivisse Africam, res novas moliente L. Pisone. is præerat Provinciæ, ne-*

XXXVIII. Presero in questo mentre Vespasiano il secondo Consolato, e Tito il primo, assenti; essendo Roma mesta, e piena di molte paure, ancor d' una falsa: Che l' Africa s' era ribellata; macchinando novità L. Pisone, che v' era a governo, uomo di

Falsi timori d' Africa in Roma.

nequaquam turbidus ingenio. sed quia naves sævitia hiemis prohibebantur, vulgus alimenta in dies mercari solitum, cui una ex Republica annonæ (a) cura, clausum litus, retineri commeatus dum timet, credebat; augentibus famam Vitellianis, qui studium partium nondum posuerant: nec victoribus quidem ingrato rumore, quorum cupiditates externis quoque bellis inexplebiles, nulla unquam civilis victoria satiavit.

Domitianus Prætor. Potentia Antonii Primi a Muciano infracta.

XXXIX. *Kal. Ianuariis, in Senatu, quem Iulius Frontinus Prætor Urbanus vocaverat, Legatis, exercitibusque, ac Regibus, laudes gratesque, decretæ. & Tertio Iuliano Prætura, tamquam transgredientem in partes Vespasiani Legionem deseruisset, ablata, ut in Plotium Griphum transferretur. Hormo dignitas Equestris data. Et mox, iurante Frontino, Cæsar Domitianus Prætura cepit. Eius nomen epistolis, edictisque, proponebatur. Vis penes Mucianum erat; nisi quod pleraque Domitianus instigantibus Amicis, aut propria libidine, audebat. Sed præcipuus Muciano metus e Primo Antonio, Varoque Arrio; quos recentes, clarosque, verum fama, ac militum studiis, etiam Populus fovebat, quia in neminem ultra aciem sævierant. Et ferebatur Antonius Scribonianum Crassum; egregiis Maioribus, & Fraterna imagine, fulgentem, ad capessendam Rempublicam hortatus: haud defutura consciorum manu; ni Scribonianus abnuisset, ne paratis quidem corrumpi facilis, adeo metuens incerta. Igitur Mucianus, quia propalam opprimi Antonius nequibat; multis in Senatu laudibus comulatum, secretis promissis onerat, citeriorem Hispaniam ostentans, discessu Cluvii Rufi vacuam, simul Amicis eius, Tribunatus, Præfecturasque, largitur. Dein, postquam inanem animum spe, & cupidine impleverat, vires abolet; dimissa in hiberna legione Septima, cuius flagrantissimus in Antonium amor. Et Tertia legio, familiaris*

natura quieto. ma perchè per lo crudo verno non comparivano navi; il Popolo, che vive di per dì, nè altro pubblico pensiero ha, che del pane; temendo che il lito d' Affrica non si potesse praticare, e fusser levate le tratte, il credeva: e ne accrescevano la fama i Vitelliani non ancor chiari: nè a' vincitori era discara; le cui cupidigie ingorde nelle guerre anche con li strani, non s' empierono mai per alcuna civile.

Domiziano Pretore. Il poter d'Antonio Primo conquiso da Muciano.

XXXIX. Nelle Calende di Gennaio il Senato ragunato da Giulio Frontino Pretore di Roma deliberò, che i Legati, gli eserciti, e i Re fossero lodati, e ringraziati. Terzo Giuliano Pretore fu deposto; perchè piantò la Leginne che passò a parte Vespasiana: e rifatto Plozio Grifo. Ormo fatto Cavalier romano. Frontino lasciò la Pretura, e presela Domiziano Cesare. Le lettere, e bandi, avevano in cima il suo nome; ma l' autorità era di Muciano, se non se Domiziano spinto da Amici, o da sè stesso, se la pigliava. Ma molto temeva Muciano d' Antonio Primo, e d' Ario Varo, rinomati per chiare geste, e fresche: amati da' soldati, e dal Popolo; perchè niuna crudeltà usarono fuor di battaglia. E dicevasi aver Antonio inanimito all' Imperio Scriboniano Crasso per lo splendore de' Maggiori suoi, e delle immagini del Fratello: nè gli mancava seguaci, se ei voleva attendere; ma le cose piane, non che di pericolo, non l' avrieno corrotto. Muciano adunque, non potendo rovinare Antonio palesemente; lo celebrò in Senato: gli fece segreta promessa del governo della Spagna di qua, lasciato da Cluvio Rufo: Tribunati, e Prefetture gli offerì per suo' Amici. e quando l' ebbe pien di speranze, e di vento; gli levò le forze, mandando in guarnigione la legion Settima, sviscerata di lui: e la Terza, divota di Varo, rimandò in Soria: parte dell' esercito se n' andava in Germania. Così spazzato tut-

(a) Così è: pane, e allegria, vuole il Popolo: e del resto non gli cale, o poco. . . . . *duas tantum res anxius optat, Panem, & Circenses*. Iuven. sat. X. 80.

ris Arrio Varo miles, in Syriam remissa. pars exercitus in Germanias ducebatur. Sic, egesto quidquid turbidum, redit Vrbi sua forma, legesque, & munia Magistratuum.

Restituuntur Galbæ honores. P. Celer, aliique famosi delationibus, damnati.

XL. *Quo die Senatum ingressus est Domitianus; de absentia Patris Fratrisque, ac iuventa sua, pauca & modica disseruit, decorus habitu, & ignotis adhuc moribus: crebra oris confusio pro modestia accipiebatur. Referente Cæsare de restituendis Galbæ honoribus, censuit Curtius Montanus, ut Pisonis quoque memoria celebraretur. Patres utrumque iussere: de Pisone irritum fuit. Tum sorte ducti, per quos redderentur bello rapta: quique æra legum vetustate delapsa noscerent, figerentque: & Fastos adulatione temporum fœdatos exonerarent: modumque publicis impensis facerent. Redditur Tertio Iuliano Prætura, postquam cognitus est ad Vespasianum confugisse. Gripho honor mansit. Repetita inde cognitionem inter Musonium Rufum & P. Celerem, placuit; damnatusque Publius: & Sorani manibus satisfactum. Insignis publica severitate dies, ne privatim quidem laude caruit. Iustum iudicium explesse Musonius videbatur. Diversa fama Demetrio (a) Cynicam sectam professo; quod manifestum reum ambitiosius, quam honestius, defendisset. Ipsi Publio neque animus in periculis, neque oratio suppeditavit. Signo ultionis in accusatores dato, petit a Cæsare Iunius Mauricus, ut commentariorum principalium potestatem Senatui faceret, per quos nosceret, quem quisque accusandum poposcisset. Consulendum tali super re Principem, respondit.*

tutto il fastidio della Città, vi ritornò la sua forma, leggi, e ordini di Magistrati.

Onori resi a Galba. Condannato P. Celere e altri, famose spie.

XL. Lo dì che Domiziano entrò in Senato; disse, dell'esser suo Padre, e Fratello assenti, e lui giovane, poche parole, e moderate, nobilmente vestito: e lo spesso arrossare, non essendo ancor conosciuto, parea modestia. Propose, che si rendessero gli onori a Galba: e Curzio Montano, che anche si celebrasse la memoria di Pisone. L'un partito, e l'altro, da' Padri fu vinto: quello di Pisone non eseguito. Trassesi per sorte deputati, a far restituire le cose rubate per la guerra: e a ritrovare, e rimetter le perdute tavole de' bronzi, scrittovi le leggi: e a correggere il Calendario, per le adulazioni de' tempi imbrattato: e a regolar le pubbliche spese. Quando si seppe, Terzo Giuliano essere rifuggito a Vespasiano; gli fu renduta la Pretura. A Grifo restò il suo grado. Tra Musonio Rufo, e P. Celere fu riassunta la causa: dannato Pubblio, e soddisfatto in quel giorno all'anima di Sorano, con laude pubblica, e privata ancora; parendo che avesse quest'accusa Musonio con ragione proseguita: e per lo contrario, che Demetrio, che faceva professione di Filosofo Cinico, avesse difeso con più saccenteria, che onestà, un tristo manifesto, che non ebbe animo a dire una parola. Aperta la strada da vendicarsi delli accusatori; Giunio Maurico domandando a Cesare: che consegnasse i diarj de' Principi al Senato, dove egli vedrebbe tutte le querele date a tempo degl' Imperadori, rispose: esser cosa da domandarne il Principe.

XLI. *Senatus, inchoantibus Primoribus, iusiurandum concepit, quo certatim omnes Magistratus, ceteri ut sententiam rogabantur: Deos testes advocabant: nihil ope sua factum,*

XLI. Il Senato giurò, cominciando i Principali, e i Magistrati a gara, poi gli altri che secondo loro ordine n'eran richiesti, chiamati per testimonj gl'Iddii, con queste parole: „ Non

quo

„ es-

(a) Abbiam veduto nel Lib. XVI. degli Annali al cap. 34. 35. con quanta amicizia assistesse questo Demetrio alla morte di Trasea: eccolo qui ora che spalleggia l'accusator di Sorano. E pure era Filosofo; ma nè la Filosofia, nè la sì vantata Filosofica virtù faran mai che l'uomo non sia chi più chi meno il giuoco delle sue passioni, un misto di buono e di cattivo, e una perenne contraddizione a se medesimo.

quo cuiusquam salus læderetur: neque se præmium, aut honorem, ex calamitate Civium cepisse; trepidis, & verba iurisiurandi per varias artes mutantibus, quis flagitii conscientia inerat. Probabant religionem Patres, periurium arguebant. Eaque velut censura, in Sariolenum Voculam, & Nonium Atilianum, & Cestium Severum acerrime incubuit; crebris apud Neronem delationibus famosos. Sariolenum & recens crimen urgebat; quod apud Vitellium molitus eadem foret. Nec destitit Senatus manus intentare Voculæ, donec Curia excederet. Ad Pactium Africanum transgressi, eum quoque proturbant; tamquam Neroni Scribonianes Fratres concordia opibusque insignes, ad exitium monstravisset. Africanus neque fateri audebat, neque abnuere poterat. in Vibium Crispum, cuius interrogationibus fatigabatur, ultro conversus, miscendo quæ defendere nequibat, societate culpæ invidiam declinavit.

„ essersi per opera loro mai offesa la „ salute d' alcuno: nè aver premio, „ nè onor ricevuto per dannaggio de' „ Cittadini "; tremando quei che erano in peccato, e sottilmente travolgendo le parole del giuramento. Il Senato approvava lo scrupolo, che n' aveano, ma non lo spergiuro. E questa, quasi censura, colse nel vivo Sarioleno Vocula, Nonio Aziano, e Cestio Severo, famose spie sotto Nerone: e Vocula, di nuovo sotto Vitellio. Nè il Senato di minacciarlo con mano ristette; sì se n' uscì. Pazio Affricano ancora ne fu cacciato, per aver a Nerone additati li due Scriboniani Fratelli, di singolare unione, e ricchezze, per farli morire. Il che Affricano non ardiva confessare, e non poteva negare; ma voltatosi a Vibio Crispo, che lo serrava con le domande, accomunando seco le colpe che non poteva difendere, mitigò l' odio.

Aquilium Regulum, a Messalla fratre defensum, premit Curtius Montanus.

XLII. *Magnam eo die pietatis, eloquentiæque, famam Vipsanius Messalla adeptus est, nondum Senatoria ætate, ausus pro Fratre Aquilio* (a) *Regulo deprecari. Regulum, subversa Crassorum, & Orfiti, domus in summum odium extulerat. Sponte ex S. C. accusationem subiisse iuvenis admodum: nec depellendi periculi, sed in spem potentiæ, videbatur. Et Sulpicia Prætextata Crassi Vxor, quatuorque Liberi, si cognoscerent Senatus, ultores aderant. Igitur Messalla non caussam* (b) *neque reum tueri, sed periculis Fratris semet opponens; flexerat quosdam. Occurrit truci oratione Curtius Montanus, eo usque progressus; ut post cædem Galbæ, datam interfectori Pisonis pecuniam a Regulo, adpetitumque morsu Pisonis caput, obiectaret. „ Hæc certe ", inquit, „ Nero non coegit: nec dignitatem „*

XLII. Nome di grande eloquenza, e pietà, quel giorno acquistò Vipsanio Messalla, che (*) d' età da essere Senatore, ardì aringar per Aquilio Regolo Fratel suo, odiatissimo; per aver distrutto le famiglie de' Crassi, e d' Orfito: e pareva, che egli molto giovane, non per fuggir pericolo, ma aspirando a grandezza, avesse volontariamente quell' accusa abbracciato. E se 'l Senato accettava la causa; eran pronti alla vendetta Sulpizia Pretestata Moglie di Crasso con quattro Figliuoli. Messalla adunque senza entrar ne' meriti, faceva di sè scudo al Fratello: e piegavansi alcuni; quando Curzio Montano si voltò a Regolo com' un aspido: e venne fino a rinfacciargli, d' aver dato danari dopo la morte di Galba a chi uccise Pisone, e dato di morso nel teschio suo: „ A queste cru- „ deltà ", disse, „ non ti sforzò mi- „ ca

Aquilio Regolo dal Fratel Messalla difeso, attaccato da Curzio Montano.

(a) Merita, per la facota espressione, questo Ragolo cha qui si riporti qual cha Plinio ne dice l. ep. 5. *Regulus omnium bipedum nequissimus, qui ex paupere & tenui ad maximas opes per flagitia processit.*

(b) Però questo giudizio Messalla seguendo la massima, e 'l precetto di Quintiliano, declamat. CCCXXIII. *Maiore cum verecundia Patronus confitebitur si quid confitendum est.*

(*) Il testo di Tacito ha *nondum*; negativo. la spiegazione porta l' affermativa. questo a mio parere è un errore di stampa corso fin dalla prima, poi comunicatoci per le seguenti edizioni.

„ *tem, aut salutem illa sævitia re-*
„ *demisti. Sane toleremus istorum de-*
„ *fensiones qui perdere alios, quam*
„ *periclitari ipsi, maluerunt. te se-*
„ *curum reliquerat exsul Pater, &*
„ *divisa inter creditores bona, non-*
„ *dum honorum capax ætas: nihil*
„ *quod ex te concupisceret Nero, nihil*
„ *quod timeret: libidine sanguinis &*
„ *hiatu præmiorum, ignotum adhuc*
„ *ingenium, & nullis defensionibus*
„ *expertum, cæde nobili imbuisti;*
„ *cum ex funere Reipublicæ, raptis*
„ *Consularibus spoliis, septuagies ses-*
„ *tertio* (*) *dignatus, & Sacerdotio*
„ *fulgens, innoxios Pueros, illustres*
„ *Senes, conspicuas Feminas, eadem*
„ *ruina prosterneres: cum segnitiam*
„ *Neronis incusares, quod per singu-*
„ *las domos, seque, & delatores, fa-*
„ *tigaret: posse universum Senatum*
„ *una voce subverti. Retinete, Pa-*
„ *tres Conscripti, & reservate homi-*
„ *nem tam expediti consilii; ut omnis*
„ *ætas instructa sit: & quemodo Se-*
„ *nes nostri, Marcellum, Crispum:*
„ *Iuvenes, Regulum imitentur. In-*
„ *venit etiam æmulos infelix nequi-*
„ *tia; quid si floreat, vigeatque? Et*
„ *quem adhuc Quæstorium offendere*
„ *non audemus; Prætorium, & Con-*
„ *sularem, visuri sumus? An Nero-*
„ *nem, extremum dominorum puta-*
„ *tis? Idem crediderant qui Tiberio,*
„ *qui Caio superstites fuerunt; cum*
„ *interim intestabilior, & sævior,*
„ *exortus est. Non timemus Vespa-*
„ *sianum; ea Principis ætas, ea mo-*
„ *deratio. sed diutius durant exem-*
„ *pla, quam mores. Elanguimus,*
„ *Patres Conscripti: nec iam ille Se-*
„ *natus sumus, qui, occiso Nerone,*
„ *delatores, & ministros, more Maio-*
„ *rum puniendos flagitabat. Opti-*
„ *mus est, post malum Principem, dies*
„ *primus* “.

„ ca Nerone, nè ricovrasti per que-
„ ste tuo onore, o salute. Sia lecito,
„ anzi che correre tantino di rischio,
„ sprofondar il compagno. tu non ne
„ correvi veruno, perchè tuo Padre
„ era bandito: i beni dati a' creditori:
„ non eri ancora abile agli onori: Ne-
„ rone da te nulla poteva volere, nul-
„ la temere: assetato del sangue, e in-
„ gordo di premj, facesti conoscer
„ l'ingegno tuo, non impiegato mai in
„ difesa d'alcuno; quando facesti uc-
„ cidere quel chiaro uomo: quando
„ usurpasti di quell'esequie nella Re-
„ pubblica le spoglie Consolari, e cen-
„ to settantacinque mila fiorini d'o-
„ ro, e un Sacerdozio, che ne andavi
„ gonfio, e quelli innocenti Figliuoli,
„ illustri Vecchi, e ragguardevoli Don-
„ ne, mandasti in perdizione: quando
„ gridasti Nerone, che affaticava sè,
„ e le spie, a mandarle a casa, po-
„ tendo una voce rovinare tutto 'l Se-
„ nato. Confettatelo, Padri Coscrit-
„ ti, quest' uomo sì speditivo: man-
„ tenetelo per questa dottrina a inse-
„ gnare a ogni età: e come fu da' no-
„ stri vecchi Marcello, e Crispo, sia
„ da' Giovani imitato Regolo. L' ini-
„ quità infelice ha trovato seguito; che
„ farà fiorita, e forte? Se noi ci pe-
„ ritiamo a toccarlo ora che è stato
„ Questore, e non altro; che faremo
„ quando sarà stato Pretore, e Con-
„ solo? Credete voi che Nerone sia
„ per esser l' ultimo tiranno? Credet-
„ terlo i rimasi dopo Tiberio, e Ca-
„ io: e pur ne venne un peggiore.
„ Non si teme di Vespasiano; di ta-
„ le età, e modestia, è. Ma gli uo-
„ mini non vivono, quanto gli esem-
„ pj. Noi siamo peggiorati, o Padri
„ Coscritti: non siamo più quel Se-
„ nato che, ucciso Nerone, voleva
„ alle spie, e a' ministri, dare il sup-
„ plizio antico. Dopo un mal Princi-
„ pe, lo dì primo è lo migliore “.

Eprius quoque Marcellus ab Helvidio corripitur.

XLIII. *Tanto cum assensu Senatus auditus est Montanus; ut spem caperet Helvidius, posse etiam Marcellum prosterni. Igitur a laude Cluvii Rufi or-*

XLIII. Il parlar di Montano piacque tanto al Senato; che Elvidio Prisco sperò di potere abbattere anche Marcello. E cominciato a benedire Clu-

Eprio Marcello accusato da Elvidio.

(*) *saginatus*.

orsus, qui perinde dives, & eloquentia clarus, nulli unquam sub Nerone periculum facessisset; crimine simul exemploque Eprium urgebat, ardentibus Patrum animis. Quod ubi sensit Marcellus, velut excedens Curia, „ Imus “, inquit, „ Prisce, & relinquimus tibi Senatum tuum; regna, præsente Cæsare (a) “. *Sequebatur Vibius Crispus: ambo infensi, vultu diverso: Marcellus minacibus oculis, Crispus renidens; donec accursu Amicorum, retraherentur. Cum glisceret certamen, hinc multi bonique, inde pauci & validi, pertinacibus odiis tenderent; consumptus per discordiam dies.*

At ne longius abiret hæc cognitio, abolita priorum temporum memoria. In paucos & viles sævitum.

XLIV. *Proximo Senatu, inchoante Cæsare de abolendo dolore, iraque, & priorum temporum necessitatibus; censuit Mucianus prolixe pro accusatoribus. Simul eos qui cœptam, dein omissam actionem repeterent, monuit sermone molli, & tamquam rogaret. Patres cœptatam Libertatem, postquam obviam itum, omisere. Mucianus ne sperni Senatus iudicium, & cunctis sub Nerone admissis data impunitas videretur; Octavium Sagittam, & Antistium Sosianum Senatorii Ordinis, egressos exsilium, in easdem Insulas redegit. Octavius Pontiam Postumiam stupro cognitam, & nuptias suas abnuentem, impotens amoris interfecerat: Sosianus, pravitate morum multis exitiosus; ambo, gravi Senatus consulto damnati, pulsique, quamvis concesso aliis reditu, in eadem pœna retenti sunt. Nec ideo lenita erga Mucianum invidia; quippe Sosianus ac Sagitta, viles, etiam si reverterentur. accusatorum ingenia, & opes, & exercita malis artibus potentia, timebantur.*

Senenses ob pulsatum Senatorem puniti. Antonius Flamma lege repetundarum damnatus.

XLV. *Reconciliavit paulisper studia Patrum, habita in Senatu cognitio, secundum veterem morem. Manlius Patruitus Ordinis Senatorii, pulsatum* (b) *se*

Cluvio Rufo, di pari ricco ed eloquente, e pur niuno avea rovinato sotto Nerone; conficcando Eprio col fatto, e con l'esempio, gli accendeva contro gli animi de' Padri. Del che avvedutosi Marcello, si mosse, come per andarsene, e disse: „ Noi ce ne andiamo, Prisco, e ti lasciamo il tuo „ Senato: regna in presenza di Cesare “. Vibio Crispo gli andava dietro, ambi crucciosi, con volti diversi; Marcello faceva occhiacci, Crispo ghignava: Amici accorsi li rimisero a' lor luoghi. Quel giorno fu consumato in gran batoste, e pertinaci odj; tenendo i più, e migliori, da una parte: e pochi, e potenti, dall' altra.

Per finirla con tai processi, mettesi il passato in oblio. Pochi e vili alla mazza.

XLIV. L'altro dì di Senato, cominciando Cesare a dire: Che si lasciasse il dolore, e le collore, nate per necessità de' tempi; Muciano con lunghe parole la prese per li accusatori, e avvertì dolcemente coloro, che le abbandonate accuse contro a loro ripigliavano, e quasi pregò, a lasciarle. Così i Padri, poichè fu dato loro sulle mani, lasciaron la presa Libertà. Muciano, perchè non paresse il giudicio del Senato sprezzato, e tutte le cose brutte fatte sotto Nerone, approvate; rimandò al confino due Senatori, che l'avevan rotto. Ottavio Sagitta, per aver ammazzata per martello d'amore Ponzia Postumia giaciutasi seco, e non volutolo per Marito: e Antistio Sosiano, per sua natura pessima, rovina di molti; il Senato, per grave decreto li cacciò via, e rificcò nelle medesime Isole; benchè altri fussero ben tornati. Nè questo smorzò l'odio contro a Muciano; perchè Sosiano, e Sagitta, benchè fussero stati rimessi, non eran da esser temuti. la paura era delli accusatori diabolici, ricchi, esercitati, e possenti al nuocere.

Sanesi pel battuto Senatore castigati Antonio Fiamma condannato per legge del maltolto.

XLV. Addolcì un poco i Padri il lasciarli cognoscere una causa secondo il costume antico. Manlio Patruito Senatore si querelò d'essere stato nella Co-

(a) Cesare Domiziano.

(b) *Inter* pulsationem, & verberationem *hoc interest ut Ofilius scribit:* Verberare *est cum dolore cædere;* pulsare, *sine dolore.* Digest. Lib. XLVII. Tit. 10. Leg. 5. ex Vipiano.

se in Colonia Seniensi, cœtu multitudinis, & iussu Magistratuum, querebatur: nec finem iniuriæ hic stetisse; planctum, & lamenta, & supremorum imaginem, præsenti sibi circumdata: cum contumeliis, & probris, quæ in Senatum universum iacerentur. Vocati qui arguebantur: &, cognita caussa, in convictos vindicatum: additumque S. C. quo Senicusium plebes modestiæ admoneretur. Iisdem diebus Antonius Flamma Cyrenensibus damnatur lege repetundarum, & exilio, ob sævitiam.

Colonia Sanese dal Popolo d' ordine del Magistrato, rifrustato di pugna: e per giunta, fattoli intorno cerchio, e piagnistéo da morto, con vituperj che toccavano tutto il Senato. Vdite le parti, e cognosciuta la causa; furono condannati i colpevoli: e per partito del Senato ammonita la plebe Sanese ad aver più cervello. Antonio Fiamma fu in que' dì condannato di mal tolto a' Cirenesi, e bandito per crudeltadi.

Prætorianorum seditio a Muciano composita.

XLVI. *Iuter quæ, militaris seditio prope exarsit. Prætorianam militiam repetebant a Vitellio dimissi, pro Vespasiano congregati: & lectus in eamdem spem e Legionibus miles promissa stipendia flagitabat. Ne Vitelliani quidem, sine multa cæde, pelli poterant. Ingressus castra Mucianus, quo rectius stipendia singulorum spectaret; suis cum insignibus, armisque, victores constituit, modicis inter se spatiis discretos. Tum Vitelliani, quos apud Bovillas in deditionem acceptos memoravimus, ceteriquc per Vrbem, & Vrbi vicina, conquisiti, producuntur prope intecto corpore. eos Mucianus diduci, & Germanicum, Britannicumque, militem, ac si qui aliorum exercituum, separatim adsistere iubet. Illos primus statim adspectus obstupefeceras, cum ex diverso velut aciem telis, & armis, truculenti: semet, clausos, nudosque, & illuvie deformes, adspicerent. Vt vero huc illuc distrahi cœpere: metus per omnes, & præcipua Germanici militis formido; tamquam ea separatione ad cædem destinarentur. prensare commanipularium pectora, cervicibus iunecti, suprema oscula petere; ne descrerentur soli, neu in pari caussa disparem Fortunam paterentur: modo Mucianum, modo absentem Principem, postremum Cælum ac Deos obtestari. donec Mucianus, cunctos, eiusdem sacramenti, eiusdem Imperatoris milites appellans; falso timori obviam ivit. namque & victor exercitus, clamore lacrymas eorum iuvabat. Isque finis illa die. Paucis post diebus, adloquentem Domitianum firmati iam excepere. Spernunt oblatos agros: militiam & stipendia orant. preces erant, sed qui-*

Pretoriani tumultuanti cheta Muciano.

XLVI. In quel mentre i soldati Pretoriani levaron quasi fiamma di sedizione. Volevano i cassi da Vitellio, stati poi soldati di Vespasiano, riaver il luogo: e li eletti delle Legioni ad esser pure Pretoriani, domandavano le paghe promesse. Non si potevano i Vitelliani mandar via senza molto sangue. Entrato Muciano negli alloggiamenti, per poter meglio conoscere il servito di ciascuno; fece stare i soldati vittoriosi con loro arme, e insegne, spartiti in fra di loro con piccoli intervalli. allora i Vitelliani arresi a Boville, come dicemmo, e altri cercati per la Città, e d' intorno, furon quivi condotti quasi ignudi, e messi in disparte essi, e se altri soldati Germani, e Britanni, e d' altri eserciti, v' erano: cosa che fece loro in prima i capelli arricciare; vedendosi rinchiusi, ignudi, e lordi, con uno esercito al pelo armato, e feroce. Cominciatoli poi a sbrancare una schiera qua, e una là; tutti impauriro, e specialmente i Germani; d' esser cosl separati, per menarli alla mazza. abbracciavano de' compagni i petti, gittavansi al collo, chiedevano gli ultimi baci: e di non esser lasciati soli, e patir in pari causa non pari fortuna, raccomandavansi a Muciano, al Principe assente, al Cielo, agl' Iddii; finchè Muciano, dicendoli obbligati tutti al medesimo giuramento, soldati del medesimo Imperadore, levò loro il timor falso: l' Esercito vincitore ancor favoriva con grida le lor lagrime. Cosl finío quel dì. Pochi dì poi, già essendo rassicurati, Domiziano aringò, e offerse loro terreni. Ricusaronli, e pregavano milizia, e soldo. eran preghi che lo

bus contradici non posset; igitur in Prætorium accepti. Dein, quibus ætas & iusta stipendia; dimissi cum honore: alii ob culpam, sed carptim, ac singuli: quo tutissimo remedio, consensus multitudinis extenuatur.

Abrogati consulatus, quos Vitellius dederat. Funus censoriam Flavio Sabino datum.

XLVII. *Ceterum, verane pauperie, an uti videretur; actum in Senatu: Ut sexcenties sestertium a privatis mutuum acciperetur: præpositusque ei curæ Poppæus Silvanus. Nec multo post necessitas abiit, sive omissa simulatio. Abrogati inde, legem ferente Domitiano, Consulatus, quos Vitellius dederat. Funusque censorium Flavio Sabino datum; magna documenta instabilis Fortunæ, summaque (*) etiam miscentis.*

L. Pisonis, Africæ Proconsulis, cædes.

XLVIII. *Sub idem tempus L. Piso Proconsul interficitur. ea de cæde quam verissime expediam, si pauca supra petiero, ab initio, caussisque, talium facinorum non absurda. Legio in Africa, auxiliaque, tutandis Imperii finibus, sub divo Augusto, Tiberioque, Principibus, Proconsuli parebant. Mox C. Cæsar, turbidus animi, ac M. Silanum obtinentem Africam metuens; ablatam Proconsuli Legionem misso in eam rem Legato tradidit. Æquatus inter duos beneficiorum (a) numerus, & mixtis utriusque mandatis, discordia quæsita, auctaque. Pravo certamine, Legatorum ius adolevit; diuturnitate officii, vel quia minoribus maior æmulandi cura: Proconsulum splendidissimus quisque securitati magis, quam potentiæ, consulebant.*

XLIX. *Sed tum Legionem in Africa regebat Valerius Festus, sumptuosæ adolescentiæ, neque modica cupiens; sed affinitate Vitellii anxius. Is, crebris sermonibus, tentaverit ne Pisonem ad res novas, an tentanti restiterit, incertum; quoniam secreto eorum nemo adfuit: &, occiso Pisone, plerique ad gratiam interfectoris inclinavere. Nec ambigitur, Provinciam & militem, alienato erga Vespasianum animo fuisse. & quidam e Vitellianis Vrbe profu-*

sforzavano; però furon ricevuti nel Pretorio. Poscia i vecchi, o benemeriti, licenziati con onore: altri cassati per colpe, or uno, or l'altro spicciolati: modo sicurissimo da indebolir le fazioni.

Abrogati i Consolati dati da Vitellio: Censorio morto o a Flavio Sabino.

XLVII. In Senato per bisogno vero, o finto, si pose uno accatto d'un milione e mezzo d'oro a' privati. Poppeo Silvano fu deputato a riscuoterlo. Indi a poco svanì il bisogno, o l'infinta. Domiziano per legge annullò i Consolati, che aveva dati Vitellio. A Flavio Sabino fu fatto l'esequie da Censore; grandi esempj, che la Fortuna fa alto, e basso.

Vcciso L. Pisone d'Africa Proconsole.

XLVIII. In questo tempo fu ammazzato L. Pisone Viceconsolo. io ne dirò la propria verità; ricercando prima di tali eccessi l'origine, e le cagioni. In Affrica la Legione, e aiuti tenutivi per guardar le frontiere dell'Imperio, obbedivano sotto Augusto, e Tiberio, un Viceconsolo. Caio Cesare, cervel torbido, e che temea di M. Silano, che tenea l'Affrica; gli tolse la Legione, e mandovvi un Legato. Così col dare a due eguale carico, e confondere i lor maneggi; mise, e accese tra loro discordia, e male contese. Le quali accrebbero l'autorità de' Legati; o per lo stare nell'ufficio fermi, o perchè gl'inferiori più cercano sovrastare: e i Viceconsoli di più splendore, pensavano più alla salute, che alla potenza.

XLIX. Legato della Legione allora era Valerio Festo, Giovane spenditore, aspirante a gran cose, parente di Vitellio; però in gran pensiero. Se Pisone tentò di far novità, o fusse tentato da lui, non si sa; perchè niuno fu al segreto: e, morto Pisone, i più, in grazia dell'ucciditore, davano la colpa al morto. Certo è che, gli Affricani, e i soldati, odiavano Vespasiano. e certi Vitelliani fuggitisi di Roma mettevan su Pisone; mostrandogli, essere

(a) S'intendono per *beneficj*, i gradi militari, a' quali promoveva il Proconsolo, o il Legato.

(*) *& ima.*

fugi, ostentabant Pisoni nutantes Gallias: paratam Germaniam: pericula ipsius: & in pace suspecta tutius bellum. Inter quæ Claudius Sagitta, Præfectus alæ Petrinæ, prospera navigatione prævenit Papirium centurionem, a Muciano missum: adseveravitque: mandata interficiendi Pisonis, centurioni data. Cecidisse Galerianum Consobrinum eius, Generumque: unam in audacia spem salutis, sed duo itinera audendi; seu mallet statim arma: seu petita navibus Gallia, Ducem se Vitellianis exercitibus ostenderet. Nihil ad ea moto Pisone, centurio a Muciano missus, ut portum Carthaginis attigit, magna voce: Læta Pisoni omnia, tamquam Principi continuare: obvios, & subitæ rei miraculo, attonitos, ut eadem adstreperent, hortari. Vulgus credulum, ruere in Forum, præsentiam Pisonis exposcere. gaudio, clamoribusque, cuncta miscebant, indiligentia veri, & adulandi libidine. Piso, indicio Sagittæ, vel insita modestia; non in publicum egressus est, neque se studiis vulgi permisit: centurionemque percunctatus, postquam quæsitum, sibi crimen, cædemque, comperit; animadverti in eum iussit, haud perinde spe visæ, quam ira in percussorem; quod idem ex interfectoribus Clodii Macri, cruentas Legati sanguine manus, ad cædem Proconsulis retulisset. Anxio deinde edicto Cartaginensibus increpitis, ne solita quidem munia usurpabat, clausus intra domum; ne qua motus novi, caussa, vel forte, oriretur. Sed ubi Festo consternatio vulgi, centurionis supplicium, veraque & falsa, more Famæ, in maius innotuere; equites in necem Pisonis mittit. Illi raptim vecti, obscuro adhuc cœptæ lucis, domum Proconsulis irrumpunt, districtis gladiis, & magna pars Pisonis ignari; quod Pœnos auxiliares, Maurosque, in eam cædem delegerat. Haud procul cubiculo, obvium forte servum: quisnam, & ubi esset Piso, interrogavere. Servus egregio mendacio, se Pisonem esse, respondit: ac statim obtruncatur. Nec multo post, Piso interficitur; namque aderat, qui nosceret, Bebius Massa e Procuratoribus Africæ; iam tunc Optimo cuique exitio-

sere le Gallie non chiare: la Germania presta: lui in pericoli: e più sicura la guerra, che la pace sospetta. Intanto Claudio Sagitta Capitano della banda Petrina, avuto buon vento, arrivò prima di Papirio centurione, mandato da Muciano: e avvertì Pisone, che questo centurione veniva con ordine d'ammazzarlo: che Galeriano suo Cugino, e Genero, già era levato dal Mondo: speranza di salute non aveva che nell'ardire; e questo in due modi: o pigliar l'armi subitamente: o navigare in Gallia, e offerirsi Capo a' Vitelliani eserciti. Pisone non se ne mosse. Arriva in porto di Cartagine il centurione, e grida ad alta voce: „Buone novelle; Pisone è Imperadore“: al Popolo, corso alla subita maraviglia, e attonito disse, che il simigliante gridassero. Il volgo credulo corre in Piazza, e chiede di veder Pisone: empie ogni cosa d'allegrezza, e grida, senza intenderne il vero, per volontà d'adulare. Pisone, per l'avviso di Sagitta, o per modestia sua naturale, non uscì fuori a lasciarsi vedere; ma domandò il centurione, che cosa fusse: e poichè conobbe, che egli avea voluto farli fare il sacco, per ucciderlo; fece uccider lui: non tanto per isperanza di salvar sè, quanto per ira, che costui, uno delli ammazzatori di Clodio Macro Legato, con le mani ancor sanguinose venisse ad ammazzare il Viceconsolo. Di poi agramente ripreso per bando i Cartaginesi, non esercitava nè pur suo uficio; serratosi in casa per non dar cagione di nuovo movimento. Quando Festo seppe del Popolo sbigottito, del centurione morto quel che era, e più, come fa la Fama, mandò gente a cavallo a uccider Pisone. Essi furiosamente, non essendo ancor di chiaro, abbatton la porta sua con le spade ignude, gran parte di loro nol conoscendo, perchè eran tutti Cartaginesi d'aiuto, e Mori. Avvenutisi vicino alla camera ad uno schiavo, il dimandano, chi è, e dove è Pisone. Egli con onorata menzogna disse: „Eccomi.“; e fu morto: come altresì Pisone poco appresso, conosciuto da Bebio Massa, uno de' Procuratori d'Affrica, peste

tiosus, & in causas malorum, quæ mox tulimus, sæpius rediturus. Festus Adrumeto, ubi speculabundus substiterat, ad Legionem tendit: Præfectumque Castrorum Cetronium Pisanum vinciri iussit, proprias ob simultates; sed Pisonis satellitem vocabat, militesque & centuriones quosdam puniit, alios præmiis adfecit; neutrum ex merito, sed ut oppressisse bellum crederetur.

fin' allora di tutti i migliori; e sarà spesso tra le cagioni de' nostri mali. Festo, da Adrumeto, dove attendeva l'effetto, n' andò alla Legione, e fece pigliar Cetronio Pisano Maestro del Campo, per odio privato; ma lo diceva cagnotto di Pisone: e alcuni soldati, e centurioni punì, altri ne premiò, niuno per merito, ma per parere d' aver sopito una guerra.

Ophensiam Leptitanorumque discordiæ: fusi Garamantes.

L. Mox Ophensium, Leptitanorumque, discordias componit, quæ raptu frugum, & pecorum, inter agrestes, modicis principiis, iam per arma, atque acies, exercebantur. nam Populus Ophensis multitudine inferior, Garamantas exciverat, Gentem indomitam, & inter accolas latrociniis fecundam. Vnde arcta Leptitanis res, lateque vastatis agris, intra mœnia trepidabant; donec interventu cohortium alarumque, fusi Garamantes, & recepta omnis præda: nisi quam vagi per inaccessa mapalium ulterioribus vendiderant.

L. Di poi acconciò le differenze tra gli Ofensi, e Lettitani, che da piccoli rubacchiamenti di biade, e bestiami tra' contadini, eran venuti all' arme, e battaglie. Il popolo Ofense, inferior di numero, chiamò i Garamanti, Gente indomita, e avvezza a rubare tutto dì i vicini; onde i Lettitani ebber che fare. guasto il paese, si serrarono entro le mura: vennero e fanti e cavalli, e cacciarono i Garamanti; e si riebbe la preda, da quella in fuori che fu venduta per le capanne, e catapecchie lontane.

Ofensi, e Lettitani in discordia: Garamanti rotti.

Oblata a Parthis auxilia non recipit Vespasianus.

LI. At Vespasiano, post Cremonensem pugnam, & prosperos undique nuntios, cecidisse Vitellium multi cuiusque ordinis, pari audacia, fortunaque, hibernum mare aggressi, nunciavere. Aderant Legati Regis Vologesi, quadraginta Parthorum equitum millia offerentes. Magnificum, lætumque, tantis Sociorum auxiliis ambiri, neque indigere. Gratia Vologeso actæ: mandatumque, ut Legatos ad Senatum mitteret, & pacem esse sciret. Vespasianus in Italiam, resque Vrbis, intentus, adversam de Domitiano famam accipit; tamquam terminos ætatis, & concessa (a) Filio egrederetur. Igitur validissimam exercitus partem Tito tradit, ad reliqua Iudaici belli perpetranda.

LI. Dopo la vittoria di Cremona, e l'altre buone nuove per tutto; molti d'ogni grado, messisi con pari ardire, e fortuna a navigar di verno, portarono la morte di Vitellio a Vespasiano. Eranvi gli Ambasciadori del Re Vologese: e gli offersero quarantamila cavalli Parti. Lieta, e onorevol, cosa gli fu l'offerta di tanti aiuti, e non averne bisogno. Lo ringraziò, e disse, che mandasse Ambasciadori al Senato, e sapesse il tutto esser quieto. Vespasiano, tutto inteso alle cose d' Italia, e Roma, fastidiose novelle ha: Che Domiziano esce de' termini dell' età, e del lecito a Figliuolo. Laonde a Tito consegna gagliardissima parte dell' esercito, per finir del tutto la guerra di Giudea.

Aiuti da' Parti offerti, rifiutati da Vespasiano.

Illum Domitiano infensum Titus mitigat.

LII. Titum, antequam digrederetur, multo apud Patrem sermone orasse dicebatur: Ne criminantium nuntiis teneretur accenderetur: integrumque se, ac placabilem, Filio præstaret. Non Legiones, non classes, perinde firma Im-

LII. Dicono, che Tito al partire molto pregò suo Padre: Non si levasse a furia per maligni rapporti: non si recasse a noia il Figliuolo. non Legioni, non armate assicurar l'Imperio, quanto il numero de' Figliuo-

Sue lre contro Domiziano placa Tito.

(a) Domiziano facea alto e basso, per via di libidini, e prepotenze: più che da Figlio d' Imperadore, faceva da Imperadore.

Imperii munimenta; quam numerum Liberorum. Nam Amicos tempore, Fortuna, cupidinibus, aliquando, aut erroribus, imminui, transferri, desinere; suum cuique sanguinem indiscretum: sed maxime Principibus, quorum prosperis & alii fruantur: adversa ad iunctissimos pertineant. ne Fratribus quidem mansuram concordiam, ni Pater exemplum præbuisset. Vespasianus haud æque Domitiano mitigatus, quam Titi pietate gaudens; bono esse animo iubet, belloque, & armis, Rempublicam attollere: sibi pacem, domumque, curæ fore. Tum celerrimas navium frumento onustas, sævo adhuc mari committit. Quippe tanto discrimine Vrbs nutabat, ut decem haud amplius dierum frumentum in horreis fuerit; cum a Vespasiano commeatus (a) *subvenere.*

gliuoli; perchè gli Amici, per tempo, Fortuna, desiderj, o errori, si perdono, se ne vanno, o ti mancano alcune volte. il sangue proprio non si può separare, massimamente da' Principi, delle cui felicità godono molti. le avversità sono de' congiuntissimi; non sarebbero essi Fratelli d' accordo, se dal Padre non avessero esempio. Vespasiano non così mitigato con Domiziano, come rallegrato della bontà di Tito; gli disse, che stesse di buon' animo: facesse grande la Repubblica, con la guerra, e con l' armi: egli, penserebbe alla pace, e alla Casa. e caricò di grano velocissimi legni in mare, ancor crudele, per Roma, condottasi al verde, e che all'arrivo non ven' avea che per diece dì.

Cura restituendi Capitolii in L. Vestinum collata.

LIII. *Curam restituendi Capitolii in L. Vestinum confert, Equestris ordinis Virum, sed auctoritate, famaque, inter Proceres. Ab eo contracti haruspices, monuere: Vt reliquiæ prioris delubri in paludes aveherentur: templum iisdem vestigiis sisteretur; nolle Deos mutari veterem formam. Vndecimo Kalen. Iulias, serena luce, spatium omne quod templo dicabatur, evinctum vittis, coronisque. Ingressi milites, quibus fausta* (b) *nomina, felicibus* (c) *ramis; dein Virgines Vestales, cum Pueris, Puellisque, patrimis* (d), *matrimisque, aqua rivis, & fontibus, amnibusque hausta, perluere. Tum Helvidius Priscus Prætor, præeunte Plauto Eliano Pontifice, lustrata suovetaurilibus area, & super cespitem redditis extis, Iovem, Iunonem, Minervam, præsidesque Imperii Deos precatus, uti cœpta prosperarent, sedesque suas pietate hominum inchoatas, divina ope attollerent; vittas quis ligatus lapis, innexique fumes, erant, contigit. simul ceteri Magistratus, & Sa-*

L. Vestino incaricato di riedificare il Campidoglio.

LIII. Fece Provveditore a rifare Campidoglio L. Vestino Cavaliere, ma d' autorità, e fama, tra' primi. Gl' indovini da costui ragunati, dissero: Doversi le vecchie materie gittare in paludi: il tempio rifare sopra la medesima pianta, nella medesima forma; così volere gl' Iddii. Il ventunesimo di Giugno, giorno sereno, tutto il giro del nuovo tempio fu coperto di sagre bende, e ghirlande. Entraronvi soldati aventi nomi di buon' uria, e rami di felici arbori: e Vergini di Vesta con piccoli Fanciulli, e Fanciulle aventi Padre, e Madre: l'aspersero d'acqua di ruscelli, fonti, e fiumi. Elvidio Prisco Pretore, con Plauto Eliano Pontefice, che diceva le parole; fecero in quello spazio il sagrificio di verro, pecora, e toro: e, poste le interiora sopra un cespuglio, pregò Giove, Giunone, e Minerva, e gl' Iddii protettori dell' Imperio, che volessero favorir l'opera: e la lor sedia, incominciata con umana pietà, ergere con aiuto divino, toccando le stole che la pietra

a

(a) Quindi in tante medaglia di Vespasiano coniate quest'anno leggesi, ANNONA AVG. CERES AVG. cioè, Annona Augusta, Ceres Augusta.

(b) Come auguri di futura prosperità.

(c) Massime di verbena, pianta stimata felice. *Verbenas felicis arboris gestant.* Ammian. Marcell. XXIX. 3.

(d) Leggesi in Festo, *Flaminia dicebatur sacerdotula, quæ Flaminicæ Diali præministrabat, eaque patrimes, & matrimes erat, idest patrem, matremque adhuc vivos habebat.*

Sacerdotes, & Senatus, & Eques, & magna pars Populi, studio, lætitiaque, connixi, saxum ingens traxere: passimque iniectæ fundamentis argenti (a) *aurique stipes, & metallorum primitiæ nullis fornacibus victæ, sed ut gignuntur. Prædixere haruspices, ne temeraretur opus saxo, aurove, in aliud destinato. Altitudo ædibus adiecta. Id solum religio annuere: & prioris templi magnificentiæ defuisse creditum, quo tanta vis hominum retinenda erat.*

Ob Vitellii necem, duplicatum in Germania bellum; nec hostiles animos. Iam dissimulat Civilis, Treveri ac Lingones a Romanis defecisse, Classicum, Tutorem & Iulio Sabino Ducibus. Nutant reliquæ Galliæ. Incerta ipsarum legionum fides.

LIV. *Audita interim per Gallias, Germaniasque, mors Vitellii, duplicaverat bellum; nam Civilis, omissa dissimulatione, in Populum Romanum ruere: Vitellianæ Legiones vel externum servitium, quam Imperatorem Vespasianum, malle: Galli susulerant animos, eamdem ubique exercituum nostrorum Fortunam rati; vulgato rumore, a Sarmatis, Dacisque, Mœsica, ac Pannonica, hiberna circumsideri: paria de Britannia fingebantur. sed nihil æque, quam incendium Capitolii, ut finem Imperii adesse crederent, impulerat. Captam olim a Gallis Vrbem; sed integra Iovis sede, mansisse Imperium. Fatali nunc igne, signum Cælestis iræ datum: & possessionem rerum humanarum Transalpinis Gentibus portendi, superstitione vana Druidæ canebant. Incesseratque fama, Primores Galliarum ab Othone adversus Vitellium missos, antequam digrederentur, pepigisse: Ne deessent Libertati, si Populum Romanum continua bellorum civilium series, & interna mala, fregissent.*

LV. *Ante Flacci Hordeonii cædem, nihil prorupit, quo coniuratio intelligeretur; interfecto Hordeonio, commeavere nuntii inter Civilem, Classicumque Præfectum alæ Trevirorum. Classicus, nobilitate, opibusque, ante alios. Regium illi Genus, & pace, belloque, clara origo. Ipse, e Maioribus suis, hostis Populi Romani, quam socius, iactabat. Miscuere sese Iulius Tutor, &*

a funi legata fasciavano, e gli altri Magistrati, Sacerdoti, Senatori, Cavalieri, e gran parte del Popolo con allegra forza trainarono un gran sasso nel fondamento: e gittaronvi presenti d'oro, e ariento, e metalli gregi; avendo predetto gli Aruspici, che l'opera non si contaminasse di oro, o sasso, concio per altro usaggio. Rifecesi più alto. Ciò solo permise la religione: credettesi che questo mancasse alla magnificenza del tempio vecchio, che di tanta Gente doveva esser capace.

La strage di Vitellio addoppia la guerra in Germania. Si smaschera Civile. Trevirsi e Lingoni ribelli a' Romani, sotto i Duci Classico, Tutore e Giulio Sabino. Resto della Gallia indeciso: incerta la stessa fede delle legioni.

LIV. In questo tempo la morte di Vitellio uditasi per le Gallie, e Germanie, raddoppiò la guerra; perchè Civile, lasciata ogni finzione, alla scoperta fulminava contro al Popol Romano: e le Vitelliane Legioni volevano anzi servire a forestieri, che vedere Imperadore Vespasiano, onde i Galli rizzaron la cresta, credendo, per tutto, i nostri eserciti farla male; dicendosi, che i Sarmati, e Daci, assediassero gli alloggiamenti di Mesia, e Pannonia: il simile si fingeva di Britannia, ma sopra tutto l'arso Campidoglio indicava la fine dell'Imperio; cantando i vani Druidi, che i Galli presero già Roma, ma non Campidoglio, casa di Giove; però rimase l'Imperio a Roma. ora questo fuoco è segno da Cielo della sua ira, e di volere, che li Oltramontani abbiano la signoria delle cose umane. Ed era fama, che i principali Galli mandati da Otone contro a Vitellio, innanzi al partire restasser d'accordo: Di non mancare alla Libertà; se 'l Popolo Romano rovinasse per le continue guerre civili, e malori interni.

LV. Vivente Ordeonio Flacco, non apparì segno di congiura; morto lui, tra Civile, e Classico Capitano d'una banda di cavalli de' Treviri, passaro ambasciate. Classico, di nobiltà, e ricchezza era il primo: nato di sangue reale, e d'uomini chiari in pace, e guerra; per li quali si vantava d'esser nimico più tosto che compagno del Popol Romano. Mescolaronsi seco

Giu-

(a) Costume tramandato insino a noi, e che solennemente s'osserva di gittar ne' fondamenti di publici magnifici edificii, massimamente sacri, delle gran monete d'oro, e d'argento.

& Iulius Sabinus; (*) hic Trevir, hic Lingon. Tutor, ripæ Rheni a Vitellio Præfectus: Sabinus, super insitam vanitatem, falsæ Stirpis gloria incendebatur; Proaviam suam divo Iulio per Gallias bellanti, corpore, atque adulterio, placuisse. Hi secretis sermonibus, animos ceterorum scrutari. ubi, quos idoneos rebantur, conscientia obstrinxere, in Colonia Agrippinensi, in domum privatam conveniunt; nam publice, Civitas talibus inceptis abhorrebat. Attamen interfuere quidam Vbiorum, Tungrorumque; sed plurima vis penes Treveros, ac Lingonas. nec tulere moras consultandi; certatim proclamant: Furere discordiis Populum Romanum: cæsas Legiones: vastatam Italiam: capi cum maxime Vrbem: omnes exercitus suis quemque bellis distineri. Si Alpes præsidiis firmentur; coalita libertate, dispecturas Gallias, quem virium suarum terminum velint.

LVI. *Hæc dicta pariter, probataque. De reliquiis Vitelliani exercitus dubitavere. Plerique interficiendos censebant, turbidos, infidos, sanguine Ducum pollutos. Vicit ratio parcendi: Ne, sublata spe veniæ, pertinacia accenderentur. Alliciendos potius in societatem. Legatis tantum Legionum interfectis; ceterum vulgus conscientia scelerum, & spe impunitatis, facile accessurum. Ea primi concilii forma: missique per Gallias concitores belli. Simulatum ipsis obsequium, quo incautiorem Voculam opprimerent. nec defuere qui Voculæ nuntiarent: sed vires ad coercendum deerant; infrequentibus infidisque legionibus. Inter ambiguos milites, & occultos hostes, optimum e præsentibus ratus: mutua dissimulatione, & iisdem, quibus petebatur, artibus grassari; in Coloniam Agrippinensem descendit. Illuc Claudius Labeo, quem captum, & extra conventum amandatum in Frisios, diximus, corruptis custodibus perfugit: pollicitusque, si*

Giulio Tutore Treviro, posto da Vitellio a guardar la ripa del Reno, e Giulio Sabino Lingone (*a*), che tra l'altre sue vanità si vantava di sua bastardigia: e dell'aver la bisavola sua soddisfatto della persona a Giulio Cesare guerreggiante in Gallia. Questi secretamente tentaron degli altri: e, fatti complici i più a proposito, ragunati in Colonia Agrippina in casa privata, perchè il Popolo abborriva cotali imprese, trovandovisi nondimeno certi Vbj, e Tungri. ma il forte, Treviri, e Lingoni, non ebber pazienza a discorrere: ognun grida: Il Popol Romano esser cacciato dalle furie delle lor discordie: tagliate a pezzi le Legioni: guasta l'Italia: Roma presa più che già mai: tutti gli eserciti impacciati in proprie guerre. Chiudendo i passi dell'Alpi, e acquistata la Libertà; le Gallie porrebbono il termine di lor potenza a modo loro.

LVI. Ognuno approvò il detto. Ma del rimanente dell'esercito Vitelliano dubitavano, che dover farsi. Molti consigliavano ammazzargli, come scandolosi, felloni, ucciditori de' lor Capitani. Vinse, che si perdonasse. meglio allettarli a esser compagni; ammazzando i Legati soli delle Legioni: gli altri di già colpevoli, per la speranza del perdono, se ne terrebber di patti. Così conchiuse la prima dieta: e mandò per le Gallie sommovitori alla guerra, e a Vocula mostrarono ubbidienza; per opprimerlo men guardato. Nè mancò chi ne l'avvertisse. ma non avea forze da rimediare; essendo le Legioni diradate, e non fedeli. Trovandosi in mezzo a' soldati dubbi, e nimici occulti, prese per lo migliore, infingersi anch'egli, e giugner loro con l'arti loro. Vassene in Colonia Agrippina, ove Claudio Labeone (che noi dicemmo preso, e mandato in Frisia da Civile, perchè non praticasse), corrotte le guardie, fug-

(*a*) Vedi la tragica Storia di questo Sventurato nel Vespasiano. Tom. III. c. 17.

(*) *Ille.*

si præsidium daretur, iturum in Batavos & potiorem Civitatis partem ad societatem Romanam retracturum; accepta peditum, equitumque, modica manu, nihil apud Batavos ausus, quosdam Nerviorum, Betbasiorumque, in arma traxit. Et furtim magis, quam bello, Canninefates, Marsacosque, incursabat. Vocula Gallorum fraude illectus, ad hostem contendit.

LVII. *Nec procul Veteribus aberat; eum Classicus ac Tutor, per speciem explorandi prægressi, cum Ducibus Germanorum pacta firmavere, tumque primum discreti a Legionibus, proprio vallo castra sua circumdant, obtestante Vocula: non adeo turbatam civilibus armis rem Romanam; ut Treveris etiam, Lingonibusque, despectui sit. Superesse fidas Provincias, victores exercitus, Fortunam Imperii, & ultores Deos. Sic olim Sacrovirum, & Eduos: nuper, Vindicem, Galliasque singulis prœliis concidisse. Eadem rursus Numina, eadem Fata, ruptores fœderum exspectarent. Melius divo Iulio, divoque Augusto notos eorum animos. Galbam, & infracta tributa, hostiles spiritus induisse. nunc hostes, quia molle servitium, eum spoliati exutique fuerint, amicos fore. Hæc ferociter locutus, postquam perstare in perfidia Classicum Tutoremque, videt; verso itinere, Novesium concedit. Galli, duum millium spatio distantibus campis, consedere. Illuc commeantium centurionum, militumque, emebantur animi; ut (flagitium incognitum!) Romanus exercitus in externa verba iurarent, pignusque tanti sceleris, nece aut vinculis Legatorum daretur. Vocula, quamquam plerique fugam suadebant, audendum ratus; vocata concione, in hunc modum disseruit.*

LVIII. „ *Nunquam apud vos verba* „ *feci, aut pro vobis solicitior, aut* „ *pro me securior. nam mihi exitium* „ *parari, libens audio: mortemque* „ *in tot malis* (a) *hostium, ut finem*

fuggitosi, gli promise, dandogli forze, andare a' Batavi, e ritirar la miglior parte de' Popoli a divozione Romana. Andovvi con pochi fanti, e cavalli: e nulla vi fece, mise in arme certi Nervii, e Betasj: e più tosto di furto che con guerra, scorreva ne' Canninefati, e Marsaci. Vocula tirato con inganno de' Galli, andò a trovar i nimici.

LVII. Nè dal Campo Vecchio era molto lontano; quando Classico, e Tutore, passati innanzi quasi per riconoscere, capitolarono co' Capi de' Germani. allora apertamente si dividono dalle Legioni: e di proprio steccato cingono il Campo loro; protestando Vocula: Non affogare i Romani cotanto nell' armi civili, che insino a' Treveri, e Lingoni, li deano strapazzare. Rimaner loro fedeli vassalli, vittoriosi eserciti, la Fortuna dell' Imperio, vendicatori Iddii. Così, prima Sacroviro, e gli Edui: dianzi Vindice, e le Gallie, dieder giù; ciascheduno alle prime battaglie. Aspettassonsi ora i traditori li medesimi Iddii, e destini. Meglio i divini Giulio, e Augusto aver conosciuto i loro animi, Galba, e l' esenzion sue, averli levati in superbia, e fatti nimici; ora che il giogo è suave: pigiati, spogliati, sarebbero tutti Amici. Dopo questo feroce parlare, non lasciando Classico, e Tutore, lor tradigione; volta briglia inverso Novesio: i Galli si fermano in un piano lontano due miglia, a svolgere e comperare gli animi de' centurioni, e soldati; perchè (odi nuova sceleratezza) il Romano esercito giurasse a' barbari servitù, e desse per pegno i Legati morti, o prigioni. Vocula (benchè da molti consigliato a fuggire) animosamente chiamò a parlamento, e disse:

LVIII. „ Io non vi ho parlato mai „ sì sollecito del caso vostro, e riso- „ luto del mio. perchè io odo volen- „ tieri che si cerca la morte mia, la „ quale in tali mali aspetto, per porto

„ a u-

(a) In tanti mali che ci vengono da' nemici, come egregiamente spiega Vezlo.

„ nem (a) miseriarum exspectо. Vestri
„ me pudet, miseretque, adversus quos
„ non prælium, & acies, parantur; id
„ enim fas armorum, & ius hostium.
„ Bellum cum Populo Romano vestris
„ se manibus gesturum, Classicus spe-
„ rat: Imperiumque, & sacramentum
„ Galliarum, ostentat. Adeo, nos si
„ Fortuna inpræsens, Virtusque, dese-
„ ruit, etiam vetera exempla deficiunt?
„ Quotiens romanæ Legiones perire præ-
„ optaverint, ne loco pellerentur? Socii
„ sæpe nostri exscindi Vrbes suas, se-
„ que cum Coniugibus ac Liberis cre-
„ mari pertulerunt; neque aliud pre-
„ tium exitus, quam fides, famaque.
„ Tolerant cum maxime inopiam obsi-
„ diumque apud Vetera Legiones, nec
„ terrore aut promissis demoventur.
„ Nobis super arma, & viros, & e-
„ gregia castrorum munimenta, fru-
„ mentum, & commeatus, quamvis lon-
„ go bello, pares. Pecunia nuper etiam
„ donativo suffecit; quod sive a Ve-
„ spasiano, sive a Vitellio datum in-
„ terpretari mavultis; ab Imperatore
„ certe romano accepistis. Tot bello-
„ rum victores, apud Geldubam, a-
„ pud Vetera, fuso totiens hoste; si
„ pavetis aciem, indignum id quidem.
„ Sed est vallum, murique, & tra-
„ hendi artes; donec e proximis Pro-
„ vinciis auxilia, exercitusque, concur-
„ rant. Sane ego displiceam; sunt
„ alii Legati, Tribuni, centurio de-
„ nique, aut miles. Ne hoc prodi-
„ gium toto Terrarum Orbe vulgetur:
„ Vobis satellitibus, Civilem, & Clas-
„ sicum, Italiam invasuros. An si ad
„ mœnia Vrbis Germani, Gallique, du-
„ xerint, arma Patriæ inferetis? Hor-
„ret animus tanti flagitii imagine.
„ Tutori Trevero agentur excubiæ? si-
„ gnum belli Batavus dabit? Germa-
„ norum catervas supplebitis? Quis
„ deinde sceleris exitus, cum romanæ
„ Legiones contra direxerint; trans-
„ fugæ e transfugis, & proditores e
„ proditoribus, inter recens & vetus
„ sacramentum invisi Deis errabitis?
„ Te,

„ a uscire d'affanni. Di voi mi vien
„ vergogna, e pietà; contro a cui non
„ si ordina battaglia con armi nimi-
„ che: che è cosa ordinaria, e da sol-
„ dati. Con le vostre mani spera Clas-
„ sico far guerra al Popol Romano,
„ e trasferire in Gallia l' Imperio, e
„ la milizia. O esempj antichi, se og-
„ gi Fortuna, e Virtù, ci abbandonano,
„ ove sete voi? Quante volte hanno
„ voluto le romane Legioni anzi mo-
„ rire, che lasciarsi spuntare del lor
„ luogo! Quante i Collegati nostri
„ lasciato spiantare le lor Città, e sè
„ con le Mogli, e Figliuoli ardere; so-
„ lamente per mantener fede, e fama!
„ Tollerano più che mai fame, e as-
„ sedio le Legioni al Campo Vecchio:
„ nè le muove terrore, o promesse.
„ Noi abbiamo armi, uomini, e ben
„ muniti alloggiamenti: vettovaglie
„ per lunga guerra: danari freschi del
„ donativo di Vespasiano, o sia di
„ Vitellio; basta, che viene dal roma-
„ no Imperadore. Se voi vincitori di
„ tante guerre, fugatori de' nimici a
„ Gelduba, al Campo Vecchio, e tan-
„ te altre volte, ora temete di venire
„ alle mani; è vergogna: ma e' c'è sta-
„ to bastioni, arte da trattenervi sino
„ a che dalle nostre più vicine Provin-
„ cie ci concorrano aiuti, ed eserciti.
„ Se io non piaccio; ci sono altri Le-
„ gati, Tribuni, centurioni, e solda-
„ ti finalmente. Non fate dire per tut-
„ to il Mondo sì mostruosa cosa: Che
„ voi siate cagnotti di Civile, e Clas-
„ sico, ad assalire Italia. e se Germa-
„ ni, e Galli, vi condurranno alle mu-
„ ra di Roma vostra Patria combatte-
„ retele voi? mi raccapriccio a pensar-
„ vi. farete per Tutore Treviro le
„ sentinelle? daravvi un Batavo il se-
„ gno alla battaglia? rifornirete le
„ schiere de' Germani? Qual sarà la fi-
„ ne di sì brutto misfatto? Quando le
„ Legioni romane vi verranno contro;
„ diverrete voi di traditori traditori:
„ di fuggiti rifuggiti: e fra 'l nuovo,
„ e vecchio giuramento, odiosi agl'Id-
„ dii

(a) *In luctu, atque miseriis mortem ærumnarum requiem, non cruciatum esse.* Sallust. Catil. LI.

„ *Te, Iupiter optime maxime, quem* „ *per octingentos viginti annos, tot* „ *triumphis coluimus: te, Quirine,* „ *Romanæ Parens Vrbis, precor, ve-* „ *nerorque: ut, si vobis non fuit* „ *cordi me Duce hæc castra incorru-* „ *pta & intemerata servari; ac cer-* „ *te pollui, fædarique, a Tutore, &* „ *Classico, ne sinatis. Militibus ro-* „ *manis, aut innocentiam detis: aut* „ *maturam, &, sine noxa, pœniten-* „ *tiam.*

„ dii vi andrete raggirando? O Giove „ ottimo, e grandissimo, da noi ot- „ tocentoventi anni con tanti trionfi „ onorato: o Quirino, Padre di Ro- „ ma, io vi prego, e adoro: poscia „ che a voi non è piaciuto mantener „ questi alloggiamenti sotto la cura „ mia senza macchia; non li lasciate „ almeno da Tutore, e Classico, vi- „ tuperare: e teniate a' soldati le mani „ in capo, che non fallino: o tosto „ si ripentano, e senza dannaggio ".

Vocula occiditur: & pro Galliarum imperio iuratum.

LIX. *Varie excepta oratio inter spem metumque, ac pudorem. Digressum Voculam, & de supremis agitantem, liberti servique probibuere fœdissimam mortem sponte prævenire. Et Classicus, misso Æmilio Longino desertore Primæ legionis, cædem eius maturavit. Herennium & Numisium Legatos, vinciri satis visum. Dein, sumptis romani Imperii insignibus; in castra venit. Nec illi, quamquam ad omne facinus durato, verba ultra suppeditavere, quam ut sacramentum recitaret. Iuravere qui aderant, pro Imperio Galliarum. Interfectorem Voculæ, aliis ordinibus: ceteros, ut quisque flagitium navaverat, præmiis attollit. Divisæ inter Tutorem & Classicum curæ. Tutor valida manu circumdatos Agrippinenses, quantumque militum apud superiorem Rheni ripam, in eadem verba adigit; occisis Magontiaci Tribunis, pulso castrorum Præfecto, qui detrectaverant. Classicus corruptissimum quemque e deditis pergere ad obsessos iubet, veniam ostentantes si præsentia sequerentur; aliter nihil spei: famem, ferrumque, & extrema passuros. Adiecere qui missi erant, exemplum suum.*

LIX. Variamente fu preso questo parlare, secondo che s' aveva speranza, o tema, o vergogna. Vocula si partì risoluto d' ammazzarsi innanzi che fusse vilmente straziato; ma i liberti, e schiavi, l' impedirono. Classico sollecitamente mandò a ucciderlo Emilio Longino, fuggitosi della legion Prima. Erennio, e Numisio Legati, gli bastò far prigioni. e alzate l' insegne dell' Imperio Romano venne in Campo, e non ebbe coraggio, quantunque ad ogni malo affare arditissimo, di formar parola; ma lesse il giuramento. e quei che presenti erano, il diedono all' Imperio Gallico. Esaltò l' ucciditore di Vocula ad alti gradi; gli altri premiò secondo le commesse malvagità. Tutore, e Classico si spartirono i carichi. Tutore con forze grandi circonda gli Agrippinesi: e quanti soldati erano in riva di Reno di sopra, fa giurar il medesimo: e uccide i Tribuni di Maganza: e caccia via il Maestro del Campo, che non vollero giurare. Classico manda delli arrenduti i più scelerati a offerire alli assediati perdono, accomodandosi alle cose presenti; altrimente protestare fame, ferro, e tutte le crudeltà. e confortavanli i mandati a imitar loro.

Vocula ucciso: giurato all' Impero Gallico.

Legiones, in Veteribus Castris obsessæ, eadem in verba adactæ.

LX. *Obsessos hinc fides, inde egestas, inter decus, ac flagitium, distrahebant. Cunctantibus solita, insolitaque, alimenta deerant; absumptis iumentis equisque, & ceteris animalibus, quæ profana, fœdaque, in usum necessitas vertit: virgulta postremo & stirpes & internatas saxis herbas vellentes, miseriarum, patientiæque, documentum fuere; donec egregiam laudem, fine turpi macularent, missis ad Civilem Legatis vitam orantes. Neque ante pre-*

LX. La fede, e la fame: l' onor, e l' infamia, combattevano gli assediati. Eran mancati i cibi soliti, e gli strani. giumenti, cavalli, animali sozzi, e stomachevoli, che la fame fa saporosi, tutti s' erano manicati: finalmente frasche, sterpi, erbe svelte tra' sassi, furono esempio di misera sofferenza. Ma così bella laude macchiarono con laida fine; mandando a chiedere a Civile la vita. E non prima l' impetrarono, che giurata la fe- del-

Legioni nel Campo Vecchio assediate, astrette allo giuro.

preces admissæ, quam in verba Galliarum iurarent. Tum, pactus prædam castrorum, dat custodes, qui pecuniam, caloues, sarcinas, retentarent: atque ipsos lèves abeuntes prosequerentur. Ad quintum fere lapidem coorti Germani, incautum agmen aggrediuntur. pugnacissimus quisque, in vestigio: multi, palantes occubuere: ceteri retro in castra profugiunt; querente sane Civile, & increpante Germanos, tamquam fidem per scelus abrumperent. Simulata ea fuerint, an retinere sævientes nequiverit; parum affirmatur. Direptis castris, faces iniiciunt: cunctosque, qui prælio superfuerant, incendium hausit.

deltà alle Gallie; con patto di lasciar tutto l'avere: e con essi manda gente che ritenga i danari, ragazzi, e salmería, e gli accompagni a irsene svaligiati. Alle cinque miglia escon loro i Germani addosso. i più bravi in su 'l luogo: molti furon morti sbandati, gli altri fuggirono in dietro nel Campo; dolendosene Civile, e riprendendone i Germani, come rompitori di fede. Non s'afferma, se egli finse, o pur non potè ritenere gli efferati. Spogliato il Campo, vi ficcan fuoco: che arse tutti gli avanzati alla zuffa.

Tum Civilis, voti compos, crinem ponit. Inde quoque maior Veledæ auctoritas.

LXI. *Civilis, barbaro voto* (a), *post cœpta adversus Romanos arma, promissum, rutilatumque, crinem, patrata demum cæde Legionum, deposuit. & ferebatur, parvula Filio, quosdam captivorum sagittis, iaculisque, puerilibus figendos, obtulisse. Ceterum neque se, neque quemquam Batavum, in verba Galliarum adegit; fisus Germanorum opibus. &, si certandum adversus Gallos de possessione rerum foret; inclytus fama, & potior. Mumius Lupercus, Legatus legionis, inter dona missus Veledæ. Ea Virgo nationis Bructeræ, late imperitabat; vetere apud Germanos more, quo plerasque Feminarum fatidicas, &, augescente superstitione, arbitrentur Deas. Tuncque Veledæ auctoritas adolevit; nam prosperas Germanis res, & excidium Legionum prædixerat. Sed Lupercus, in itinere interfectus. Pauci centurionum, Tribunorumque, in Gallia genuiti, reservantur, pignus societatis. Cohortium, alarum, Legionum, hiberna subversa cremataque; iis tantum relictis quæ Magontiaci, ac Vindonissæ, sita sunt.*

LXI. Civile, essendosi, quando prese l'armi contro a Romani, botato, alla barbara, di non si tondere sino a vendetta; quando ebbe uccise le Legioni, si tondè sua bionda, e pettinata, zazzera: e mise, secondo si disse, certi prigioni per bersagli alle frecce, e bolzoni, che un suo Figlioletto tirava per giuoco. Ma egli, nè alcun Batavo, non si giurò ligio alle Gallie; confidato nelle forze Germane: e, bisognando co' Galli combatter la signoria dell'Imperio; si sentiva più forte, e più reputato. A Velleda mandò fra i presenti Mumio Luperco Legato d'una Legione. Costei era Vergine, di Nazione Bruttera, Signora di grande stato, e profetessa, come i Germani per antico costume credono, molte donne esservi, e le tengono per Iddie, quando è cresciuta la divozione; come allora a Velleda, che aveva predetto felicità a' Germani, e disfacimento delle Legioni. Ma Luperco fu ammazzato per cammino. Alcuni centurioni, e Tribuni, nati in Gallia, furon salvati come pegno di confederazione. Gli alloggiamenti de' fanti, cavalli, e Legioni, guasti, e arsi; lasciati soli que' di Maganza, e Vindonissa:

Civile ottenuta la grazia si taglia la chioma. Indi cresce in autorità Velleda.

Captarum

LXII. *Legio* XIII. *cum auxiliis simul*

LXII. comandato alla legione Tre-

Mesto si-

di-

(a) Sono sempre stati, e son tuttavia presso le barbare Nazioni, sì per le publiche che per le private vendette, in uso questi voti. In guerra poi anco sommi Generali han tenuto questo mezzo per accendere la loro soldatesca. Giulio Cesare tra gli altri, di cui dice Svetonio *in Iul.* LXVII. *Milites diligebat usque adeo, ut audita cæde Tisuriensi barbam capillumque rummiserit, nec ante dempserit, quam vindicasset.*

Legionum mœstum silensque agmen. Ala Picentinæ virtus.

mul deditis, a Novesio in Coloniam Treverorum transgredi iubetur; præfinita die intra quam castris excederet. Medium omne tempus, per varias curas egere. Ignavissimus quisque, cæsorum apud Vetera exemplo paventes; melior pars, rubore & infamia: quale illud iter? quis dux viæ? & omnia, in arbitrio eorum quos vitæ, necisque, dominos fecissent. Alii, nulla dedecoris cura, pecuniam, aut carissima, sibimet ipsi circumdare. Quidam expedire arma, telisque, tamquam in aciem, accingi. Hæc meditantibus, advenit proficiscendi hora, exspectatione tristior; quippe intra vallum, deformitas haud perinde notabilis: detexit ignominiam campus, & dies. Revulsæ Imperatorum imagines: inhonora signa; fulgentibus hinc inde Gallorum vexillis: silens agmen, & velut longæ exsequiæ. Dux Claudius Sanctus effosso oculo, dirus ore, ingenio debilior. Duplicatur flagitium, postquam, desertis Bonnensibus castris, altera se Legio miscuerit. Et vulgata captarum Legionum fama; cuncti qui paulo ante Romanorum nomen horrebant, procurrentes ex agris, tectisque, & undique effusi, insolito spectaculo nimium fruebantur. Non tulit ala Picentina gaudium insultantis vulgi; spretisque Sancti promissis aut minis, Magontiacum abeunt: ac, forte obvio interfectore Voculæ Longino, coniectis in eum telis, initium exsolvendæ imposterum culpæ fecere. Legiones nihil mutato itinere, ante mœnia Treverorum considunt.

dicesima, e suoi aiuti, insieme datisi, andarsene da Novesio nella Colonia de' Treviri: e prefisso il dì da uscir delli alloggiamenti. Tra tanto, temevano i più codardi, d'esser uccisi, come quelli al Campo Vecchio; i migliori, della vergogna, e infamia: come andrieno? da chi guidati? alle mercè di cui essi avevan fatti padroni di lor vita, e morte. Altri, non temendo vergogna, si mettevano addosso i danari, e le cose più care. Altri si rassettavano, e cignevano l'arme, per andare a combattere. Venne l'ora del partire, più dolorosa che non si erano immaginata; perchè dentro alli alloggiamenti non si notava tanto la cosa brutta, come fuora, e di dì. Le immagini delli Imperadori per terra: le insegne lorde: risplendendo quinci, e quindi li stendali Gallici. Le file chete come lunghe esequie; dato loro per Capo Claudio Santo, di poco cervello, di spietato viso, e cieco da un occhio. Il male raddoppiò per l'altra Legione che lasciò gli alloggiamenti di Bonna, e mescolossi con questi. Alla fama delle prese Legioni; corsi da' campi, e casali i Popoli, che prima tremavano del nome Romano, gongolavano del nuovo spettacolo. La banda de' cavalli Picentina non potendo sopportar le risate del volgo insolente; con tutte le promesse, e minacce di Santo, se n'andò a Maganza: e per avventura rincontrato Longino, che uccise Vocula, il salutarono co' lanciotti; e questo fu principio del loro discolpamento. Le Legioni seguitando il viaggio, si fermano sotto le mura de' Treviri.

Senso delle legioni cattive. Valor della banda Picentina.

Colonia Agrippinensis, Transrhenania gentibus invisa, in summum discrimen adducitur.

LXIII. *Civilis, & Classicus, rebus secundis sublati, an Coloniam Agrippinensem diripiendam exercitibus suis permitterent, dubitavere. Sævitia ingenii, & cupidine prædæ, ad excidium Civitatis trahebantur; obstabat ratio belli, & novum Imperium inchoantibus utilis clementiæ fama. Civilem etiam beneficii memoria flexit, quod Filium eius primo rerum motu in Colonia Agrippinensi deprehensum, honorate custodierant. Sed Transrhenanis Gentibus invisa Civitas; opulentia, auctuque. Neque alium finem belli rebantur, quam si promiscua ea sedes omnibus*

LXIII. Civile, e Classico, insuperbiti per le prosperità, consultarono di concedere a' loro eserciti il sacco della Colonia Agrippina. crudeltà naturale, e agonia di preda li vi traeva; ragion di guerra non era, ed è utile a' nuovi Stati l'esser bociato clemente. Civile ancora si ricordò del beneficio delli Agrippinesi, che custodirono con onore il Figliuol suo, fatto ivi prigione al principio de' movimenti. Ma le Genti oltre Reno odiavano quella Città, troppo ricca, e cresciuta: nè parea potersi alle guerre dare altro fine, che farla risedenza comune di tutti i

Colonia Agrippina a' Trasrenani odiosa in sommo rischio.

Ger-

bus Germanis foret: aut, disiecta, Vbios quoque dispersisset.

LXIV. *Igitur Tenctteri, Rheno discreta Gens, missis Legatis, mandata apud concilium Agrippinensium edi iubent, quæ ferocissimus e Legatis, in hunc modum protulit:* „ *Redisse vos* „ *in corpus, uomanque, Germaniæ, com-* „ *munibus Deis, sed præcipuo* (a) *Deo-* „ *rum, Marti, grates agimus: vobisque* „ *gratulamur, quod tandem liberi in-* „ *ter liberos oritis. Nam ad hunc diem,* „ *flumina ac terras, & cælum quo-* „ *dammodo ipsum, clauserant Roma-* „ *ni; ut colloquia, congressusque, no-* „ *stros arcerent: vel, quod contumelio-* „ *sius est viris ad arma natis, inermes,* „ *ac prope nudi, sub custode, & pre-* „ *tio, coiremus. Sed ut amicitia, so-* „ *cietasque, nostra in æternum rata* „ *sint; postulamus a vobis: muros* „ *Coloniæ, munimenta servitii, detra-* „ *hatis. Etiam fera animalia, si clau-* „ *sa teneas, virtutis obliviscuntur.* „ *Romanos omnes, in finibus vestris,* „ *trucidetis. Haud facile Libertas,* „ *& Domini, miscentur. Bona inter-* „ *fectorum in medium cedant; ne quis* „ *occulere quidquam, aut segregare* „ *caussam suam possit. Liceat nobis,* „ *vobisque, utramque ripam colere,* „ *ut olim Maioribus nostris. Quomo-* „ *do lucem, diemque, omnibus homini-* „ *bus; ita omnes terras fortibus Viris* „ *Natura aperuit. Iustituta, cultum-* „ *que patrium, resumite; abruptis ve-* „ *ctigalibus, quibus Romani plus ad-* „ *versus subiectos, quam armis, va-* „ *lent. Sincerus & integer, & servi-* „ *tutis oblitus Populus, aut ex æquo* „ *agetis, aut aliis imperitabitis* “.

LXV. *Agrippinenses, sumpto consultandi spatio, quando neque subire conditiones metus futuri, neque palam adspernari conditio præsens sinebat; in hunc modum respondent.* „ *Quæ pri-* „ *ma Libertatis facultas data est, avi-* „ *dius quam cautius sumpsimus; ut* „ *vobis, ceterisque Germanis consangui-* „ *neis nostris iungeremus. Muros Ci-* „ *vi-*

Germani, o, spiantata lei, rimanesser anche gli Vbj disfatti.

LXIV. Laonde i Tenteri, Popoli oltre Reno, mandarono al consiglio delli Agrippinesi, Ambasciadori, di cui lo più feroce così cominciò: „ Rin- „ graziati sieno i nostri, e vostri Id- „ dii, e Marte lo sovrano: e prode „ faccia a voi che rientrati nel cor- „ po, e nome Germano, sarete alla „ fin pure liberi tra noi liberi. Av- „ vengachè i Romani ci abbiano in- „ sino a oggi chiusi i fiumi, la ter- „ ra, e quasi l'aria; perchè noi non „ ci possiamo ragunare, e parlare, se „ non se disarmati, e come ignudi „ (villana cosa ad uomini nati all'ar- „ me), e con guardie, e costo. Ora „ affine che l'amicizia, e leganza, no- „ stra siano eterne; vi preghiamo a „ smantellare questa Colonia di mu- „ ra, che son fortezze per mantene- „ re schiavi. Anco le fiere tenute in „ gabbia perdono lor fierezza. Ta- „ gliate a pezzi quanti Romani sono „ in su 'l vostro. Libertà, e signoria „ non s' incorporano insieme. I beni „ delli uccisi vadano in comune; ac- „ ciò niuno ne nasconda, nè separi „ la sua causa. Sia l'una riva, e l'al- „ tra nostra, e vostra, come al tem- „ po antico. Natura ha dato la luce „ a tutti gli uomini; così tutti li „ terreni a' più valorosi. Ripigliate „ gli ordini e 'l vivere de' Maggio- „ ri: levate via le gravezze, con le „ quali i Romani più, che con l'ar- „ mi, struggono i soggetti. Così „ netti, intieri, e non schiavi vive- „ rete eguali agli altri, o gli signo- „ reggerete “.

LXV. Gli Agrippinesi, preso tempo a risolvere, non potendo accettar le condizioni per paura dell'avvenire, nè comportando il presente tempo farsene beffe; apertamente risposero in questa maniera: „ Per unirci con voi, e con „ li altri Germani del sangue nostro, „ noi alla prima occasione del farci li- „ beri corremmo più volonterosi, che

„ cau-

(a) Presso i Germani veneravasi in preferenza degli altri Dei Mercurio, come leggesi nella Germania di Tacito: ma in tempi di guerra Marte era il primo.

„ *vitatis, congregantibus se cum maxime Romanorum exercitibus, augere nobis, quam dirnere tutius est. Si qui ex Italia, aut Provinciis, alienigenæ in finibus nostris fuerant; eos bellum absumpsit: vel in suas quisque sedes refugere. Deductis olim, & nobiscum per connubium sociatis, quique mox provenere, hæc Patria est. Nec vos adeo iniquos existimamus, ut interfici a nobis Parentes, Fratres, Liberos nostros, velitis. Vectigal, & onera commerciorum, resolvimus. Sint transitus incustoditi, sed diurni & inermes; donec nova & recentia iura, in vetustatem consuetudine vertantur. Arbitrum habebimus Civilem, & Velledam, apud quos pacta sancientur*". *Sic lenitis Tencteris, Legati ad Civilem, & Velledam, missi cum donis, cuncta ex voluntate Agrippinensium perpetravere. Sed coram adire, adloquique Velledam, negatum. Arcebantur adspectu, quo venerationis plus inesset. Ipsa edita in turre, delectus e Propinquis, consulta, responsaque, ut internuntius Numinis, portabat.*

Civilis Claudium Labeonem, resistere ausum, vincit: Bathasios Tungrosque in eadem recipit.

LXVI. *Civilis, societate Agrippinensium auctus, proximas Civitates adfectare, aut adversantibus, bellum inferre statuit. occupatisque Sunicis, & Inventute eorum per cohortes composita; quominus ultra pergeret, Claudius Labeo Bethasiorum Tungrorumque, & Nerviorum, tumultuaria manu restitit: fretus loco, quia pontem Mosæ fluminis anteceperat. Pugnabatur que in angustiis ambigue; donec Germani transnatantes, terga Labeonis invasere. Simul Civilis, ausus, an ex composito, intulit se agmini Tungrorum, & clara voce:* „ *Non ideo*", *inquit*, „ *bellum sumpsimus*, „ *ut Batavi, & Treveri, Gentibus* „ *imperent. Procul hæc a nobis arrogantia: accipite societatem. Transgredior ad vos, seu me Ducem* (a), *seu militem mavultis*". *Movebatur vulgus*,

„ cauti. Mettendo insieme i Romani „ più eserciti che mai, ci è più si„ curo crescere le nostre mura, che „ rovinarle. Se d' Italia, o altre Pro„ vincie son venuti forestieri in ca„ sa nostra; la guerra gli ha consu„ mati: o se ne sono rifuggiti alle „ case loro. Di quei che ci furon „ condotti più fa; o sono imparentati „ con esso noi, o de' loro discesi: „ questa è oggi Patria. Non vi ab„ biamo per tanto iniqui, che ci vo„ gliate far uccidere i Padri, Fratelli, „ e Figliuoli, nostri. Le gravezze, e „ le gabelle alle mercanzie son leva„ te. Siano i passi liberi, ma di gior„ no, e per gente senz' arme; tanto „ che i nuovi ordini passino in uso. „ Civile, e Velleda saranno arbitri, „ e capitoleranno tra noi". Così i Tenteri addolciti; Ambasciadori andaro a Civile, e Velleda, con presenti: e ottennero quanto vollero gli Agrippinesi; da parlare, o veder Velleda in fuori; non lasciando vedersi, per esser con questa sicumera, più venerata. Stava in un' alta torre, un suo Congiunto eletto portava i consigli, e risponsi quasi nunzio della Dea.

Claudio Labeone osò resistere, vinto da Civile, che riceve i Betasii, e i Tungri.

LXVI. Civile, rinforzato della compagnia delli Agrippinesi, deliberò guadagnarsi i Popoli vicini: e, se repugnassero, combatterli. Occupa i Sunici: ordina quella gioventù in compagnie di soldati. Claudio Labeone con gente ragunaticcia di Betasj, Tungri, e Nervj, non lo lasciò passar più oltre, confidato nel sito; avendo preso prima di lui il ponte della Mosa. Combattevasi in quello stretto dubbiosamente; quando i Germani passati a nuoto diedero alle spalle di Labeone: e Civile per ardire, o convegna, entrò nell'oste de' Tungri, e gridò: „ Non abbia„ mo preso a far guerra noi Batavi, „ e Treviri, per esser padroni delle „ Genti. Gli Iddii ci guardino da tan„ ta arroganza: toglieteci per compa„ gni. Io vengo a servirvi per Capi„ tano, o soldato, come vorrete voi".

Mos-

(a) Catilina presso Sallustio *in Catilin.* XIII. parla ne' medesimi sensi di zelo, e disinteresse a' soldati: *vel imperatore, vel milite me utemini.*

gus, condebantque gladios; cum Campanus, ac Iuvenalis, ex Primoribus Tungrorum, universam ei Gentem dedidere. Labeo, antequam circumveniretur, profugit. Civilis Betbasios quoque, ac Nervios, in fidem acceptos, copiis suis adiunxit: ingens rerum, perculsis Civitatum animis, vel sponte inclinantibus.

Lingones tamen a Sequanis fusi; victusque Iulius Sabinus latet.

LXVII. *Interea Iulius Sabinus, proiectis fœderis Romani monumentis, Cæsarem se salutari iubet: magnamque, & inconditam, Popularium turbam in Sequanos rapit, conserminam Civitatem, & nobis fidam. nec Sequani detrectavere certamen. Fortuna melioribus adfuit. Fusi Lingones: Sabinus festinatum temere prælium, pari formidine deseruis. Vtque famam exitii sui faceret; villam in quam perfugerat, cremavit: illic voluntaria morte interiisse creditus. sed quibus artibus, latebrisque, vitam per novem mox annos traduxerit: simul amicorum eius constantiam: & insigne Epponinæ Vxoris exemplum, suo loco reddemus* (a). *Sequanorum prospera acie, belli impetus stetit. Resipiscere paulatim Civitates, fasque, & fœdera, respicere, principibus Remis; qui per Gallias edixere: ut, missis Legatis, in commune consultarent, Libertas, an pax, placeret.*

Mosse i soldati bassi, e mettevan le spade nel fodero; quando Campano, e Giuvenale, de' principali Tungri, gli si diedono con tutta lor gente. Labeone prima che fusse accerchiato, fuggì. Civile ricevette in fede anche i Betasi, e' Nervj, e li aggiunse a' suoi: e l' altre Città, per sì gran fatti, ne temevano, o lo volevano.

Lingoni rotti da' Sequani. Giulio Sabino vinto s' appiatta.

LXVII. Giulio Sabino, fuor de' termini della lega Romana, fa salutarsi Cesare: e con grande, e disordinata sua genìa, cavalca con pazza furia ne' Sequani, nostri confinanti, e amici; i quali non fuggirono la battaglia. La Fortuna i migliori favorì. Rotti i Lingoni, Sabino, che con temerità aveva la battaglia affrettata, con egual paura l' abbandonò: e, per dar voce d' esser morto, arse la villa, ove fuggì; e credettesi che da se stesso vi s' ammazzasse. ma come ei fece a viver nascosto nove anni: ed ebbe fermi amici: e il bello esempio d' Epponina sua Moglie, diremo a suo luogo. La vittoria de' Sequani fermò l' impeto della guerra. I Popoli cominciarono a ravvedersi, e tener conto dell' onesto, e convenuto: e furon primi quei di Rems, i quali per le Gallie bandiscono dieta per deliberare o pace, o libertà.

Tantis armorum motibus anxius Mucianus, cum Domitiano ad bellum accingitur. Legiones quatuor præmissæ: aliæ accitæ.

LXVIII. *At Romæ cuncta in deterius audita Mucianum angebant, ne, quamquam egregii Duces (iam enim Gallum Annium, & Petilium Cerialem, delegerat) summam belli parum tolerarent: nec relinquenda Vrbs sine rectore. & Domitiani indomitæ libidines timebantur; suspectis, uti diximus, Primo Antonio, Varoque Arrio. Varus Prætorianis præpositus, vim atque arma retinebat. Eum Mucianus pulsum loco, ne sine solatio ageret, annonæ præfecit: utque Domiziani animum, Varo haud alienum, deliniret. Arretinum Clementem, domui Vespasiani per affinitatem innexum, & gratissimum Domitiano, Præto-*

LXVIII. Ma in Roma queste nuove, fatte peggiori, travagliavano Muciano. in Gallo Annio, e Petilio Ceriale Capitani, benchè valorosi, eletti da lui, non pareva da fidar tanta guerra: nè da lasciare senza Capo la Città; pericolosa la sfrenatezza di Domiziano: sospetti, come dicemmo, Antonio Primo, e Arrio Varo. Questi, come Prefetto de' Pretoriani, aveva le forze e l' armi in mano: e Muciano il cassò, e 'l fece sopra l' abbondanza, per consolarlo, e per acquietare Domiziano, che lo vedea volentieri. La Prefettura diede a Clemente Arretino, imparentato co' Flavj, e tutto di Domiziano; dicendo: il Padre di lui sotto

Da tante mosse nemiche Muciano agitato, con Domiziano à guerra s' accinge. Quattro legioni spedite, altre fatte venire.

Ca-

(a) Questa parte d' Istoria di Tacito s' è perduta; ma l' ha supplita egregiamente il Brotier nell' Appendice Cronologica al Vespasiano, cap. 17., e l' ha presa, come ivi ei dice nell' annotazione, dall' *Amatorie* di Plutarco.

torianis præposuit; Patrem eius sub Caio Cæsare egregie functum ea cura, dictitans. Lætum militibus idem nomen, atque ipsum quamquam Senatorii Ordinis, ad utraque munia sufficere. Assumuntur e Civitate clarissimus quisque, & alii per ambitionem. simul Domitianus, Mucianusque, accingebantur, dispari animo; ille, spe ac iuventa properus: hic, moras nectens, quis flagrantem retineret; ne ferociæ ætatis, & pravis impulsoribus, si exercitum invasisset, paci belloque male consuleret. Legiones victrices Sexta & Octava, Vitellianarum Vnaetvicesima, e recens conscriptis Secunda, Peninis Cottianisque Alpibus, pars monte Graio, traducuntur: XIIII. legio e Britannia: Sexta ac Decima ex Hispania accitæ. Igitur venientis exercitus fama, & suopte ingenio, ad mitiora inclinantes Gallorum Civitates, in Remos convenere. Trevirorum Legatio illic opperiebatur, acerrimo instinctore belli Tullio Valentino. Is meditata oratione, cuncta magnis Imperiis obiectari solita, contumeliasque, & invidiam, in Populum Romanum effudit; turbidus miscendis seditionibus, & plerisque gratus vecordi facundia.

Galli deliberant; & plerique, æmulatione provinciarum deterriti, Romanam fidem retinent.

LXIX. *At Iulius Auspex e Primoribus Remorum, vim Romanam, pacisque bona, dissertans, & sumi bellum etiam ab ignavis, strenuissimi cuiusque periculo geri, iamque super caput Legiones; sapientissimum quemque reverentia, fideque, iuniores periculo, ac metu, continuit. Et Valentini animum laudabant: consilium Auspicis sequebantur. Constat, obstetisse Treveris, Lingonibusque, apud Gallias; quod Vindicis motu cum Verginio steterant. Deterruit plerosque Provinciarum æmulatio. quod bello caput? unde ius, auspiciumque, peteretur? quam, si cuncta provenissent, sedem Imperio legerent? Nondum victoria, iam discordia erat; aliis fœdera, quibusdam opes, viresque, aut vetustatem originis, per iurgia iactantibus. Tædio futurorum, præsentia placuere. Scribuntur ad Treveros epistolæ, nomine Galliarum: Vt abstinerent armis; impetrabili venia, & paratis deprecatoribus,*

Caio Cesare aver onoratamente esercitato tal carica: esser di famiglia cara a' soldati: e, benchè Senatore, sufficiente all'uno e all'altro officio. Con li più risplendenti della Città, e molti ambiziosi, si apparecchiano d'andare a questa guerra Domiziano, e Muciano; di due voleri: l'uno per giovanezza, e speranza ne faceva furia: l'altro tratteneva per raffreddare il Giovane; che non pigliasse ardente e feroce con mali consiglieri attorno, l'esercito: e rovinasse la pace, e la guerra. Passaron l'Alpi Penine, e Coziane, e parte Monte Graio, le legioni vittoriose, Sesta, e Ottava, la Ventunesima, stata Vitelliana, e delle fatte di nuovo la Seconda. Fecersi venir di Britannia la Quattordicesima, e di Spagna la Sesta, e la Decima. Alla fama adunque del vegnente esercito, gli Stati della Gallia, per natura inchinati alla pace, convennero a Rems. Aspettavansi gli Ambasciadori de' Treviri, fra' quali lo più fiero accenditore alla guerra, Tullio Valentino, con diceria composta vomitò tutti i veleni soliti contro a' gran Potentati in offesa, e odio del Popol Romano: uomo turbolento, da scandoli, ciarlatore, che gustava a molti.

Bilanciano i Galli; e i più dall'emulazione delle Provincie atterriti tengonsi fidi a' Romani.

LXIX. Ma Giulio Auspice, de' primi di Rems, mostrando la possanza Romana, li beni della pace, le guerre ancora da' dappochi pigliarsi, ma farsi con pericolo de' più valorosi, e già avere addosso le Legioni; mosse i Saggi con la sua riverenza, e con l'ammonirli della fede: li Giovani con la paura, e pericolo. Lodavano il coraggio di Valentino: e s'attenevano al consiglio d'Auspice. Certo è, che le Gallie non si fidarono de' Treviri, e Lingoni; perchè ne' romori di Vindice tennero da Verginio. Diede molta noia il gareggiare delle Provincie: chi sarebbe capo della guerra? donde si prenderebbe la potestà? e se l'impresa riuscisse, qual sarebbe la sedia della Signoria? Non aveano ancor vinto, e già contendevano; chi confederazioni, chi forze, o ricchezze, chi antichità sue rimproverando. onde infastiditi delle cose future amarón le presenti. Scrissesi a' Treveri in nome del-

bus, si pœniteret. Restitit idem Valentinus, obstruxitque Civitati suæ aures; haud perinde instruendo bello intentus, quam frequens concionibus.

Nec Civili, Classico, ceterique Ducibus satis consilii nec concordiæ.

LXX. *Igitur non Treveri, neque Lingones, ceteræque rebellium Civitates, pro magnitudine suscepti discriminis agere: ne Duces quidem, in unum consulere. Sed Civilis avia Belgarum circumibat; dum Claudium Labeonem capere, aut exturbare, nititur. Classicus, segne plerumque otium trahens; velut parto Imperio fruebatur. Ne Tutor quidem maturavit superiorem Germaniæ ripam, & ardua Alpium, præsidiis claudere. atque interim Vnaetvicesima legio Vindonissa: Sextilius Felix cum auxiliariis cohortibus per Rhætiam irrupere. Accessit ala Singularium* (a), *excita olim a Vitellio, deinde in partes Vespasiani transgressa; præerat Iulius Briganticus, Sorore Civilis genitus, ut ferme acerrima Proximorum odia sunt, invisus Avunculo infensusque. Tutor, Treverorum copias, recenti Vangionum, Caracatium, Triboccorum, delectu auctas, veterano pedite atque equite firmavit; corruptis spe, aut metu subactis legionariis. qui, primo cohortem præmissam a Sextilio Felice interficiunt; mox, ubi Duces, exercitusque, romani propinquabant, honesto transfugio sedere; secutis Tribocis, Vangionibusque, & Caracatibus. Tutor, Treveris comitantibus, vitato Magontiaco Bingium concessit, fidens loco; quia pontem Navæ fluminis abruperat. Sed incursu cohortium quas Sextilius ducebat, & reperto vado; proditus, fususque. Ea clade, perculsi Treveri: & plebes, omissis armis, per agros palatur. quidam Principum, ut primi posuisse bellum viderentur, in Civitates, quæ societatem Romanam non exuerant, perfugerunt. Legiones a Novesio, Bonnaque, in Treveros, ut supra memorabamus, si pœniteret, Sextilius, obstruxitque Civitati suæ aures; haud perinde instruendo bello intentus, quam frequens concionibus.*

Civile, Classico, e gli altri Duci non ben consigliati, nè concordi.

LXX. Però i Treviri, Lingoni, e gli altri Popoli ribelli, non facevan provvedimenti convenevoli a tanta impresa: nè i loro Capitani fra loro s'intendevano. Civile per luoghi strani de' Belgi cercava pigliare, o cacciare Claudio Labeone: Classico si stava a man giunte, quasi a godere l'acquistato Imperio. Tutore non fu sollecito a pigliar la riva di sopra di Germania, e metter guardie a' passi dell'Alpi. intanto la legione Ventunesima da Vindonissa: e Sestilio Felice co' fanti d'aiuto, per la Rezia entrarono in Gallia insieme con cavalli, Singolari da Vitellio già chiamati, e poi passati a Vespasiano sotto Giulio Brigantico, nato di una Sorella di Civile; che, come son per lo più crudeli gli odj de' congiunti, era dal Zio odiato, e l'odiava. Tutore rinforzò l'esercito de' Treviri, di novelli Vangioni, Caracati, Triboci, e di vecchi fanti, e cavalli: e i legionarj corrotti da speranza, o domati da timore. i quali prima uccidono una coorte mandata innanzi da Sestilio Felice; poscia, accostandosi i Capitani, e gli eserciti Romani, ritornaro con onesta fuga, tirando seco i Triboci, Vangioni, e Caracati. Tutore in compagnia de' Treviri, lasciata Maganza, se n'andò a Bingio; assicuratosi del sito, per aver tagliato il ponte della Nava. Ma Sestilio, trovato il guado, l'affrontò; e rimase Tutore ingannato, e rotto. I Treviri se ne sbigottirono: i plebei, gittate giù l'armi, si sbaragliarono per la campagna: alcuni Principali per mostrarsi primai a non voler più guerra, si fuggirono ne' paesi stati in fede Romana. Le Legioni da Novesio, e Bonna, trapassate, come dicemmo, a' Treviri, da se stes-

(a) La milizia di più conto, qui chiamata *Singularium*, veniva immediatamente dopo i pretoriani, *tum manere custodiæ, tum prætenturæ vicinia*, al dire dell'Erudito Fabretti *Inscript. Dom.* cap. 5. pag. 354. Igino riferisce che i Singolari erano a sinistra dell'Imperadore, i Pretoriani a destra nel campo di battaglia.

memoravimus, tradutæ, se ipsas in verba Vespasiani adigunt. Hæc Valentino absente gesta. qui ubi adventabat, furens, cunctaque rursus in turbas, & exitium conversurus; Legiones in Mediomatricos, sociam Civitatem, abscessere. Valentinus, ac Tutor, in arma Treveros retrahunt; occisis Herennio ac Numisio, Legatis; quo minore spe veniæ cresceret vinculum sceleris.

Interea Petilius Cerialis Magontiacum venit: Valentinum, hostium Ducem, magna clade Rigoduli adficit.

LXXI. *Hic belli status erat, cum Petilius Cerialis Magontiacum venit. eius adventu, erectæ spes. Ipse pugnæ avidus, & contemnendis quam cavendis hostibus melior; ferocia verborum militem incendebat: ubi primum congredi licuisset, nullam prælio moram facturus. Delectus per Galliam habitos, in Civitates remittit, ac nuntiare iubet: sufficere Imperio Legiones; Socii ad munia pacis redirent, securi confecto bello quod Romanæ manus excepissent. Auxit ea res Gallorum obsequium; nam, recepta iuventute, facilius tributa toleravere, proniores ad officia, quod spernebantur. At Civilis & Classicus, ubi pulsum Tutorem, cæsos Treveros, cuncta hostibus prospera accepere; trepidi ac properantes, dum dispersas suorum copias conducunt, crebris interim nuntiis Valentinum monuere: ne summæ rei periculum faceret. Eo rapidius Cerialis, missis in Mediomatricos, qui breviore itinere Legiones in hostem verterent; contracto quod erat militum Magontiaci, quantumque secum transvexerat; tertiis castris Rigodulum venit. quem locum magna Treverorum manu, Valentinus insederat, montibus & Mosella amne septum: & addiderat fossas, obiicesque saxorum. Nec deterruere ea munimenta romanum Ducem, quo minus peditem perrumpere iuberet, equitum aciem in collem erigeret; spreto hoste, quem temere collectum, haud ita loco iuvari, ut non plus suis in virtute foret. Paulum moræ in ascensu, dum missilia hostium prævebuntur. Vt ventum ad manus, deturbati, ruinæ modo, præcipitantur. & pars equitum, æquioribus iugis circumvecta; nobilissimos Belgarum, in quis Ducem Valentinum, cepit.*

LXXII.

stesse giuraron fede a Vespasiano. Fatte furon queste cose in assenza di Valentino, il quale dovunque giugneva, infuriando, e volendo rivoltare, e guastare ogni cosa; le Legioni se n'andarono ne' Mediomatrici, nostri Collegati. Valentino, e Tutore, rimettono in su l'arme i Treviri: ammazzano Erennio, e Numisio Legati; per torsi speranza di perdono, e con maggiore sceleratezza insieme legarsi.

Petitio Ceriale a Maganza: dà gran rotta a Valentino Duce nemico a Rigodulo.

LXXI. Questo era lo stato della guerra, quando Petilio Ceriale venne a Maganza: e fece crescer le speranze. Avido di combattere, più sprezzator del nimico, che cauto: con ferocità di parole infiammava i soldati, per combattere subito ch'ei potesse affrontarlo. Rimanda alle case i Giovani comandati per le Gallie: imponendo che dicano: Che all' Imperio bastano le Legioni: tornino i Confederati alle cure della pace; tenendo per finita la guerra, che era presa dalle destre Romane. La qual cosa rendè i Galli più ubbidienti; perchè, riavuta la Gioventù, pagarono i tributi più volentieri; e faceali l'essere spregiati più pronti al servire. Ma Civile, e Classico, inteso che Tutore era rotto, ammazzati i Treviri, ogni cosa in favor a nimici; con paura, e fretta, rimettono insieme loro sparsa oste: e per molti messaggi avvertiscono Valentino, che non arrischi il tutto. Tanto più volando mandò Ceriale a' Mediomatrici, a spignere per la più corta contro al nimico le Legioni: e raccozzati quanti soldati trova in Maganza con quei che menò; venne in tre dì a Rigodulo, dove s'era piantato Valentino con gran gente Trevera, difeso da' monti, e dalla Mosella, e fattovi fosso, e muro. Non per tali fortificamenti ristette il romano Duce di non vi spignere la fanteria, metter i cavalli in certa collina; beffandosi del nimico ragunaticcio, non sì dal sito aiutato, che non più valore fusse ne' suoi. I tiri de' nimici noiarono alquanto il salire. Venuti alle mane, li pinsero e precipitaron giuso a rovina. e parte de' cavalli ne' colli più bassi presero i più nobili Belgi, tra' quali fu Valentino lor Capitano.

LXXII.

Victæ ante legiones in castra Romana receptæ.

LXXII. *Cerialis postero die, Coloniam Trevirorum ingressus est, avido milite eruendæ Civitatis: Hanc esse Classici, hanc Tutoris Patriam: horum scelere, clausas, cæsasque Legiones. Quid tantum Cremonam meruisse, quam e gremio Italiæ raptam; quia unius noctis moram victoribus attulerit? Stare in confinio Germaniæ integram sedem, spoliis exercituum, & Ducum cædibus, ovantem! Redigeretur præda in fiscum* (a)*; ipsis sufficere ignes, & rebellis Coloniæ ruinas, quibus tot castrorum excidia pensarentur. Cerialis metu infamiæ, si licentia, sævitiaque, imbuere militem crederetur; pressit iras: & paruere, posito civili bello ad externa modestiores. Convertit inde animos, accitarum e Mediomatricis Legionum miserabilis adspectus. Stabant conscientia flagitii mœstæ, fixis in terram oculis: nulla inter cœuntes exercitus consalutatio: neque solantibus, hortantibusve responsa dabant, abditi per tentoria, & lucem ipsam vitantes: nec perinde periculum aut metus, quam pudor, ac dedecus, obstupefecerat: attonitis etiam victoribus, qui vocem, precesque, adhibere non ausi, lacrymis, ac silentio, veniam poscebant, donec Cerialis mulceret animos. Fato acta dictitans, quæ militum, Ducumque, discordia, vel fraude hostium, evenissent: Primum illum stipendiorum & sacramenti diem haberent: priorum facinorum neque Imperatorem, neque se meminisse. Tunc recepti in eadem castra, & edictum per manipulos: ne quis in certamine, iurgiove, seditionem, aut cladem, commilitoni obiectaret.*

Legioni già vinte ammesse nel Campo romano.

LXXII. L'altro dì Ceriale entrò nella Colonia de' Treviri; struggendosi i soldati di spiantare quella Città: Questa esser patria di Classico, questa di Tutore: per la costoro sceleratezza (diceano) rinchiuse, e tagliate a pezzi le Legioni. che proporzione aver con questo il peccato di Cremona, che si rapì di grembo all' Italia, per aver fatto indugiare i vincitori solo una notte? e questa nel fine di Germania posta, delle spoglie delli eserciti, del sangue de' Capitani trionfante, stare in piedi? Fussesi la preda del fisco; bastar loro vedere il fuoco, la rovina della Colonia rubella, in ricompensa di tanti alloggiamenti sperperati. Ceriale, per fuggir biasimo di avvezzar i soldati licenziosi, e crudeli, attutò le loro ire: e ubbidirono, più modesti nella guerra fatta alli strani, che nella passata civile. Commosse poi gli animi la miseranda vista delle Legioni fatte venir da' Mediomatrici. Stavano per lo misfatto maninconose, con gli occhi in terra: fra loro non si salutarono: non rispondevano a' confortanti: sofficcavansi ne' padiglioni: fuggian la luce, più stupidi per la vergogna, che per la paura. Stavano i vittoriosi ancora attoniti, non ardivan parlare, nè pregare: con lagrime, e silenzio, per loro chiedevan perdono. Ceriale gli rincorò, imputando il destino di quanto seguito era per le discordie de' soldati, e Capitani, o fraude de' nimici: Fusse quello il dì primo di loro soldo, e giuramento: de' peccati passati nè l' Imperadore, ned ei, si ricordava. Così furon ricevuti nel Campo medesimo: e fatto intender per le squadre, che niuno, venendo a contesa, o parole, rimpruoveri nè sedizioni, nè sconfitta al compagno.

Cerialis Treveros ac Lingones adloquitur & componit.

LXXIII. *Mox Treveros ac Lingones ad concionem vocatos, ita adloquitur. „ Neque ego unquam facundiam exercui: & Populi Romani virtutem armis affirmavi; sed quia apud vos „ ver-*

Ceriale parla a' Treveri, e Lingoni, e li accheta.

LXXIII. Chiamati poi li Treviri, e Lingoni, così aringò: „ Io non at- „ tesi già mai a bel parlare: con l' ar- „ me ho mostrato la Romana virtù: „ ma perchè in voi molto possono le „ parole: e tenete buono, e pio non „ quel-

(a) Era del Principe il fisco; e s'è detto nel Lib. VI. degli Annali, cap. 2.

„ *verba plurimum valent, bonaque, ac*
„ *mala, non sua natura, sed vocibus*
„ *seditiosorum, æstimantur; statui pau-*
„ *ca disserere, quæ profligato bello,*
„ *utilius sit vobis audisse, quam no-*
„ *bis dixisse. Terram vestram cetero-*
„ *rumque Gallorum ingressi sunt Du-*
„ *ces, Imperatoresque, romani, nulla*
„ *cupidine; sed Maioribus vestris in-*
„ *vocantibus, quos discordiæ usque ad*
„ *exitium fatigabant. Et acciti auxilio*
„ *Germani, Sociis pariter, atque hosti-*
„ *bus, servitutem imposuerant. Quot*
„ *prœliis adversus Cimbros, Teutonos-*
„ *que, quantis exercituum nostrorum*
„ *laboribus, quove eventu Germanica*
„ *bella tractaverimus; satis clarum.*
„ *Nec ideo Rhenum insedimus, ut I-*
„ *taliam tueremur, sed nequis alius*
„ *Ariovistus Regno Galliarum potire-*
„ *tur. An vos cariores Civili, Bata-*
„ *visque, & transrhenanis Gentibus*
„ *creditis, quam Maioribus eorum Pa-*
„ *tres Avique vestri fuerunt? Eadem*
„ *semper caussa Germanis transcenden-*
„ *di in Gallias, libido, atque avaritia,*
„ *& mutandæ sedis amor; ut relictis*
„ *paludibus, & solitudinibus suis, fe-*
„ *cundissimum hoc solum, vosque ipsos,*
„ *possiderent. Ceterum Libertas, &*
„ *speciosa nomina, prætexuntur: nec*
„ *quisquam alienum servitium, & do-*
„ *minationem sibi concupivit, ut non*
„ *eadem ista vocabula usurparet.*

LXXIV. „ *Regna, bellaque, per Gal-*
„ *lias, semper fuere; donec in nostrum*
„ *ius concederetis. Nos, quamquam to-*
„ *tiens lacessiti; iure victoriæ, id so-*
„ *lum vobis addidimus, quo pacem tue-*
„ *remur. Nam neque quies Gentium,*
„ *sine armis: neque arma, sine stipen-*
„ *diis: neque stipendia, sine tributis,*
„ *haberi queunt. Cetera in communi sita*
„ *sunt. Ipsi plerumque Legionibus no-*
„ *stris præsidetis: ipsi has, aliasque,*
„ *Provincias regitis: nihil separatum*
„ *clausumve: & laudatorum Principum*
„ *usus ex æquo, quamvis procul agen-*
„ *tibus: sævi proximis ingruunt. Quo-*
„ *modo sterilitatem, aut nimios imbres,*
„ *& cetera Naturæ mala* (a)*; ita lu-*
„ *xum,*

„ quello che è, ma quello che vi di-
„ cono i sediziosi; vi voglio ricorda-
„ re alcune cose, che più a voi, vin-
„ ta la guerra, gioverà l' averle udi-
„ te, che a me l' averle dette. Nel
„ paese vostro, e degli altri Galli,
„ entrarono i romani Capitani, e Im-
„ peradori, non per loro cupidigia;
„ ma chiamati da' vostri Maggiori, che
„ si nimicavano a morte. Faceste ve-
„ nire in aiuto i Germani, i quali
„ a voi, come a nimici, imposero
„ servitù. Quante volte abbiamo
„ combattuto con Cimbri, e Teuto-
„ ni: quanto affaticato i nostri eser-
„ citi: con qual esito guerreggiato
„ con Germani; il vi sapete. Nè ci
„ siamo piantati in su 'l Reno per
„ difendere Italia; ma perchè un
„ altro Ariovisto non si facesse Re
„ di Gallia. Credete voi, Civile, e
„ i Batavi, e le Genti oltre Reno,
„ vogliano meglio a voi, che i lor
„ passati a' vostri? Sempre hanno i
„ Germani avuto, di valicar in Gal-
„ lia la medesima cupidigia, avarizia,
„ disio di mutar paese: e, lasciati
„ lor pantani, e diserti, farsi padro-
„ ni di questo fertilissimo terreno, e
„ di voi; sotto spezie di Libertà, e
„ altri bei nomi stati sempre in boc-
„ ca a qualunque ha cercato altrui
„ soggiogare.

LXXIV. „ Dominati, battuti sem-
„ pre fuste, sino a che vi deste a noi.
„ Noi, benchè tante volte provocati;
„ vi abbiamo solo aggravato, per ra-
„ gion di vittoria, di quanto è neces-
„ sario a mantenervi in pace. Non si
„ potendo a' Popoli mantener pace,
„ senz' arme: nè arme, senza soldo: nè
„ soldo, senza tributi. Nel resto noi
„ siamo una cosa medesima: voi co-
„ mandate sovente le nostre Legioni:
„ governate queste, e altre Provincie:
„ nulla non vi teniamo diviso, nè chiu-
„ so: godete, benchè lontani, de' Prin-
„ cipi buoni, come noi: i crudeli s'
„ avventano al più accosto. Acconcia-
„ tevi (come si fa al troppo secco, o

„ pio-

(a) Giusta il dogma Stoico. *Omnia sic patitur Sapiens, ut hiemis rigorem, & intempiem-*
riam cæli, ut fervores morbosque, & cetera forte accidentia. Seneca de Constantia sapientis IX.

„ uam, vel avaritiam, dominantium „ tolerate. Vitia erunt, donec homi„ nes; sed neque hæc continua, & „ meliorum interventu pensantur. Ni„ si forte Tutore, & Classico, regnan„ tibus, moderatius Imperium spera„ tis: aut minoribus quam nunc tri„ butis, parabuntur exercitus; qui„ bus Germani, Britannique, arcean„ tur. Nam pulsis (quod Dii prohi„ beant) Romanis; quid aliud quam „ bella omnium inter se Gentium exsi„ stent? Octingentorum annorum For„ tuna, disciplinaque, compages hæc „ coaluit; quæ convelli, sine exitio „ convellentium, non potest. Sed „ vobis maximum discrimen, penes „ quos aurum, & opes; præcipuæ „ bellorum caussæ. Proinde pacem, „ & Vrbem, quam victi, victoresque, „ eodem iure obtinemus, amate, colite. Moneant vos utriusque Fortu„ næ documenta, ne contumaciam cum „ pernicie, quam obsequium cum se„ curitate malitis “.

„ piovoso, e altri mali di Natura) a „ soffrire il lusso, o l'avarizia de' do„ minanti. Mentre saranno uomini, „ saranno difetti; ma non sono conti„ nui, e li compensano le virtù degli „ altri. Se già non isperaste sotto Tu„ tore, e Classico, esser retti con più „ giustizia: poter tenere eserciti con „ minore spesa, e tributi; per discosta„ re i Germani, e' Britanni. Perciocchè cacciati (gli Iddii ne guardino) „ i Romani; chi non vede, che tutte le „ Genti del Mondo s'azzufferanno tra „ loro? Fortuna, e militare scienza, „ hanno per ottocento anni sì tenace„ mente questa macchina d' Imperio „ collegata; che niuno tenterà scom„ metterla, che sotto non ci rimanga. „ E peggio ne farete voi, che avete „ oro, e facultà; esche alla guerra. „ Amate, e riverite, la pace, e Roma, „ la quale o vinti, o vincitori, nostra „ Patria è. Le prospere con l'avverse „ fortune bilanciate; v' insegnino a „ non esser anzi contumaci con rovi„ na, che ubbidienti con sicurezza “.

Atrox prælium, quo Germani primum victores, dein Cerialis constantia vincuntur.

LXXV. *Tali oratione graviora metuentes composuit, erexitque. Tenebantur victore exercitu Treveri; cum Civilis & Classicus misere epistolas ad Cerialem, quarum hæc sententia fuit: Vespasianum, quamquam nuntios occultarent, excessisse vita: Vrbem atque Italiam, interno bello consumptam: Muciani ac Domitiani, vana, & sine viribus, nomina. Si Cerialis Imperium Galliarum velit; ipsos finibus Civitatum suarum contentos. si prælium mallet; ne id quidem abnuere. Ad ea Cerialis, Civili, & Classico, nihil: eum qui attulerat ipsas epistolas, ad Domitianum misit. Hostes divisis copiis advenere undique. Plerique culpabant Cerialem, passum iungi, quos discretos intercipere licuisset. Romanos exercitus, castra fossa, valloque, circumdedit, quis temere anteà invitis consederat. Apud Germanos diversis sententiis certabatur.*

Atroce battaglia: i Germani pria vincitori, son vinti per la fermezza di Ceriale.

LXXV. Coloro che temevan gastigo, rimasero per sì fatto parlare quieti, e con isperanza. Impadronitosi l' esercito vittorioso di Treviri; Civile, e Classico, scrissero a Ceriale: Vespasiano, se ben tenuto segreto, esser morto: Roma, e Italia per guerra intrinseca strutta: Muciano, e Domiziano, vani nomi senza forze. Se Ceriale voleva l'Imperio delle Gallie; si contentavano di starsi ne' confini de' lor paesi: se combattere; nè anche ciò ricusavano. Egli loro non rispose: e mandò l'apportatore a Domiziano. I nimici, che divisi erano, comparvero da ogni banda. Onde fu biasimato Ceriale, d' avetli lasciati congiugnere; potendoli spartiti disfare. L' esercito Romano trincerò, e affossò il Campo, stato prima non sicuro. I Germani non eran d' accordo.

LXXVI. *Civilis opperiendas Transrhenanorum Gentes; quarum terrore fractæ Populi Romani vires obterrentur. Gallos quid aliud quam prædam victoribus? & tamen quod roboris sit, Belgas, secum palam, aut vo-*

LXXVI. Civile voleva aspettar le genti oltre Reno; per lo cui terrore le fiacche forze Romane cadrieno. i Galli che altro esser che preda del vincitore? Quel che v' è di buono, esser i Belgi, tutti suoi, o alla sco-

per-

voto stare. Tutor cunctatione crescere rem Romanam affirmabat; coeuntibus undique exercitibus: Transvectam e Britannia Legionem: accitas ex Hispania: adventare ex Italia; nec subitum militem, sed veterem, expertumque belli: non Germanos, qui ab ipsis sperentur, non iuberi, non regi; sed cuncta ex libidine agere: pecuniamque ac dona, quis solis corrumpantur, maiora apud Romanos: & neminem adeo in arma promptum, ut non idem pretium quietis, quam periculi, malit. quod si statim congrediantur, nullas esse Ceriali, nisi ex reliquiis Germanici exercitus, Legiones, fœderibus Galliarum obstrictas: idque ipsum, quod inconditam nuper Valentini manum, contra spem suam, fuderint, alimentum illis, Dncique, temeritatis. ausuros rursus, venturosque in manus, non imperiti adolescentuli, verba & conciones quam ferrum & arma meditantis; sed Civilis & Classici, quos ubi adspexerint; redituram in animos formidinem, fugam, famemque, ac totiens captis precariam vitam. Neque Treveros, aut Lingonas benevolentia contineri; resumpturos arma, ubi metus abscesserit. Diremit consiliorum diversitatem, approbata Tutoris sententia, Classicus; statimque exsequuntur.

LXXVII. Media acies Vbiis Lingonibusque data: dextro cornu cohortes Batavorum, sinistro Bructeri, Tenctereque: pars montibus: alii viam inter Mosellamque flumen, tam improvisi adsilnere; ut in cubiculo ac lectulo Cerialis (neque enim noctem in castris egerat) pugnari simul, vincique suos audierit, increpans pavorem nuntiantium: donec universa clades in oculis fuit: perrupta Legionum castra: fusi equites: medius Mosellæ pons, qui ulteriora Coloniæ adnectit, ab hostibus insessus. Cerialis turbidis rebus intrepidus, & fugientes manu retrahens, intecto corpore promptus inter tela, felici temeritate, & fortissimi cuiusque accursu; reciperatum pontem lecta manu firmavit. Mox in castra reversus, palantes captarum apud Novesium, Bonnamque, Legionum manipulos, & rarum apud signa militem, ac prope circumven-

perta, o col cuore. Tutore affermava, le cose Romane crescere, col dar tempo a unirsi i loro eserciti da tante bande: Esser passata di Brettagna una Legione: chiamatene di Spagna: avvicinarsi quelle d' Italia; non mica gente nuova, ma spertissima: i Germani, che essi aspettano, non potersi comandare, non reggere; ma voler fare a lor modo: avere i Romani più da donare; con che solo si corrompono: e niuno essersi disposto a combattere, che di par pregio non voglia più tosto riposo, che pericoli. ma, venendo alle mani subitamente; non aver Ceriale altre Legioni, che il rimasuglio de' Germani eserciti, obbligato a' Galli: e l' aver rotto (che mai nol pensarono) quella canaglia di Valentino, saria l' esca a farli tornar alla trappola: e darieno nelle mani non d' un fanciullo, che più sa servirsi delle parole, e della lingua, che del ferro, e dell' armi: ma di Civile, e Classico; alla cui vista ricorderiensi quei tante volte fatti prigioni, della paura, fuga, fame, e vita, chiesta per Dio: nè tener dalla loro i Treviri, e Lingoni per amore; mancata la paura, ripiglieriano l' armi. Classico approvò il parere di Tutore: e d'accordo subito fu eseguito.

LXXVII. Messi gli Vbj, e Lingoni nel mezzo, nel destro corno i Batavi, nel sinistro Brutteri, e Tenteri: parte ne' monti: altri tra la strada, e la Mosella; assaltarono tanto alla sprovveduta, che Ceriale nella sua camera, e letto (che quella notte era fuori delli alloggiamenti) a un' otta seppe: i suoi esser combattuti, e perdere; sgridando i riferenti di tanta paura, sino a che vide con gli occhi la gran rovina: guasti gli alloggiamenti delle Legioni: in fuga i cavalli: preso il ponte di Mosella, da cui la Città è congiunta. Ceriale in tanto frangente franchissimo, con le sue mani pigneva in dietro i fuggenti: gittossi disarmato tra l' armi: con questa felice temerità fattovi accorrere i fortissimi; riprese il ponte, lasciatovi eletta guardia, tornò al Campo. Vedendovi le squadre delle Legioni prese a Novesio, e Bonna,

ventas aquilas videt. Incensus ira: „ *Non Flaccum*", *inquit*, „ *non Vo-* „ *culam deseritis? nulla hic prodi-* „ *tio: neque aliud excusandum habeo;* „ *quam quod vos Gallici fœderis obli-* „ *tos* (*) *prædixerim, memoriam Ro-* „ *mani sacramenti temere credidi. Ad-* „ *numerabor Numisiis, & Herennis;* „ *ut omnes Legati vestri, aut mili-* „ *tum manibus, aut hostium, cecide-* „ *rint. Ite, nuntiate Vespasiano, vel,* „ *quod propius est, Civili, & Clas-* „ *sico: relictum a vobis in acie Du-* „ *cem. Venient Legiones, quæ neque* „ *me inultum, neque vos impunitos;* „ *patiantur* ".

na, disperse: rati all' insegne: e l' aquile quasi prese; acceso d' ira, disse: „ Voi non lasciate Flacco, non Vocula. qui non è tradimento; non ci „ ho fatto altro errore, che creder, che „ voi, dimenticato la lega Gallica, vi „ ricordaste del Romano sacramento. „ Io sarò annoverato tra i Numisj, „ e gli Erennj; acciocchè tutti i vo- „ stri Legati muoiano per le mano vo- „ stre, o dati a' nimici. Andate a Ve- „ spasiano, anzi a Civile, e Classico, „ che son più vicini, e dite: Come „ voi avete piantato il vostro Capi- „ tano nella battaglia. Verranno le „ Legioni: e non lasceranno me senza „ vendetta, nè voi senza pena ".

LXXVIII. *Vera erant: & a Tribunis, Præfectisque, eadem ingerebantur. Consistunt per cohortes, & manipulos; neque enim poterat patescere acies effuso hoste: & impedientibus tentoriis, sarcinisque, cum intra vallum pugnaretur. Tutor, & Classicus, & Civilis, suis quisque locis pugnam ciebant; Gallos pro Libertate: Batavos pro gloria: Germanos ad prædam, instigantes. & cuncta pro hostibus erant; donec legio Vnaetvicesima, patentiore quam cæteræ spatio conglobata, sustinuit ruentes: mox impulit. nec sine ope divina, mutatis repente animis, terga victores vertere. Ipsi territos se cohortium adspectu ferebant, quæ primo impetu dissiectæ, summis rursus iugis congregabantur, ac speciem novi auxilii fecerant. Sed obstitit vincentibus pravum inter ipsos certamen; hoste omisso, spolia consectandi. Cerialis, ut incuria prope rem afflixit, ita constantia restituit: secutusque Fortunam, castra hostium eodem die capit, excinditque.*

LXXVIII. Diceva il vero, e da' Tribuni, e Maestri del Campo, il medesimo si rinfacciava. Ristringonsi in compagnie, e frotte, non si potendo distendere in battaglioni; perchè il nimico era sparso qua, e là: e le trabacche, e le bagaglie, impedivano, combattendosi dentro allo steccato. Tutore, Classico, Civile, ciascuno nel suo posto stigava i suoi a combattere; i Galli per la libertà: i Batavi per la gloria: i Germani per la preda. e avevano tutti i vantaggi; sinchè la legion Ventunesima, più dell' altre larga, sostenne impeto, e ripinse i nimici. i quali, non senza divino aiuto, mutati gli animi di repente, in su 'l vincere voltaron le spalle. Dicevano, averli spaventati le fanterie rotte nel primo affronto, che riunendosi in cima del monte, parvero aiuto nuovo. Ma fu pure loro cattività, che lasciarono la vittoria per istrapparsi la preda. Ceriale, che per tracuranza ebbe a rovinare il tutto; per franchezza d' animo lo racquistò. seguitò la Fortuna: e gli alloggiamenti nemici lo di medesimo prese, e arse.

Agrippinenses a Germanis desciscunt.

LXXIX. *Nec in longum quies militi data. Orabant auxilium Agrippinenses: offerebantque Vxorem, ac Sororem, Civilis, & Filiam Classici, relicta sibi pignora societatis. atque interim*

LXXIX. Poco posarono i soldati. Gli Agrippinesi domandavano aiuto: offerendo la Moglie, e Sorella, di Civile, e la Figliuola di Classico, lasciate per pegno della lega. e intanto uccisero

Agrippinesi dipartonsi da' Germani.

(*) *retinere memoriam*, tolto via come supposititio quel *prædixerim*. Il Brotier corregge così, e forse meglio, secondo il senso; *quam quod vos gallisi fœderis oblitos redisse in memoriam romani sacramenti temere credidi*.

rim dispersos in domibus Germanos trucidaverant. Vnde metus, & iustæ preces invocantium; antequam hostes reparatis viribus, ad spem, vel ad ultionem accingerentur. namque & Civilis illuc intenderat, non invalidus; flagrantissima cohortium suarum integra: quæ ex Chaucis, Frisiisque, composita, Tolbiaci, in finibus Agrippinensium, agebat. sed tristis nuntius avertit: deletam cohortem dolo Agrippinensium: qui largis epulis, vinoque, sopitos Germanos, clausis foribus, igne iniecto, cremavere. Simul Cerialis prospero agmine subvenit. Circumsteterat Civilem & alius metus: ne Quartadecima legio, adiuncta Britannica classe, adflictaret Batavos, qua Oceano ambiuntur. sed legionem, terrestri itinere, Fabius Priscus Legatus in Nervios, Tungrosque, duxit: eæque Civitates in deditionem acceptæ. Classem ultro Canninefates adgressi sunt: maiorque pars navium depressa, aut capta. Et Nerviorum multitudinem sponte commotam, ut pro Romanis bellum capesseret, iidem Canninefates fudere. Classicus quoque adversus equites Novesium a Ceriale præmissos, secundum prœlium fecit. Quæ modica, sed crebra damna, famam victoriæ nuper partæ lacerabant.

(a) Chi vuole avere piena contezza di questa guerra non si dispensi dal leggere Giosseffo Ebreo, autore contemporaneo, e di credito, salvi i critici canoni.

tem obliqui, aut introrsus sinuati: ut latera oppugnantium, ad ictus patescerent. Extrema rupis, abrupta: & turres, ubi mons iuvisset, in sexaginta pedes: inter devexa, in centenos vicenosque attollebantur; mira specie, ac procul intuentibus pares. Alia intus mœnia, Regiæ circumiecta, conspicuoque fastigio Turris, Antonia in honorem M. Antonii ab Herode appellata.

Iudæorum Duces.

XII. *Templum in modum arcis, propriique muri, labore, & opere ante alios: ipsæ porticus, quis templum ambiebatur, egregium propugnaculum: fons perennis aquæ: cavati sub terra montes: piscinæ, cisternæque, servandis imbribus; præviderant conditores ex diversitate morum, crebra bella. inde cuncta, quamvis adversus longum obsidium: & a Pompeio expugnatis, metus, atque usus, pleraque monstravere, atque per avaritiam Claudianorum temporum, empto iure muniendi; struxere muros in pace, tamquam ad bellum: magna colluvie, & ceterarum Vrbium clade, aucti. nam pervicacissimus quisque illuc perfugerat, eoque seditiosius agebant. Tres Duces, totidem exercitus. Extrema & latissima mœnium, Simon: mediam Vrbem, Ioannes, quem & Bargioram vocabant. Templum, Eleazarus firmaverat. Multitudine & armis Ioannes, ac Simon: Eleazarus, loco pollebat. Sed prælia, dolus, incendia, inter ipsos: & magna vis frumenti ambusta. Mox Ioannes, missis per speciem sacrificandi, qui Eleazarum, manumque eius obtruncarent; Templo potitur. Ita in duas factiones Civitas discessit; donec propinquantibus Romanis, bellum externum concordiam pareret.*

per fianco gli scalatori: e ne' due ripidissimi colli erano torri; le piantate in costa, di sessanta piedi: in fondo, di cento venti: in vista mirabile; che da lontano pareano eguali. Altre mura entro cingono il Palagio con la mirabile Torre Antonia; così detta da Erode, in onore di Marcantonio.

Duci de' Giudei.

XII. Evvi il Tempio a modo di rocca, con mura proprie di più fortezza, e disegno, circondato di loggia, sua nobile difesa: fontana viva, monti forati, vivai, citerne: tutte cose da reggere ad ogni lungo assedio; avendo li edificatori, antiveduto guerre assai per li loro stravaganti costumi: e Pompeo spugnatore, mostrato, quanto dovean temere, e provvedere. e Claudio avaro vendè loro la licenza del fortificarsi; onde fecero in pace ripari da guerra. e cresciuti in gran genía dalle rovine dell' altre Città, e là rifuggitisi tutti i più protervi; perciò erano turbolenti. Tre Capitani erano di tre eserciti. Simone guardava le mura ampissime: Giovanni, detto Bargiora, il corpo della Città: Eleazaro, il tempio. Questi era forte di luogo: quei di numero, e d' armi; ma tra essi seguivano zuffe, inganni, incendj: e arse gran quantità di grano. Giovanni mandò gente, sotto spezie di far sagrifizio, a uccidere Eleazaro, e li suoi; prese il Tempio. Così la Città fu divisa in due fazioni; ma, appressandosi i Romani, il timor di fuori gli unì.

Prodigia, quæ ante obsidium evenere.

XIII. *Evenerant prodigia, quæ neque hostiis, neque votis, piare fas habet Gens, superstitioni obnoxia, religionibus adversa. visæ per cælum concurrere acies: rutilantia arma: & subito nubium igne collucere Templum. Expatsæ repente Delubri fores: & audita maior humanâ vox: Excedere Deos; simul ingens motus excedentium. quæ pauci in metum trahebant: pluribus persuasio inerat, antiquis Sacerdotum litteris contineri: Eo ipso tempore fore, ut valescerent Oriens, profectique Iudæa, re-*

Prodigii anzi l' assedio.

XIII. Apparsero prodigj, (che quella Gente, superstiziosa, non religiosa, con orazioni, o sagrificj, non purga) nel cielo eserciti combattenti: armi luccicanti: tutto il Tempio di baleni allumò: le sue porte subito spalancò: udissi voce sopra umana dire: Fuggirsi gl' Iddii, e grande strepito di fuggenti. I quali segni più non faceano paura; persuasi da riscontro di antiche Scritture: Che in quel tempo risorgerebbe l' Oriente. e di Giudea verrebbero i Padroni del Mon-

rerum potirentur. quæ ambages (a) *Vespasianum, ac Titum, prædixerant; sed vulgus, more humanæ cupidinis, sibi tantam Fatorum magnitudinem interpretati, ne adversis quidem ad vera mutabantur. Multitudinem obsessorum omnis ætatis, virile ac muliebre sexus, sexcenta millia fuisse accepimus. Arma cunctis, qui ferre possent: & plures quam pro numero audebant. Obstinatio viris, feminisque, par: ac, si transferre sedes cogerentur, maior vitæ metus quam mortis. Hanc adversus Vrbem, Gentemque, Cæsar Titus, quando impetus, & subita belli locus abnueret, aggeribus, vineisque, certare statuit. Dividuntur Legionibus munia, & quies prœliorum fuit; donec cuncta expugnandis Vrbibus reperta apud veteres, aut novis ingeniis, struerentur.*

Interim Civilis, reparato per Germaniam exercitu, bellum renovat.

XIV. *At Civilis, post malam in Treveris pugnam, reparato per Germaniam exercitu; apud Vetera castra consedit: tutus loco: & ut memoria prosperarum illic rerum augescerent barbarorum animi. Secutus est eodem Cerialis, duplicatis copiis, adventu Secundæ & xvi. & xiiii. legionum. Cohortesque, & alæ, iampridem accitæ, post victoriam properaverant. Neuter Ducum cunctator. sed arcebat latitudo camporum, suopte ingenio humentium. Addiderat Civilis obliquam in Rhenum molem, cuius abiectu revolutus Amnis, adiacentibus superfunderetur. Ea loci forma, incertis vadis subdola, & nobis adversa; quippe miles Romanus armis gravis, & nandi pavidus: Germanos fluminibus suetos, levitas armorum, & proceritas corporum attollit.*

Varia prœlia, primum Civili, deinde Ceriali prospera.

XV. *Igitur, lacessentibus Batavis, ferocissimo cuique nostrorum cœptum certamen; deinde orta trepidatio, cum prœaltis paludibus arma, equique, haurirentur. Germani, notis vadis persultabant, omissa plerumque fronte, late-*

Mondo, che accennavano Vespasiano, e Tito. ma il popolazzo, secondo uman desio, a se appropriava così alto destino: nè al vero li voltavano le avversità. Secentomila troviamo il numero d'ogni età, e sesso delli assediati: armati i potenti, e molti più, per pari ostinazione, di donne, e uomini. E dovendo mutar luogo, più temevan del vivere, che del morire. Contro a sì fatta Città, e Gente, non valendo impeto, e assalti; risolvette Tito Cesare osteggiare con cavalieri, e vinee. Alle Legioni divise le cariche: e fermò il combattere, sì fosser presti quantunque ordigni mai trovaro Antichi, e Moderni, da prender Città.

Civile rinnovato l'esercito per la Germania, riapre la guerra.

XIV. Ma Civile, dopo la rotta ne' Treviri, rifatto in Germania esercito; si fermò a Campovecchio, luogo sicuro, e da crescer animo a' barbari, per le passate prosperitadi. Ceriale gli tenne dietro, rafforzato dalle legioni Seconda, Sedicesima, e Quattordicesima. I fanti, e cavalli, chiamati, dopo la vittoria sollecitarono. Nè l'uno, nè l'altro Capitano era tardo; ma gl' impediva la gran pianura acquidosa: e Civile con certa pescaia fatta attraverso al Reno, vi volgeva l'acqua, e quelli allagava. Così era il luogo di guado non sicuro, e svantaggioso per noi; perchè i Romani son gravi d'arme, e nuotano con paura: i Germani armati leggieri, allevati in su l'acqua, alti di corpo.

Varie pugne or a Civile, or a Ceriale fortunate.

XV. Punti adunque da' Batavi, i più feroci de' nostri attaccaron battaglia, e impauriro; affogando nell'alte paludi armi, e cavalli. I Germani pratichi ne' fondi, a quelli assalivano non la fronte, ma i fianchi, e le spal-

(a) Tacito accenna le predizioni de' Profeti Ebrei, e le applica a Vespasiano e Tito, con che ragione sel sa egli solo. Più vituperevole è, che la stessa interpretazione dia a quelle Gioseffo Ebreo, *Bell. Giud.* VI. 5. num. 4. Che non fa l'adulazione, e lo studio d'acquistar la grazia de' Potenti! Abbiamo scritto nel Supplemento degli Annali al Lib. XVI. cap. 58. che lo stesso Gioseffo avea predetto l'impero a Vespasiano e Tito. Ei certo si regolò da' talenti, e dal valore di quei due bravi Duci. Ad ogni modo ei non rischiava nulla a far il Profeta.

tera, ac terga, circumvenientes: neque, ut in pedestri acie, cominus certabatur; sed, tamquam navali pugna, vagi inter undas: aut, si quid stabile occurrebat, totis illic corporibus nitentes, vulnerati cum integris, periti nandi cum ignaris, in mutuam perniciem implicabantur. Minor tamen quam pro tumultu cædes; quia non ausi egredi paludem Germani, in castra rediere. Eius prælii eventus, utrumque Ducem, diversis animi motibus, ad maturandum summæ rei discrimen erexit. Civilis instare Fortunæ: Cerialis, abolere ignominiam. Germani, prosperis feroces: Romanos, pudor excitaverat. Nox apud Barbaros cantu aut clamore, nostris per iram, & minas, acta.

spalle: e combattevasi, non, come a piede, alle mani; ma, come in nave, qua e là ondeggiando: e trovandosi luogo fermo s' aggrappavano con tutte le forze feriti con sani, chi notar sapea con chi non sapea, per affogarsi. Ma e' si fece più romore che male; perchè i Germani non s' arditono a uscir dell' acqua: e tornaronsi alli alloggiamenti. La riuscita di questa battaglia innanimì l' uno, e l' altro Capitano a sollecitare l' ultima prova, per cagion diverse: Civile per seguitar la Fortuna: Ceriale per iscancellar la vergogna. L' orgoglio nelle bonacce tirò i Germani: l' onore i Romani. La notte passarono i barbari in canti, e grida: i nostri con ira, e minacce.

XVI. *Postera luce Cerialis equite, & auxiliariis cohortibus, frontem explet: in secunda acie Legiones locatæ. Dux sibi delectos retinuerat, ad improvisa. Civilis haud porrecto agmine, sed cuneis adstitit. Batavi, Cugernique, in dextro: læva ac propiora fluminis, Transrhenani tenuere. Exhortatio Ducum; non more concionis apud universos; sed ut quosque suorum advehebantur. Cerialis: Veterem Romani nominis gloriam, antiquas, recentesque, victorias: ut perfidum, ignavum, victum hostem, in æternum excinderent; ultione magis, quam prælio opus esse. Pauciores nuper cum pluribus certasse; attamen fusos Germanos, quod roboris fuerit. Superesse qui fugam animis, qui vulnera tergo, ferant. Proprios inde stimulos Legionibus admovebat: Domitores Britanniæ Quartadecimanos appellans: Principem Galbam, Sextæ legionis auctoritate factum: illa primum acie, Secundanos nova signa, novamque Aquilam dicaturos. Hinc prævectus ad Germanicum exercitum, manus tendebat; ut suam ripam, sua castra sanguine hostium reciperarent. Alacrior omnium clamor, quis vel e longa pace prælii cupido, vel fessis bello pacis amor, præmiaque, & quies, in posterum sperabantur.*

XVI. La dimane Ceriale ordina in fronte li cavalli, e fanti, d' aiuto; appresso le Legioni: seco ritiene il fiore a tutti i bisogni. Civile si presenta non in distesa ordinanza, ma in più punte. I Batavi, e Cugerni a destra: gli Oltrefenani a sinistra, lungo il Fiume. I Capitani esortarono i soldati, non tutti in aringo; ma a qualunque s' avvenieno, ricordavano: Ceriale, l' antica gloria Romana: le vecchie, e nuove vittorie: Spiantassono per sempre quel nimico perfido, poltrone, vinto; gastigo doverglisi, non battaglia. Pochi con molti, dianzi aver combattuto, e sbaragliato il forte de' Germani. Quello avanzaticcio portare fuga in cuore, ferite a tergo. Spronava ciascuna Legione coi suoi propri vanti, dicendo a' Quattordicesimani, Domatori della Britannia: a' Sestani, Elettori di Galba Imperadore: a' Secondani, Futuri consagratori in questa prima battaglia di nuove insegne, e Aquila. Passato allo esercito Germano, lo pregava a man giunte, ricoverassono col sangue nimico la riva loro, il loro Campo. Tutti levarono lieto grido; parte struggendosi, per la lunga pace, di battagliare: parte, stracchi della guerra, disiando pace, premio, e riposo.

XVII. *Nec Civilis (*) silentem struxit*

XVII. Nè Civile schierò i suoi tacen-

(*) *silens instruxit.*

xit aciem, locum pugnæ testem virtutis ciens: Stare Germanos, Batavosque, super vestigia gloriæ, cineres ossaque Legionum calcantes; quocumque oculos Romanus intenderet, captivitatem, clademque, & dira omina, obversari. Ne terrerentur vario Treverici prælii eventu; suam illic victoriam Germanis obstitisse, dum omissis telis, præda manus impediunt: sed cuncta mox prospera, & hosti contraria evenisse. Quæ provideri astu Ducis oportuerit, providisse: campos madentes, & ipsis gnaros, paludes hostibus noxias: Rhenum, & Germaniæ Deos, in adspectu, quorum numine capesserent pugnam, Coniugum, Parentum, Patriæ memores. Illum diem, aut gloriosissimum inter Maiores, aut ignominiosum apud Posteros fore. Vbi sono armorum, tripudiisque (ita illis mos), approbata sunt dicta; saxis, glandibusque (a), & cetevis missilibus prælium incipitur: neque nostro milite paludem ingrediente, & Germanis, ut eliceret, lacessentibus.

XVIII. *Absumptis quæ iaciuntur, & ardescente pugna; procursum ab hoste infestius. immensis corporibus, & prælongis hastis fluitantem, labantemque, militem eminus fodiebant: simul e mole, quam eductam in Rhenum resultius, Bructerorum cuneus transnatavit. turbata ibi res: & pellebatur Sociarum cohortium acies; cum Legiones pugnam excipiunt; suppressaque hostium ferocia, prælium exæquatur. Inserquæ, perfuga Batavus adiit Cerialem, terga hostium promittens; si extremo paludis eques mitteretur, solidum illâ, & Cugernos quibus custodia obvenisset, parum intentos. Duæ alæ cum perfuga missæ, incauto hosti circunfunduntur. Quod ubi clamore cognitum; Legiones a fronte incubuere: pulsique Germani Rhenum fuga petebant. Debellatum eo die foret, si Romana classis sequi maturasset. Ne eques quidem institit; repente fusis imbribus, & propinqua nocte.*

XIX.

cendo: Quel luogo, diceva, esser testimonio di lor virtù: calcare i Germani, e Batavi, vestigie di lor gloria, ceneri e ossa di Legioni; ovunque volgasi il Romano, non vedere che sue catene, morti, e orrori. Non si perder d' animo per la dubbia giornata ne' Treviri; la vittoria nocque ai Germani, che, lasciate l' armi, s' empieron le mani di preda: ogni cosa poi esser succeduta lor bene, e male a' nemici. Avere egli, quanto accorto Capitano poteva, provveduto: condottili a combattere in paludi, ove son pratichi, a' nimici contrarie: nel cospetto, e col favore del Reno, e delli Iddii Germani. Ricordassersi di lor Patria, Padri, e Famiglie. Sarebbe quel giorno, o glorioso intra gli antichi, o vituperoso nelli avvenire. Approvato, col percuotersi l' arme, e danzare (così usano), il suo detto; incominciano la battaglia con sassi, e palle, e altri tiri, per attrarre nelle paludi i soldati nostri: e quei lo schifavano.

XVIII. Consumati i tiri, e rinfocata la zuffa; i nimici, più furiosi con loro alte persone, e lunghe aste fediscono da discosto i barcollanti soldati, sdrucciolanti: e una frotta di Brutteri dalla detta pescaia del Reno venne a nuoto, e scompigliò, e rompeva le Genti d' aiuto; ma le Legioni sostennero la carica: la ferocità de' nemici calò: e s' agguagliò la battaglia. Vn Batavo fuggitosi a Ceriale, li mostrò: che ei romperebbe alle spalle il nimico; mandando cavalli al fine della palude, ove il terreno è sodo, con mala guardia de' Cugerni. Due bande mandatevi col fuggito gli cinsero sprovveduti. Vdito il grido; le Legioni caricaron la fronte, e fuggivano i Germani al Reno. e vincevasi la guerra quel dì; se le navi Romane eran sollecite a seguitarli. Fermò anche i cavalli una gran pioggia, e la sopraggiunta notte.

XIX.

(a) Faceansi queste palle di piombo, di ferro, o di creta, e si lanciavano colle frombole.

Civilis in Batavorum insulam concedit.

XIX. *Postera die Quartadecima legio in superiorem Provinciam Gallo Annio missa. Cerialis exercitum Decima ex Hispania legio supplevit. Civili Chaucorum auxilia venere, non tamen ausus oppidum Batavorum armis tueri; raptis quæ ferri poterant, ceteris injecto igni, in Insulam concessit; gnarus deesse naves efficiendo ponti, neque exercitum Romanum aliter transmissurum. quin & diruit molem a Druso Germanico factam: Rhenumque prono alveo in Galliam ruentem, disiectis quæ morabantur, effudit. Sic, velut abacto amne, tenuis alveus, Insulam inter Germanosque, continentium terrarum speciem fecerat. Transiere Rhenum Tutor quoque & Classicus, & centum tredecim Treverorum Senatores: in quis fuit Alpinus Montanus, quem a Primo Antonio missum in Gallias superius memoravimus. Comitabatur eum Frater D. Alpinus* (a). *simul ceteri miseratione, ac donis, auxilia conciebant, inter Gentes periculorum avidas.*

Va Civile all'isola de' Batavi.

XIX. L'altro dì si mandò la Quattordicesima legione nella Provincia di sopra a Annio Gallo: e Ceriale riformò l' esercito con la Decima venuta di Spagna. A Civile vennero aiuti da' Cauci. non per tanto ardì difender con l'armi la Città de' Batavi. Sgombrò quanto potè, il resto arse, e ritirossi nell'Isola; sapendo non v' esser navi da far ponte: in altra maniera non esser per entrarvi i Romani. anzi rovinò l' argine fattovi da Druso Germanico: e levò al Reno gl'impedimenti al suo rovinoso corso in Gallia; e così lo letto del quasi secco Fiume faceva parere terra ferma, che appiccasse l' Isola con la Germania: Passarono il Reno anche Tutore, e Classico, e cento tredici Senatori Treviri: tra' quali fu Alpino Montano, mandato, come dicemmo, da Antonio Primo in Gallia con D. Alpino suo Fratello: e altri, che con presenti, e compassione, ragunavano aiuti di quelle Genti arrischievoli.

I romani presidii invade.

XX. *Tantumque belli superfuit; ut præsidia cobortium, alarum, Legionum, modicis vicis quadripartita Civilis invaserit: Decimam legionem, Arenaci: secundam, Bataveduri: & Grinnes Vadamque, cobortium alarumque castra: ita divisis copiis; ut ipse, & Verax Sorore eius genitus, Classicusque, ac Tutor, suam quisque manum traherent: nec omnia patrandi fiducia, sed multa ausis aliqua in parte Fortunam adfore. simul Cerialem, neque satis cautum, & pluribus nuntiis huc illuc cursantem, posse medie intercipi. Quibus obvenerunt castra Decumanorum, oppugnationem Legionis arduam rati; egressum militem, & cædendis materiis operatum, turbavere: occise Præfecto castrorum, & quinque primoribus centurionum, paucisque militibus. Ceteri se munimentis defendere. Et interim Germanorum manus Batavoduri irrumpere inchoatum pontem nitebantur. ambiguum prælium nox diremit.*

invadit Romanorum præsidia.

XX. E rimasevi tanto da guerreggiare; che Civile assaltò i presidj nostri, spartiti in quattro borghi: cioè, la legion Decima in Arenaco: la Seconda in Batavoduro: e i fanti e cavalli in Grinne, e Vada. e a se, a Verace (nato di sua Sorella) a Classico, e a Tutore, assegnò a ciascuno la sua schiera; con isperanza, non, che tutto gli riuscisse: ma perchè, nel tentar molte cose, ne verrebbe ben fatta qualcuna: e potrebbe Ceriale, non troppo cauto, per varj avvisi qua e là scorrazzante, dar loro nelle mani. I Deputati contro alla Decima legione, tenendo per difficile assaltare gli alloggiamenti; scompigliarono li usciti a far legne; ucciso il Maestro del Campo, cinque ottimi centurioni, e pochi soldati. gli altri si difesero ne' ripari. Intanto una mano di Germani in Batavoduro brigava di tagliare un ponte cominciato con dubbia battaglia. la divise la notte.

XXI.

XXI.

(a) Nel ms. Agr. leggesi *Dr. Alpinus* cioè *Drusus Alpinus*. Negli altri originali, *D. Alpinus*, cioè *Decimus Alpinus*, forse *ob Patrem Claudii Cæsaris Drusum, olim Decimum, mox Neronem prænomine*, come scrive Svetonio *in Claud. I.*

Cerialis subvenit, Fortunamque vertit.

XXI. *Plus discriminis apud Grinnes Vadamque. Vadam Civilis, Grinnes Classicus, oppugnabant; nec sisti poterant, interfecto fortissimo quoque. in quis Brigantícus Præfectus alæ ceciderat, quem fidum Romanis, & Civili avunculo infensum diximus. Sed ubi Cerialis, cum delecta equitum manu subvenit; versa Fortuna. Præcipites Germani in Amnem aguntur. Civilis, dum fugientes retentat, agnitus, petitusque telis, relicto equo, transnatavit. idem Germanis effugium. Tutorem, Classicumque, appulsæ lintres vexere. Ne tum quidem Romana classis pugnæ adfuit, ut iussum erat. sed obstitit formido: & remiges per alia militiæ munia dispersi. Sane Cerialis parum temporis ad exsequenda imperia dabat; subitus consiliis, sed eventu clarus. Aderat Fortuna, etiam ubi artes defuissent; hinc ipsi, exercitusque, minor cura disciplinæ. Et paucos post dies quamquam periculum captivitatis evasisset, infamiam non vitavit.*

Sorvien Cerialè, e cangia sorte.

XXI. Con più pericolo assalirono, Civile Vada, e Classico Grinne; nè si potea resistere, essendovi morti i migliori: tra gli altri, Brigantico Capitano di cavalli, fedele, come dicemmo, a' Romani, e nimico a Civile, Materno Zio. Ceriale con buona mano di cavalli soccorse: e rivoltò la Fortuna. I Germani si gittaron nel Fiume. Civile, nel rattenerli, fu conosciuto, e saettato. lasciò il cavallo, e passò a nuoto: e così si salvarono gli altri Germani: Tutore, e Classico, in barchette. Nè anche allora l'armata Romana si trovò, come fu comandata, in quella fazione; per codardia, e aver in altro la ciurma sparsa. Veramente Ceriale era subito nel risolvere, e non dava tempo all'eseguire; ma dove l'arte mancava, lo faceva con li eventi risplendere la Fortuna. Però egli, e l'esercito, facevano a fidanza con li ordini della milizia. E pochi giorni appresso, d'esser preso portò pericolo, e biasimo.

At parum providus, ferme opprimitur.

XXII. *Profectus Novesium, Bonnamque, ad visenda castra, quæ hiematuris Legionibus erigebantur; navibus remeabat, disiecto agmine, incuriosis vigiliis. Animadversum id Germanis: & insidias composuere. electa nox atra nubibus: & prono amne rapti, nullo prohibente, vallum ineunt. Prima cædes astu adiuta; incisis tabernaculorum funibus, suismet (*) coriis coopertos trucidabant. Aliud agmen turbare classem, iniicere vincla, trahere puppes, utque ad fallendum silentio; ita cæpta cæde, quo plus terroris adderent, cuncta clamoribus miscebant. Romani vulneribus exciti, quærunt arma, ruunt per vias, pauci ornatu militari, plerique circum brachia torta veste, & strictis mucronibus. Dux, semisomnis, ac prope inectus, errore hostium servatur. namque Prætoriam navem, vexillo insignem, illic Ducem rati, abripiunt. Cerialis alibi noctem egerat, ut plerique credidere; ob stuprum Claudiæ Sacratæ, mulieris Vbiæ. Vigiles flagitium suum Ducis dedecore excusabant,*

Per poca accortezza è quasi oppresso.

XXII. Tornando per nave da riveder il Campo che si faceva a Novesio, e Bonna, per isvernarvi le Legioni senza alcuna ordinanza, nè sentinella; accortisene i Germani, gli tesero insidie: una notte scura giù per lo Fiume calarono nello steccato senza ostacolo. Vccisi i primi, tagliaron con astuzia le funi alle tende: e in quelle pelli impastoiati li stoccheggiavano. Altri scompigliaron l'armata, gittavano rampiconi, tiravan le poppe. prima cheti, per far l'inganno; poi di grida rintronavano il cielo, per atterrire. Svegliati i Romani a suon di ferite, cercano dell'armi: corrono per le vie: pochi in corazza: molti spada, e cappa. Il Capitano sonnacchioso, e mezzo ignudo, si salvò per errore de' nimici; che presero la Capitana col grande stendale, credendo lui essere. Ma Ceriale quella notte era giaciuto (così si crede) con Claudia Sacrata Vbiese. Le guardie scusavano loro cattività con vergogna del Capitano; quasi avesse imposto silenzio per non es-

(*) *tentoriis*: bene l'una e l'altra lezione: essendo di pelle le tende.

bant, tamquam iussi silere, ne quietem eius turbarent; ita intermisso signo, & vocibus, se quoque in somnum lapsos. Multa luce revecti hostes, captivis navibus, Prætoriam triremem, Flumine Luppia, donum Velledæ (a) *traxere.*

esser desto; perciò, tralasciati i cenni, e le voci, anch' essi essersi addormentati. A dì alto, i nimici se n' andaro per la Luppia con le prese navi; facendo della Capitana offerta a Velleda.

Civilis navalem aciem ostentat. Occurrit Cerialis novumque discrimen adit, ob superfusum Rhenum.

XXIII. *Civilem cupido incessit, navalem aciem ostentandi. complet quod biremium, quæque simplici ordine agebantur. Adiecta ingens lintrium vis: tricenis quadragenisque, armamenta Liburnicis solita: & simul captæ lintres, sagulis versicoloribus, haud indecore pro velis iuvabantur. Spatium velut æquoris electum, quo Mosæ fluminis amnem Rhenus Oceano affundit. Caussa instruendæ classis, super insitam Genti vanitatem; ut eo terrore commeatus Gallia adventantes interciperent. Cerialis miraculo magis, quam metu, direxit classem: numero imparem, usu remigum, gubernatorum arte, navium magnitudine, potiorem. His Flumen secundum: illi vento agebantur. Sic prævecti, tentato telorum iactu, dirimuntur. Civilis nihil ultra ausus, trans Rhenum concessit. Cerialis Insulam Batavorum hostiliter populatus; agros villasque Civilis intactos, nota arte Ducum sinebat. cum interim flexu Autumni, & crebris pluvialibus imbribus, superfusus Amnis, palustrem humilemque Insulam in faciem stagni opplevit. Nec classis, aut commeatus, aderant: castraque in plano sita, vi fluminis differebantur.*

XXIII. Civile s' invanì di far anch' egli mostra di sue navi, armò quante barche vi erano a un remo o due: provide forza di battelli, armamento per trenta, o quaranta fuste: le barchette prese: vele fatte di sopravveste scriziate di bei colori, a veder vaghe. Per luogo scelse quella largura come un mare, ove il Reno con la Mosa in corpo si tuffa nell' Oceano. Ordinò quest' Armata, oltre alla vanità naturale di quella Gente, per impedir con tale spauracchio le vettovaglie, che venieno di Gallia. Ceriale più tosto maravigliandosi, che temendone; mise in battaglia la sua: minore di numero; ma di remeggio, governo, e grandezza di navi, superiore. Venute ad incontrarsi questa a seconda, quella a vela, si fiutarono co' primi tiri, e Civile non ardì altro: e ritirossi oltre Reno. Ceriale saccheggiò e guastò l' Isola de' Batavi, e salvò (con arte nota de' Capitani) i beni di Civile. Il fiume nello scorcio dell' Autunno d' assai pioggie ingrossato, coperse la bassa, e paludosa Isola in forma di stagno. Navi non v' era, nè da vivere: e giù per la corrente del fiume se n' andavano gli alloggiamenti.

Fa mostra Civile della naval oste. E' il Ceriale: corre nuovo rischio pel Reno che inonda.

Periclitantur legiones, sed Cerialis & Civilis io pacem ultro conspirant.

XXIV. *Potuisse nunc opprimi Legiones, & voluisse Germanos; sed dolo a se flexos, imputavit Civilis. Neque abhorret Vero; quando paucis post diebus deditio insecuta est. nam Cerialis, per occultos nuntios, Batavis pacem, Civili veniam ostentans; Velledam propinquosque monebat: Fortunam belli tot cladibus adversam, opportuno erga Populum Romanum merito mutare: Cæsos Treveros, receptos Vbios, ereptam Batavis Patriam: neque aliud Civilis amicitia peractum, quam*

XXIV. Civile si vantò poi, che potendosi allora (e i Germani il volevano) disfare le Legioni; egli con inganno ne gli distolse. Riscontro n' è, ch' ei s' arrese pochi dì poi; avendo Ceriale per segreti messaggi offerto a' Batavi pace, a Civile perdono: e confortato Velleda, e suoi divoti, a scambiare, a grand' uopo loro, la Fortuna della guerra, per tante rovine contraria, ad un bel merito col Popolo Romano: A cagion di Civile essere stati ammazzati i Treviri, accesi gli Vbj, spatria-

Legioni in periglio: Ceriale e Civile trattan di pace.

(a) Si è parlato al Lib. IV. delle Storie di questa Veleda, o Velleda che sia, avuta in quella Nazione come un Nume.

quam vulnera, fugas, luctus. Exulem eum & extorrem, recipientibus oneri: & satis peccavisse, quod totiens Rhenum transcenderint. Si quid ultra moliantur; inde iniuriam & culpam, hinc ultionem, & Deos fore.

XXV. *Miscebantur minis promissa. Et concussa Transrhenanorum fide, inter Batavos quoque sermones orti: Non prorogandam ultra ruinam: nec posse ab una Natione totius Orbis servitium depelli. Quid perfectum cæde & incendiis Legionum; nisi ut plures validioresque accirentur? Si Vespasiano bellum navaverint, Vespasianum rerum potiri. sin Populum Romanum armis provocent; quotam partem Generis humani Batavos esse? Respicerent Rhætos, Noricosque, & ceterorum onera Sociorum. sibi non tributa, sed virtutem, & viros indici; proximum id Libertati: &, si dominorum electio sit; benestius Principes Romanorum, quam Germanorum Feminas tolerari. Hæc vulgus. Proceres: Atrociore Civilis rabie semet in arma truses: illum domesticis malis, excidium Gentis opposuisse. Tunc infensos Batavis Deos, cum obsiderentur Legiones, interficerentur Legati, bellum uni necessarium, fesale ipsis sumeretur. Ventum ad extrema, ni resipiscere incipiant, & noxii capitis pœna pœnitentiam faciantur.*

Batavi in fidem recepti, pacatque Germania.

XXVI. *Non fefellit Civilem ea inclinatio: & prævenire statuit; super tædium malorum, etiam spe vitæ, quæ plerumque magnos Animos infringit. Petito colloquio scinditur (*) Nabaliæ Fluminis pons. In cuius abrupta progressi Duces: & Civilis incæpit: „Si apud Vitellii Legatum de„fenderer; neque facto meo venia, ne„que dictis fides, debebatur. Cuncta „inter nos inimica, hostilia, ab illo „cæpta, a me aucta erant. Erga Ve„spa-*

triati i Batavi: e trattone che? ferite, fughe, pianti. Lui essere scacciato, sbandito, grave a chiunque il raccetta. Avere i Germani peccato d'avanzo a passare il Reno tante volte. Non armeggiassero più; perchè loro essere, e colpe, troverieno Iddii, e vendetta.

XXV. Mescolava con minacce promesse. E già balenando la fede delli Oltrerenani, dicevano tra loro i Batavi del Popolo: Non doversi cercare maggior rovina; non potere una sola Nazione trarre di servitù tutto il Mondo. Le uccise Legioni, e arse, che aver fatto, se non chiamarne più, e più forti? Se essi avevano guerreggiato per Vespasiano; ecco ch'ei dominava il tutto. Se la voleano col Popol Romano; quanta parte dell'uman Genere esser i Batavi? Dare i Reti, i Norici, e altri raccomandati, tanti tributi; essi non altro che virtù, e uomini: poco meno che godere Libertà: e dovendo patir Padroni, esser pure più onorevoli i Romani Imperadori, che le Femmine de' Germani. I Grandi diceano. La rabbia di Civile aver loro indossate l'armi: fatto riparo alle sciagure di casa sua la rovina di questa Gente. Allora essersi crucciati gl'Iddii co' Batavi, che s'assediavano le Legioni, s'ammazzavano i Legati, si pigliava guerra necessaria a uno, pestifera a tutti. Essere spacciati, non cominciando ad aprir gli occhi: e col punire il reo capo, mostrar pentimento.

I Batavi presi in protezione, Germania in pace.

XXVI. Non fu nascosta a Civile questa disposizione: e pensò prevenirla; stracco di tanti affanni: e anco spezando salvar la vita; ove gli Animi grandi si perdono molte volte. Domandò abboccamento. Tagliossi il ponte a Vaale: i Capitani vennero alle teste, e Civile così cominciò: „Se io mi „scusassi con esso il Legato di Vitel„lio; non meriterei nè perdono del „fatto mio, nè fede alle parole. trat„tammo da nimici tutte le cose tra „noi:

(*) *Vahalis.*

„ spasianum, vetus mihi observan-
„ tia: &, cum privatus esset, Amici
„ vocabamur. Hoc Primo Antonio no-
„ tum, cuius epistolis ad bellum ac-
„ citus sum, ne Germanicæ Legiones,
„ & Gallica iuventus, Alpes trans-
„ cenderet. Quæ Antonius epistolis,
„ Hordeonius Flaccus præsens move-
„ bat, arma in Germania movi. Quæ
„ Mucianus in Syria, Aponius in Mæ-
„ sia, Flavianus in Pannonia, (*) Ti-
„ berius Alexander in Ægypto, eadem
„ fovi consilia. Pari studio Batavos,
„ Canninefates (a), veteranasque co-
„ hortes, in verba Vespasiani adegi (b).
„ Si quid postea hostile inrepsit; iure
„ an iniuria susceptum, haud dixerim.
„ Malim turbida temporum incusare,
„ quam dubia imputare crimina. Ce-
„ te vel ipsa inter bella me semper in
„ pacem propendisse, Romanorumque
„ partes iuvisse; multa fuere argu-
„ menta, & recens adhuc memoria. Nec
„ per me stabit, quo minus inter Ro-
„ manos & Batavos fida, firmaque,
„ societas renovetur. Olim sacramen-
„ ti hortatorem, nunc me iuvat esse
„ conciliatorem pacis ". Studiis ita
conspirantibus, in fidem recepti sunt
Batavi; pacataque Germania.

„ noi: ei cominciò, io rinforzai. Ve-
„ spasiano ho io sempre osservato:
„ e quando egli era privato, noi era-
„ vamo detti amici. Ottavio Primo
„ il sa, che mi chiamò per lettere a
„ tener, che le Germaniche Legioni,
„ e la gioventù Gallica non passassero
„ l' Alpi. In Germania quelle armi
„ mossi, che, egli lontano, e Ordeo-
„ nio Flacco presente, mi ordinaro-
„ no. Le stesse parti tenni che Mu-
„ ciano in Siria, Aponio in Mesia,
„ Flaviano in Pannonia (*), Tiberio
„ Alessandro in Egitto. Con pari
„ studio Batavi, Canninefati, le ve-
„ terane coorti, a indotta di Vespa-
„ siano, misi in Campo. Se vi fu poi
„ ostilità; non so, se a ragione, o
„ a torto. Vorrei i torbidi tempi anzi
„ imputarne, che dubbia colpa. Mol-
„ te v' ha certo riprove, nè obliate:
„ che nelle stesse guerre inclinai sem-
„ pre alla pace, e favorii i Romani.
„ Nè mancherà da me che tra Roma-
„ ni e Batavi, ferma e fedel alleanza
„ si rinovi. Esortai un dì al giura-
„ mento; ora esser compiacciomi con-
„ ciliator di pace ". Così d' accordo
furono tolti in amicizia i Batavi, resa
pace a Germania.

Lingones favorem Domitiani occupant. Cæso Fonteio Agrip. pa, Sarmatæ Mœsiam populantur: mox a Rubrio Gallo fusi.

XXVII. *Lingones* (c), *Civilis societate iunexi, Domitiani favorem occupaverant; septuaginta millibus armatorum in eius obsequium redactis. Atrocius cum Sarmatis* (d) *pugnatum. Fonteius Agrippa, Mœsiæ* (e), *ut dictum est supra, præpositus, adversus barbarorum vim invalidus; pugnando, fortiter occubuit. Tum cuncta incursionibus, populationibus, obnoxia. Clade Vespasiano nuntiata, Rubrium Gallum misit, qui rem restituit: fusosque sæpe barbaros renare Danubium coegit. &, ne regredi iis foret animus, Romanis præsidiis validiora addidit munimenta.*

XXVII. I Lingoni stretti in società con Civile, il favor di Domiziano occupato aveano; soggettatigli settanta mila armati. S' inasprì la pugna co' Sarmati. Fonteio Agrippa, Prefetto, come dissi, della Mesia, non reggeodo al lor numero; morì da forte in zuffa. Tutto indi in scorrerie, e saccheggi. Saputone Vespasiano, mandò Rubrio Gallo, che saldò la piaga: e in più rotte cacciò di là dal Danubio i barbari, e perchè non tentassero ritorno; i Romani presidii di gran forti crebbe.

I Lingoni occupano il favor di Domiziano. Ucciso Fonteio Agrippa, i Sarmati saccheggiano la Mesia: poi rotti da Rubrio Gallo.

Obsidio

XXVIII. *At maior belli moles in Iudæa*

XXVIII. Guerra di maggior peso era

Assedio a

(*) Qui entra Brotier a supplire il resto del V. Libro delle Storie.

(a) Al presente l' Haia, Rotterdam ec. nella contrada Konneburg resta la memoria de' Canninefati. V. Bucher. Belgium romanum pag. 183.

(b) Come s'è detto nel Lib. IV. delle Storie cap. 22.

(c) Ora Langrea, e Dijon.

(d) Ultimi Popoli d' Europa, notissimi.

(e) Mesia, o Misia, provincia d' Europa che comprende la Bosnia, la Servia, la Bulgaria, alcuni aggiungono anco la Bessarabia.

Hierosolymitana. Primus urbis murus perrumpitur.

dæa (a) *agitabatur. Titus, cum cunctaexpugnandis Hierosolymis apta struxisset, adulto iam Vere, operi institit, morarum impatiens. Vtrimque paribus animis certatum. Iudæi locorum ingenio, hominum multitudine (nam undique Terrarum, atque etiam trans Euphraten, gentili discrimine pietateve exciti, convenerant) primum valuere: longisque effossis subter terram cuniculis, ruinam machinis, militibus (si forte materiarum causa, aquarumve penuria, per agros palarentur) necem inferebant. Vna quoque e tribus turribus, quas in quinquagenorum cubitorum altitudinem Titus eduxerat, fortuito casu nocte prolapsa, oppugnatoribus terrorem morasque intulit. At tandem arte & virtute præpotuit Romana res, adiuta Titi periculo; impacto saxo lævum humerum saucii. Legiones, Ducis vulnere iuritatæ, conuitis, &, perrupto muro, primam Vrbis partem, Septemtrionibus obiectam, occupave; integra Iudæorum multitudine, quæ in interiora secesserat.*

Gerosolima: Cade il primo muro.

era in Giudea. Tutto in concio ad espugnar Gerosolima; dentro già a Primavera, posevi mano Tito, d'indugj schivo. Di pari ardore si combatte. Ebber buono da prima i Giudei, per natura de' siti: e pe' tanti, che d'ogni terra, anco di là d'Eufrate, venuti erano dal periglio punti, e da pietà di lor Gente: e per sottertanei scavi rovinavan macchine, uccidean soldati, che a cercar acqua e materiali ivano sparsi. Vna pur delle tre torri da Tito alzata a cinquanta cubiti; rovinò a caso una notte; a spavento e ritardo degli assedianti. Ma prevalse in fin Roma per sua arte e valore, aitata dal rischio di Tito, colto d'un sasso all'omero manco. Al Duce ferito adirzate le Legioni, fan l'ultime prove: e, rovesciato il muro, la prima parte occupano della Città da bora; senza cader Giudeo; ritiratisi indentro tutti.

In alteriua ruina acriter pugnatum.

XXIX. *Crevit itaque cum Fortuna periculum. angustioribus enim standum locis; quantoque arctior, tanto validior interiorum Vrbis munitionum vis: duplicatus quoque propugnatorum numerus. Aderat & immensa armorum supellex; nam, præter solitas, aut in hanc necessitatem inventas Iudæis machinas, Romanæ etiam ostentabantur; sub belli initia in aduersis Cestii Galli, Syriæ Legati, prælii captæ. Feroces inde animos, impunitatis spe, flectere tentavit Titus, at clementiam Cæsaris pavorem interpretantes, spretis eius nuntiis, audentia crevere. Ex eo maior ira legionibus, contumeliæ indignitatem ægre ferentibus: certisque ardua quæque adgredi; ut promptior, acriorque, ultio foret. Properantur opera: muris admotæ machinæ: corruptæ obsessorum saxis, ignibusve, confestim refectæ. Expugnandæ Vrbis signum dari ardet miles. quo plus periculi, plus animi. Dato si-*

Stentasi molto a rovesciar l'altro.

XXIX. Addoppiò Fortuna il rischio; star dovendo in più stretti siti: e più che riconcentrate più valide fortificazioni incontrando, e doppia resistenza. Immensa armeria pur v'era; oltre l'usate macchine, e l'inventate al lor uopo da' Giudei, ostentavansi le romane, sulle prime zuffe prese nello storpio di Cestio Gallo di Siria Legato. Tentò poi Tito piegar gli animi accaniti, coll'impunità. ma, interpretando sua clemenza a paura, dileggiati i messi, crebbero d'ardire. Indi più sdegno nelle Legioni, accese all'indegnità della villania, e determinate a tutto osare, per più pronta ed acre vendetta. Affrettansi l'opere: s'accostan le macchine a' muri: le guaste da' sassi, e fuochi nemici, tosto riparansi. Anela all'assalto il soldato, più animoso più che in rischio. Dato il segno, i più arditi, tra dardi e sassi, rotta parte dell'altro muro,

(a) Avverto quel che già in questo medesimo Libro V. delle Storie cap. 10. che ad avere una piena contezza di questa celeberrima guerra, che decise per sempre della sorte dell'Ebrea Nazione, è da leggersi Gioseffo Ebreo autore contemporaneo, e di credito; salvi i canoni critici.

signo, acerrimus quisque, tela inter & saxa enisi, diruta alterius muri parte, viam fecere. At, quod angustior erat aditus, nec Titus vastitatem statim intulit: clementia potius, quam belli iure utendum ratus, Iudæi indulgentia in perfidiam abuti: tantoque impetu in paucos Romanos, qui duce Tito, subierant, inruere; ut eos extra murum pellerent. Atrox hic cædes: triduoque in muri ruina, quam Iudæi oppositis corporibus vallabant, pugnatum. Tandem quarto die, victis Iudæis, intusque cedentibus; ad turrim Antoniam ventum est.

ro, apron la breccia. Ma, tra ch'era stretta, e Tito per usar anzi clemenza che del dritto di guerra, iva lento a far guasto; abusò l' indulgenza il Giudeo a perfidia: e diè a' pochi Romani dietro Tito avanzatisi, tal fiancata, che li cacciò fuori. Qui si fe' da vero: e per tre dì pugnossi a quel varco, cui i Giudei colle lor vite faceano schermo. Al quarto in fine vinti, e rinculando; alla torre Antonia si venne.

Iudæorum pervicacia.

XXX. *Cum ea foret solo editiore inaccessa; structi ad oppugnandum aggeres. Interim, ut Iudæorum audacia terrore flecteretur, per quatuor dies ostentata acies Romana: publice data annona: ingentem auri argentique vim, minasque militum, armis, & insignibus, fulgentium, e summis mœnibus parteque Septemtrionali Templi prospectabant obsessi. Præterea missus Iosephus* (a), *nobis iam supra memoratus, qui eos veniæ, libertatis, fortunarum, spe, ad deditionem excitaret. Nec hostilium virium adspectus, nec promissa, ne horrenda quidem fames, quæ iam sæviebat; feroces animos molliere. Immo ipsi transfugæ, Titi clementia in castra Romana recepti, occulta meditabantur crimina; & si quem forte Romanorum solum repererant, iugulabant, aut clam obturatis corruptisve fontibus, insanabile malum adferebant. Multi in talis perfidiæ pœnas, gentiliumque terriculum, ante Vrbis oculos crucibus adfixi, truncisve manibus ad suos remissi. His suppliciis exacerbata adhuc odia: ultionemque nova ruina parabat Ioannes. effossa enim sub aggeribus terra, incensisque materiis, quibus opus pensile sustinebatur; subito hiatu absorpti sunt aggeres: dissiluere machinæ, &, erumpente flamma, statim haustæ sunt. Nihil tristius toto bello contigerat. id tamen biduo post ferme renovatum. Simonis enim instinctu, tres Iuvenes, præcipua apud eos audacia, Tephthæus, Me-*

Pervicacia de' Giudei.

XXX. Sendo essa piantata in alto; fu d' uopo, a batterla, di terrapieni. Or a fiaccar col terrore il Giudaico orgoglio; per quattro dì fu in mostra l' Armata romana: data in pubblico la vittuaria: e da' merli a bacio del Tempio, vedean l' assediati il grand' oro ed argento, e la terribil oste, d' armi, e bandiere, sfolgorante. Mandossi di più Gioseffo, che sovra accennai, a persuader la resa; a speme di perdono, di libertà, di fortune. Nè questo, nè l' aspetto delle forze nemiche, nè l' orrenda fame, che già incrudelia; i feroci animi piegò. E i fuggiaschi stessi dal clemente Tito nel suo campo accolti, cieche trame ordiano; sgozzando cui incontravan solo de' Romani, o turando, o infettando i fonti: irreparabil male! Molti, in pena di tal perfidia, e a terror de' compatriotti, in vista alla Città furon fitti in croce i o, monchi, rimandati a' suoi. Supplizj, che più negli odj li accanirono: e con nuova rovina macchinava Giovanni vendetta. chè minando sotto a' terrapieni, e arsi i legni su cui questi poggiavano; furono ad istante ingoiati, fracassaronsi le macchine, e dal foco che sboccò, furon arse a un tratto. Più rio giuoco non v' era stato in quella guerra: pur in due dì, circa, fu replicato; chè, a sommossa di Simone tre Giovani de' più audaci, Tefteo, Megassaro, Cagira (anco i barbari no-

(a) Vedi nel Supplemento al Lib. XVI. degli Annali cap. 78. ove se n' è parlato.

Megassarus & Chagiras, (nam barbara etiam nomina ob facinoris insigne memoranda) Vrbe, raptis facibus, egressi; machinas aliis aggeribus impositas, per medios hostes, per tela, per gladios, incendendas susceperunt, & incendêre. neque ignes, propter Iudæorum, e muro, factaque inruptione, pugnantium, pervicaciam, restingui potuerunt.

nomi, per opra insigne, meritan fama) di Città usciti, con faci a mano, tra mezzo a' nemici a dardi a spade, ad arder si fero ed arsero le macchine su' nuovi bastioni erette: nè spegnersi potè la fiamma, pe' Giudei, che da' muri, e con una sortita, menavan le mani da disperati.

Titus tridui opere urbem muro circumvallat. Expugnatur & exscinditur turris Antonia.

XXXI. *Adverso casu haud fracta Titi constantia; sed cladem in Vrbis exitium vertit: eamque incredibili tridui opere per triginta novem stadia muro ac turribus ita circumvallavit; ut nulla effugii spes obsessos maneret. In hac necessitate, multa fuere Iudæorum transfugia; haud meliore iis penes Romanos, quam penes suos, sorte. Multi enim, longa fame invalidi, oblatis adfatim cibis enecabantur: alii, innata genti auri cupidine, comperti opes suas, antequam transfugerent, vorasse, ab Arabibus Syrisque dissecti sunt; ne Romanus quidem miles ab ea atrocitate penitus integer. Iudæorum duo millia sic periere; indignante quidem Tito, & morte iis, qui tale post scelus auderent, intentata. Ceterûm is autem, qui in Vrbe manserant, nulla salutis cura. Ducibus tantum furor: Ioannes in templi spoliationes præceps: in Gentilium cædes Simon, tam effrena libidine; ut si ab oppugnatione destitissent Romani, Hierosolyma furialibus suorum odiis periissent.*

XXXI. Non crollò pel sinistro la fermezza di Tito; ma 'l fe' servire all' eccidio della Città; cui in tre dì con incredibil lavoro, di muro e torri per trentanove stadj fasciò sì, che scampo non v' era agli assediati. In tai strette preser molti Giudei la fuga, con non miglior sorte fra' Romani, che fra' loro. Poichè di lunga fame languenti, da gran satolle di cibi, perian molti. Altri, per l' avarizia della Nazione, saputo, aver ingoiate lor gemme anzi la fuga, dagli Arabi, e Siri furono sparati: nè da tal barbarie fur netti affatto i Romani. Così dumila Giudei n' andarono; con isdegno di Tito, che intimò morte a reo di tanta sceleranza. I rimasti poi in Città nulla brigavansi di salvezza. Sol ne' Duci regnava furore; Giovanni, tutto a spogliar il Tempio: Simone, a destrurre i suoi, sì a slascio; che sciogliendo anco i Romani l' assedio, finia Gerosolima pel brutal odio de' Figli.

Tito in tre dì cinge di muro la Città. Espugnata, e demolita la torre Antonia.

XXXII. *Tædio præsentium, futurorum metu, Præfectus turri Antoniæ, Iudas nomine, cum fidissimis Iudæis decem, proditionem pepigit. Iam Titus, turrim occupaturus, adventabat; cum Simon, retectis consiliis, proditores circumvenit: bisque ante Romanorum ora iugulatis, discerpta eorum membra proiecit. At, flagitii loco, Romanis adfuere Fortuna & virtus. Vbi enim admotæ machinæ; pars muri, a Ioanne, ut memoravimus, suffossa, repente corruit. Iuvit hac inrumpere. Alter tamen adsurgebat murus, quem Ioannes, prioris casu diffisus, struxerat. Sabinus, periculo, laudisque cupidine accensus, lectis undecim sociis, tela inter & saxa desuper vibrata; murum superat: Iudæosque audacia ita attonuit,*

XXXII. Stanco di soffrire, temente di peggio, il Prefetto della torre Antonia a nome Giuda, con dieci de' più fidi, trattò di tradigione. iva già Tito a occupar la torre; quando Simone, scoperto il disegno, sorprese i traditori: e, scannatili su gli occhi de' Romani, squartolli, e li gittò a' corbi. Ma al tradimento suppli Fortuna, e virtù pe' Romani; chè all' appressar le macchine, la parte di muro da Giovanni, com' additai, minata, repente diè giù. Di qua s' entrò; ma altro muro sorgea, da Giovanni eretto, per diffidenza del primo caso. Sabino dal periglio, e dalla gloria, incoraggito, sceltisi altri undici, fra tempesta di dardi e sassi, guadagna il muro. Coraggio, che sì i Giudei sbalordì; che

si

nuit, ut in fugam verterentur. At forte pedem saxo inlisus, magno cum armorum sonitu procidit. Conversi Iudæi in eum inruunt. Sabinus, in genu erectus, tectusque clipeo, eorum impetum fortiter sustinet, & proximum quemque vulneribus adfligit; donec ipse, telis undique petitus, occubuit. tres, qui eum secuti in murum evaserant, trucidati: reliqui saucii, in castra ægre retracti. Virtutis exemplum Romanos inflammat: turrisque Antonia sexto oppugnationis die capta, iussit Cæsar eam funditus everti: tentarique (a) *adhuc Iudæorum animos, utrum deditionem vellent facere; ipse pollicitus, inlæsum, inviolatumque, fore Templum: servata etiam loci sanctitate, quem Romanis adire nefas.*

si ruppero in fuga. Ma urtando col piè in un sasso, stramazzò a gran fracasso dell' armi. gli son sopra i Giudei volti in dietro: ei sul ginocchio riparasi bravamente collo scudo, ferisce chi s' accosta, sin che da frecce d' ogni parte crivellato, spirò, con tre che seco eran usciti sul muro: gli altri mal conci si resero a stento a quartiere. L' esempio di valore i Romani accese: e il sesto dì dell' assalto, fu presa la torre Antonia; che spianar fe' Tito: e tastar di nuovo i Giudei se volesser rendersi; promettendo non toccar il Tempio: e servar in venerazione un luogo, ove non potrebbero i Romani por piede.

XXXIII. *Duratis ad mala animis, nihil sani supererat consilii. Itaque structi aggeres, & Templo propinquatum. Titus, subita inruptione illud occupari posse ratus; mittit Sextum Cerealem, qui cum lectissima militum manu illud noctu invadat. Ii hora noctis nona subiere. Iudæi, non dediti, ut sperabatur, somno; statim adstiterunt. acriter pugnatum, minore tamen Romanorum, quam Iudæorum clade. Romanus enim miles, belli gnarus, sese signo* (b) *noscitabat: & inter se stipatus, conservisque scutis, haud ita vulneribus patebat. Contra Iudæi, temeritate acti, suorumque ob tenebras ignari; plus sibi, quam hostibus, exitii inferebant. valebant tamen numero: nec pugnæ finem nox adtulit. Orta luce, cum diserimine crevit ardor. certamen ante quintam diei horam haud diremptum: &, ancipiti victoria, utrimque discessum. Tum Titus struendis aggeribus acrius institit; ut Templi oppugnationem celeraret. Primum fuit Iudæis resistendi impetus: & iuxta montem Olivarum erupere; sed vi Romana pulsi, fractique: aucta tantum inrito conatu ira.*

